Genesis
Exodus
Numeri
Deuteronomij
Josue
Judicum
Ruth
Regum .j.
Paralipomenon .j.
Esdre .j.
Nemias
Esther
Judith
Tobie
Machabeorum

Ms 99

~~Ratisbonit. 1876~~

Incipit prologus in biblia a beato Iheronimo cardinali compositus.

Ego sum alpha et o primus et novissimus.

Clm. 26670

Frater ambrosius tua mihi munuscula perferens detulit simul et suavissimas litteras, que a principio amicitiarum fidem probate iam fidei et veteris amicitie noua preferebant. Vera enim illa necessitudo est et Christi glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non presentia tantum corporum, non subdola et palpans adulatio, sed dei timor et divinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse provincias, novos adisse populos, maria transisse, ut eos quos ex libris noverant coram quoque viderent. Sic pithagoras memphiticos vates et archytam tarentinum eandemque oram ytalie que quondam magna grecia dicebatur laboriosissime peragravit, ut qui athenis magister erat et potens cuiusque doctrinas achademie gymnasia personabant fieret peregrinus atque discipulus, malens aliena verecunde discere quam sua impudenter ingerere. Denique cum litteras quasi toto fugientes orbe persequitur, captus a piratis et venundatus tyranno crudelissimo paruit, ductus captivus, vinctus et servus. Tamen quia phylosophus maior ementes se fuit. Ad titum livium lacteo eloquentie fonte manantem de ultimis hispanie galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus, et quos ad contemplationem sui roma non traxerat unius hominis fama perduxit. Habuit illa etas inauditum omnibus seculis celebrandumque miraculum, ut urbem tantam ingressi aliud extra urbem quererent. Appollonius sive ille magus ut vulgus loquitur sive phylosophus ut pithagorici tradunt intravit persas, pertransivit caucasum albanos scitas massagetas, opulentissima indie regna penetravit et ad extremum latissimo physon amne transmisso pervenit ad bragmanas, ut hyarcam in throno sedentem aureo et de tantali fonte potantem inter paucos discipulos de natura, de moribus ac de cursu dierum et siderum audiret docentem. Inde per elamitas, babilonios, chaldeos, medos, assirios, parthos, syros, phenices, arabes, palestinos reuersus ad allexandriam perrexit ad ethiopiam, ut gymnosophistas et famosissimam solis mensam videret in sabulo. Invenit ille vir ubique quod disceret et semper proficiens semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo voluminibus philostratus.

Quid loquar de seculi hominibus, cum apostolus paulus vas electionis et magister gentium, qui de conscientia tanti in se hospitis loquebatur dicens: An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? post damascum arabiamque lustratam ascendit iherosolimam ut videret petrum et mansit apud eum diebus xv. Hoc enim misterio ebdomadis et ogdoadis futurus gentium predicator instruendus erat. Rursumque post annos xiiii assumpto barnaba et tito exposuit cum apostolis evangelium, ne forte in vacuum curreret aut cucurrisset. Habet nescio quid latentis energie vive vocis actus, et in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat. Unde et eschines cum rodi exularet et legeretur illa demostenis oratio quam adversus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus suspirans ait: Quid si ipsam audissetis bestiam sua verba resonantem.

Nec hoc dico quod sit aliquid in me tale quod vel possis a me audire vel velis discere, sed quod ardor tuus et discendi studium etiam absque nobis per se probari debeat. Ingenium docile et sine doctore laudabile est. Non quid invenias, sed quid queras consideramus. Mollis cera et ad formandum facilis etiam si artificis et plastis cesset manus, tamen virtute totum quicquid esse potest. Paulus apostolus ad pedes gamalielis legem moysi et prophetas didicisse se gloriatur, ut armatus spiritualibus telis postea doceret confidenter.

Conventus ratisponensis

Arma ei me milicie nō carnalia
sūt sed po^a deo ad destructoȝ muni
tonū cogitacōes destruētes ⁊ oēȝ
altitudīeȝ extollente se adu͛sus scie
tia dei et captiuātes omēȝ intel
lectū ad obediendū xp̄o et pati sb
iugare omēȝ inobediētia Ad thimo
teū scribit ab infātia sacris lr̄is
eruditū et hortat^r ad studiū lcōis
ne negligat gr̄aȝ q̄ data ē ei p i
posicōem man⁹ p̄sbiterij Tito p̄cip^t
ut int^a ceteras v̄tutes ep̄i quas bre
ui s̄mone depīxit sciaȝ q̄ꝫ nō ne
gligat scripturaȝ Obtinētē inq̄
eū q̄ sc̄dm doctrinā ē fidelē s̄moeȝ
ut potēs sit exhortari i doctrina sa
na et cōtradicētes reuincere

Sancta quippe rusticitas so
lū sibi p̄dest et quātū edi
ficat ex merito vite ecc̄iaȝ xp̄i tm̄ no
cet si destruētibus nō resistat
Malachias p̄ph̄a ymo p mala
chiā dn̄s interroga^t sacerdotes le
ge In tantū sacerdotis officiū int^a
rogatū r̄ndē de lege Et in deu
tronoīo legim⁹ Interroga patreȝ t ⁊ a
nūciabit tibi In ps̄ q̄ꝫ cxviij Can
tabiles m̄ erāt iustificacōes tue
in loco p̄egrinacōis mee Et in de
scripcōe iusti viri cū eū arbori vite
dauid q̄ est in paradyso cōpararet īt
ceteras v̄tutes h^c intulit et͛ dē In
lege dn̄i volūtas eius ⁊ i lege e⁹
meditab^r die ac nocte Daniel in
fine sacratissime visiōis ait Iustos
fulgere q̄si stellas et intelligentes i.
doctos q̄si firmamentū Vides q̄ntū
int^a se distāt iusta rusticitas ⁊ doc
ta iusticia Alij stellis alij celo cō
parantur Quāq̄ iuxta hebraica ve
ritate vtrūqꝫ de eruditis possit i
telligi Ita ei apud eos legim⁹ Qui
at docti fuerīt fulgebūt q̄si splendor
firmamēti et qui ad iusticiā erudiūt
multos q̄si stelle in ppetuas eternitates

Cur dr̄ paulus ap̄lus vas electōis Nēpe
q̄ꝫ vas legis et scripturaȝ sc̄aȝ erat ar
mariū Pharizei stupēt i dn̄i doctrina
et mirant^r in petro et Ioh̄e tū ⁊ quō
lege sciāt cū lr̄as nō didicerīt Qd
q̄d enī alijs exercitacō ⁊ cottidi
ana in lege meditacō tribuē solz
hoc illis sp̄s sc̄s suggerebat Et erat
iux^a q̄d sc̄ptū ē theodocti didastichen
i. docibiles dei xij anos saluator
īplevit et in templo sedēs de q̄sti
onibꝫ legis interrogās magis docet
dū prudēt^r interrogat Nisi forte rus
ticū petrū rusticū dicim⁹ ⁊ Ioh̄eȝ
quoȝ vterq̄ dicere poterat Et si īperit⁹
s̄mone nō tn̄ sciā Ioh̄es rustic⁹ pis
cator indoct⁹ Et vn̄ vox i^a obsec^o
In pn̄ci^o erat vbm̄ ⁊c Logos grece
multa sig^t Nā et vbm̄ ē ⁊ rō ⁊ suppu
tacō et cā vni⁹cuiꝫ rei p qua sūt singula
que subsistūt que vniu͛sa recte
intelligim⁹ in xp̄o

Hoc doctus plato nesciuit hoc
demostenes eloquēs ignorauit
Perdā inq̄t sapiaȝ sapiētū ⁊ pru
dēcia prudētū reprobabo Vera sapia
p̄det falsa sapiaȝ et q̄mq̄m stulticia
p̄dicacōis in cruce sit tn̄ paulus
sapiaȝ lo^r int^a p̄fectos Sapiaȝ aūt
nō sc̄li istius q̄ destruunt^r n̄ pn̄cipū sc̄li
lo^r dei sapiaȝ in misterio abscōdita
quā p̄destinauit deus an̄ sc̄la Dei sapia
xp̄s ē xp̄s eī dei v̄tus ⁊ dei sapia hec
i misterio abscondita ē de q̄ et noni
psalmi titul⁹ p̄notat^r p occultis filij
in q̄ sūt omēs thesauri sapie ⁊ scie dei
absconditi et q̄ i misterio abscōdit⁹ erat
p̄destinat⁹ ē an̄ sc̄la p̄destinat⁹ aūt
et p̄figuratus i lege ⁊ p̄ph̄is Vn̄ ⁊ p̄ph̄e
appellabant^r videntes q̄ꝫ videbant
eū q̄ alij nō videbāt Abraham
vidit diē e⁹ ⁊ letat⁹ ē Aperiebāt^r celi
ezechieli q̄ p^o p̄ctōri clausi erāt
Reuela inq̄t dauid oclos meos et

1

cosideabo mirabilia de lege t/ lex ei
spiritalis e et reuelacoe opus e ut
intelligat ac reuelata facie dei gla
cotēplem/ liber in apocalipsi vij si
gillis signatus ostendit que si dede
ris hoi scienti lras ut legat Rndebit
tibi/ no possu Signatus e ei Qnti
enī hodie putat se nosse lras tenet
signatu libru n aprire possut nisi
i reserauit q h3 claue dauid q apit
et nēo claudit/ claudit z nēo apit
In actib9 aplorum scus eunuchus ymo
sr̄s vir sic eu scā scriptura cognoiat
cu legēt ysaya pphaz interrogatus a
philippo Putas ne intelligis que
legis Rnditq3 Quo possu n aliqs
me docuit Ego ut de me loqr iteru
n sanctior su eunucho hoc n stu
diosior q de ethiopia i de extimis
finibus mudi ucit ad teplu Relicq3
aulā regiaz z tātus amator fuit di
uie sciē ut etiā in vehiculo lras legēt
sacras Et tn cu libru teneēt z ua
dni i cogitacoe cōcipet/ ligwa volue
ret/ labiis pronaret/ ignorabat eu
que in libro nesciens/ venerabatur
Venit philippus z ostendit ei ihm q cla
usus latebat i lra O mirabilis doc
toris vtus Eadē hora credidit eunuchus
baptizat/ fidelis et scūs ac magr e de
discipulo/ plus in deserto fonte ecce
q i aurato sinagoge templo reppit
Hec a me perstructa st breuiter/
Neqz ei eplaris angustia euange
logus paciebat ut intelliges
te in scripturis sacris sine preuio et
monstrante semita no posse igredi
Taceo de gramaticis/ Rethoribus/ philo
geometris/ dialecticis/ musicis/ astro
nomis/ astrologis/ medicis/ quorum scia
mortalibus satis ul vtilissia e z i tres
ptes scinditur/ In doctrina/ rom/ et
vsu/ cologmaten tha i rom/ dacen

logmate rom/ pcyro i exprimetal
cognicō/ Methalone tem z vsu enu
triti/ ad minores artes venia et
que no tam ligwa q manu administra
tur Agricole/ cemetarij/ metallorū
lignorum q fabri/ metallorum/ lignorum q
cesores/ lanarij q et fullones z ceti
qui varia suppellectile z vilia opuscula
fabricant absqz doctore ee no possut
qd cupiunt/ Quod medicorum ē promittut
medici/ tractat fabrilia fabri/ sola
scripturarum ars e qua sibi passim omīs
vendicant Scribimus indocti doctiqz
poemata passim/ hanc garrula anus
hanc delirus senex/ hanc sophista ver
bosus/ hanc vniuersi presumut lacerant do
cent antequā discant Alij adducto sup
cilio grandia trucinates inter muliercu
las de sacris lris philosophant Alij
discunt proh pudor a feminis q viros do
ceant Et ne parum hoc sit quad facili
tate vbum/ ymo audacia edisserēt alijs
qd ipi no intelligunt Taceo de meis
similibus qui si forte ad scripturas scas
post seculares lras venerit Et sermōe
coposito aures ppli mulserit ~~quid~~
~~quid~~ ~~dixerit~~ quidqd dixerit hec legem
dei putat/ n scire dignat quid pphe
quid apli senserint sed ad sensu suu
incongrua aptat testimonia/ q grā
de sit et no viciosissim dicendi genus
deprauare sniās z ad volutate suam
scripturā sacrā repugnate Quasi
no legimus homerocentonas z virgili
ocentonas ac no sic etiā maronem
sn xpo no possimus dice xpianū q
scripsit Jam redit et virgo redeut
saturnia regna Jam noua progenies
celo dimittit alto z prem loquete
ad filiu nate mee vires mea magna
potencia solus Et post vba saluatoris in
cruce talia perorabat/ Incerus sic
usqz manebat/ Puerilia st hec z circu

latorum ludo filia doctorem quod ignores ymo
mo ut cum stomacho loquar ne hoc qui-
dem scire quod nescias.
Videlicet manifestissima est genesis in
qua de creatura mundi de exordio
generis humani de diuisione terre de confu-
sione linguarum de descensione usque ad
egiptum gentis scribitur hebreorum. Patet
exodus cum x plagis cum decalogo cum mis-
ticis diuinisque preceptis. In promptu est
leuiticus liber in quo singula sacrificia
ymo singule pene sillabe et uestes
aaron et totus ordo leuiticus spirant
celestia sacramenta. Numerus uero nonne to-
cius arismetice et prophetie balaam
et xxxxii duarum mansionum per heremum
misteria continet. Deutronomium quoque
secunda lex et euangelice legis prefigura-
tione nonne sic ea habet que priora sunt ut tamen
sint noua omnia de ueteribus. Hucusque
Moyses hucusque idem eucatorie
pethateucus quibus quinque uerbis loqui
se apostolus uelle in ecclesia gloriatur. Iob exem-
plar patientie quid non misterium suo sermone complec-
titur. Prosa incipit, uersu labitur, pedestri
sermone finitur. Omnesque leges dialectice
propositione assumptione confirmatione con-
clusione determinat. Singula in eo uerba ple-
na sunt sensibus. Et ut de ceteris sileam
resurrectionem corporum sic prophetat ut nullus
de ea manifestius uel cautius scripserit.
Scio inquit quod redemptor meus uiuit et
usque in finem meos. Ihesus naue
uerum typum domini non solum in gestis ue-
rum etiam in nomine perferens transit iordanem
hostium regna subuertit. Diuidit terram
uictori populo et per singulas urbes uicu-
los montes flumina torrentes atque con-
finia ecclesie celestisque ierusalem spiritualia
regna describit. In iudicum libro
quot principes populi tot figure sunt. Ruth
moabitis ysaie explet uaticinium di-
centis Emitte agnum domine dominatorem
terre de petra deserti ad montem filie syon.
Samuel in heli mortuo et in occiso
saul ueterem legem abolitam indicat.

Porro in sadoch atque dauid noui sacer-
docii nouique imperii sacramenta testatur. Ma-
lachim id est regum tercius et quartus regum liber a
salomone usque ad ieconiam et a ieroboam
filio naboth usque ad osee qui ductus est
in assirios regnum iuda et regnum de-
scribit israhel. Si historiam respicias uerba
simplicia sunt. Si in litteris inspexeris
sensum latentem ecclesie paruitas et hereti-
corum contra eam bella narrantur. Duodecim
prophete in unius uoluminis angustias coar-
tati multo aliud quam sonat in littera prefigu-
rant. Osee crebro nominat effraym
samariam ioseph iesrahel et uxorem
fornicariam et fornicationis filios et
adulteram cubiculo clausam mariti
multo tempore sedere uiduam et sub ueste lu-
gubri mariti ad se reditum prestolari.
Iohel filius phatuel describit terram
duodecim tribuum eruca bruco locusta ru-
bigine uastante corruptam et post euersionem
prioris populi effusum spiritum sanctum super seruos
dei et ancillas id est super centum uiginti
credentium nomina et effusum in cenaculo
syon. Qui centum uiginti ab uno usque ad quindecim
paulatim et per incrementa surgentes
quindecim graduum numerum efficiunt qui in psal-
terio mistice continentur. Amos pastor
et rusticus ruborum mora distingens
paucis uerbis explicari non potest. Quis enim
digne exprimat tria et iiii scelera
damasci et gaze et tyri et ydumee
et filiorum amon et moab et in septimo
et octauo gradu iuda et israhel. Hic loquitur
ad uaccas pingues que sunt in samarie
monte et ruituram domum maiorem mi-
noremque testatur. Ipse cernit fictorem
locuste et stantem dominum super murum litum
uel adamantinum et uncinum pomorum
attrahentem supplicia peccatoribus et famem
in terra non famem panis neque sitim aque
sed audiendi uerbum dei. Abdias qui inter-
pretatur seruus dei personat contra edom et san-
guineum terrenumque hominem fratris quoque iacob
semper emulum hasta percutit spirituali.
Ionas columba pulcherrima nau-

suffragio suo passionem domini prefigurans mundum ad penitentiam revocat et sub nomine Ninive salutem gentibus nuntiat.

Micheas de Morasthim coheres Christi vastationem annuntiat filio latronis et obsidionem ponit contra eum quia maxillam percussit iudicis Israel.

Naum consolator orbis increpat civitatem sanguinum et post eversionem illius loquitur: Ecce super montes pedes evangelizantis et annuntiantis pacem.

Abacuk luctator fortis et rigidus stat super custodiam suam et figit gradum super munitionem ut Christum in cruce contempletur et dicat: Operuit celos gloria eius et laudis eius plena est terra, splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.

Sophonias speculator et archanorum dei cognitor audit clamorem a porta piscium et eiulatum a secunda et contritionem a collibus; indicit quoque ululatum habitatoribus pile quia conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt universi qui involuti erant argento.

Aggeus festivus et letus qui seminavit in lacrimis ut in gaudio metet destructum templum edificat deumque patrem inducit loquentem: Adhuc unum modicum et ego commovebo celum et terram et mare et aridam et movebo omnes gentes et veniet desideratus cunctis gentibus.

Zacharias memor domini sui multiplex in prophetia Ihesum vestibus sordidis indutum et lapidem oculorum septem candelabrumque aureum cum totidem lucernis quot oculis, duas quoque olivas a sinistris lampadis cernit et dextris, ut post equos rufos nigros varios albos et dissipatas quadrigas ex Effraym et equum de Ierusalem pauperem regem vaticinetur et predicet regem sedentem super pullum filium asine subiugalis.

Malachias aperte et in fine omnium prophetarum de abiectione Israel et vocatione gentium: Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit dominus exercituum, et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda.

Ysaiam, Ieremiam, Ezechielem et Danielem quis possit vel intelligere vel exponere? quorum primus non prophetiam mihi videtur texere sed evangelium.

Secundus virgam nuceam et ollam accensam a facie aquilonis et pardum spoliatum suis coloribus et quadruplex diversis metris nectit alphabetum.

Tercius principia et finem tantis habet obscuritatibus involuta ut apud Hebreos ipse partes cum exordio Genesis ante annos xxx non legantur.

Quartus vero qui et extremus inter iiii prophetas temporum conscius et totius mundi philoistor lapidem precisum de monte sine manibus et regna omnia subvertentem claro sermone pronuntiat.

David Simonides noster, Pindarus et Alcheus, Flaccus quoque Catullus atque Serenus, Christum lyra personat et in decacordo psalterio ab inferis excitat resurgentem.

Salomon pacificus et amabilis domini mores corrigit, naturam docet, ecclesiam iungit et Christum, sanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium.

Hester in ecclesie typo populum liberat de periculo et interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes convivii et diem celebrem mittit in posteros.

Paralipomenon liber, id est instrumenti veteris epitome, tantus ac talis est ut absque illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare seipsum irrideat.

Per singula quippe nomina iuncturasque verborum et pretermisse in Regum libris tanguntur historie et innumerabiles explicantur evangelii questiones.

Esdras et Neemias adiutor videlicet et consolator a domino in uno volumine coartantur, instaurant templum, muros extruunt civitatis, omnisque illa turba populi redeuntis in patriam et descriptio sacerdotum levitarum Israhelis proselitorum ac per singulas familias murorum et turrium opera divisa aliud de cortice preferunt aliud in medulla retinent.

Cernis me scripturarum amore raptum excessisse modum epistole et tamen non implesse quod volui.

Audivimus tantum quid nosse, quid cupere debeamus ut et nos quoque possimus dicere

Concupivit anima mea desiderare iustificati-
ones tuas in omni tempore. Ceterum id est sanctitatem
in vobis hoc tantum scio quod nescio.

Tangam et novum breviter testamentum.
Matheus, Marcus, Lucas et Iohannes qua-
driga domini et verum cherubin quod interpre-
tatur scientie plenitudo per totum corpus oculati sunt.
Scintille emicant, discurrunt fulgura, pedes
habent rectos et in sublime tendentes,
terga pennata et ubique volitantia, et
tenent se mutuo sibique perplexi sunt et
quasi rota in rota volvuntur, et pergunt
quocumque eos flatus sancti spiritus duxerit. Pau-
lus apostolus ad septem scribit ecclesias; octava
enim ad Hebreos a plerisque extra numerum ponitur.
Thimotheum instruit et Tytum, et Phile-
monem pro fugitivo famulo deprecatur.
Super quo melius tacere puto quam pauca
scribere. Actus apostolorum nudam quidem
videntur sonare historiam et nascentis
ecclesie infanciam texere; sed si noverimus
scriptorem eorum Lucam esse medicum, cuius laus
est in evangelio, animadvertimus pariter omnia verba illius
anime languentis esse medicinam. Jacobus,
Petrus, Iohannes, Judas septem epistolas edide-
runt tam misticas quam succinctas, et bre-
ves pariter ac longas: breves in verbis,
longas in sententiis, ut rarus
sit qui non in earum lectione caecutiat. Apo-
kalipsis Iohannis tot habet sacramenta quot
verba. Parum dixi et pro merito voluminis
laus omnis inferior est. In verbis singulis
multiplices latent intelligentie. Oro
te, frater karissime, inter hec vivere, ista medi-
tari, nichil aliud nosse, nichilque aliud querere.
Nonne videtur tibi iam hic in terris
regni celestis habitaculum? Nolo ut offen-
daris in scripturis sanctis simplicitate et quasi vi-
litate verborum, que vel vicio interpretum
vel de industria sic prolate sunt ut rusti-
cam concionem facilius instruerent et in
una eademque sententia aliter doctus, aliter sen-
tiret indoctus. Non sum tam petulans
et hebes ut hec me nosse pollicear
et eorum fructus carpere in terra quorum ra-
dices in celo fixe sunt. Sed me velle
fateor; sed inviti me profiteor. Sedenti me

professo magistri, tenuiores comitem spondeo.
Petenti datur, pulsanti aperitur, querens in-
venit. Discamus in terris quorum scientia no-
bis tum perseveret in celis. Obviis te ma-
nibus excipiam et ut inepte aliquid quod sit
de Ermagore tumiditate efferam, quicquid
quesieris tecum scire conabor.

Habes hic amatissimum tuum fratrem Eu-
sebium qui litterarum tuarum in gratiam dupli-
cavit referens honestatem morum tuorum,
contemptum seculi, fidem amicicie, amorem Christi.
Nam prudenciam et eloquii venustatem
etiam absque illo ipsa epistola preferebat.
Festina, queso te, et herenti in salo na-
vicule funem magis precide quam solve.
Nemo renunciaturus seculo bene potest vendere
que contempsit ut venderet. Quicquid in
sumptus de tuis tuleris pro lucro computa.
Antiquum dictum est: avaro deest tam quod habet
quam quod non habet. Credenti totus mundus diviciarum
est; infidelis etiam obulo indiget. Sic
vivamus quasi nichil habentes et omnia possidentes.
Victus atque vestitus divicie christianorum
sunt. Si habes in potestate rem tuam, vende;
si non habes, proice. Tollenti tunicam et pal-
lium relinquendum est. Nisi scilicet tu semper recras-
tinas et diem de die trahens caute et
pedetentim tuas possessiunculas ven-
dideris, non habet Christus unde alat pauperes suos.
Totum deo dedit qui se ipsum obtulit. Apo-
stoli tantum navem et rete reliquerunt. Vidua duo
era mittit in gazophilacium et prefer-
tur Cresi diviciis. Facile contempnit omnia
qui se semper cogitat moriturum.

Prefacio Jeronimi

Desiderii mei desideratas accepi litteras
quodam presagio futurorum cum Danie-
le sortitus es nomen, obsecrantis ut translatum in
latinam linguam de hebreo sermone Pen-
tateucum nostrorum auribus traderem. Periculo-
sum opus certe et obtrectatorum meorum
latratibus patens, qui me asserunt in septua-
ginta interpretum suggillacionem nova pro veteribus
cudere, ita ingenium quasi vinum probantes,
cum ego sepissime testatus sim me pro virili
portione in tabernaculum dei offerre que
possim, nec opes alterius aliorum paupertate
fedari. Quod ut auderem, Origenis me

studium provocavit qui editionem antiquam translationi tam editionis miscuit asterisco et obelo id est stella et veru omne opus distinguens dum aut illucescere facit que minus ante fuerant aut superflua queque iugulat et confodit et maxime que evangelistarum et apostolorum auctoritas promulgavit in quibus multa de veteri testamento legimus que in nostris codicibus non habentur ut est id: Ex egipto vocavi filium meum et quoniam nazareus vocabitur. Et videbunt in quem compunxerunt. Et flumina de ventre eius fluent aque vive. Et que nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. Et multa alia que proprium sintagma desiderant. Interrogemus ergo eos ubi hec scripta sunt et cum dicere non poterunt de libris hebraicis proferamus. Primum testimonium est in osee secundum in ysaia tertium in zacharia quartum in proverbiis quintum eque in ysaia. Quod multi ignorantes apocriforum deliramenta sectantur et hiberas nenias libris autenticis preferunt. Causas erroris non est meum exponere. Iudei prudenti factum hoc dicunt esse consilio ne ptolomeus unius dei cultor etiam apud hebreos duplicem divinitatem deprehenderet quod maxime ideo faciebant quia in platonis dogma cadere videbatur. Denique ubicumque sacratum aliquid scriptura testatur de patre et filio et spiritu sancto aut aliter interpretati sunt aut omnino tacuerunt ut et regi satisfacerent et archanum fidei non vulgarent. Et nescio quis primus auctor lxx cellulas alexandrie mendacio suo extruxit quibus divisi eadem scriptitarent cum aristeus eiusdem ptholomei ypaspites et non multo post tempore Iosephus nichil tale retulerint sed in una basilica congregatos contulisse scribant non prophetasse. Aliud est enim vatem aliud esse interpretem. Ibi spiritus ventura predicit hic eruditio et verborum copia ea que intelligit transfert. Nisi forte putandus est tullius et yconomicum xenofontis et platonis pitagorum et demostenis pro ctesiphonte afflatus rethorico spiritu transtulisse. Ut aliter de eisdem libris per lxx interpretes aliter per apostolos spiritus sanctus testimonia texuit ut quod illi tacuerunt hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur damnamus veteres? Minime sed post priorum studia in domo domini quod possumus laboramus. Illi interpretati sunt ante adventum christi et quod nesciebant dubiis protulere sententiis. Nos post passionem et resurrectionem eius non tam prophetiam quam historiam scribimus. Aliter enim audita aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus melius et proferimus. Audi igitur emule obtrectator ausculta non damno non reprehendo lxx sed confidenter cunctis illis apostolos profero. Per istorum os michi christus sonat quos ante prophetas inter spiritualia carismata positos lego in quibus ultimum pene gradum interpretes tenent. Quid livore torqueris? Quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi in translatione videor errare interroga hebreos diversarum urbium magistros consule. Quod illi habent de christo tui codices non habent. Aliud est si contra se postea ab apostolis usurpata testimonia probaverunt et emendatiora sunt exemplaria latina quam greca greca quam hebrea. Verum hec contra invidos. Nunc te deprecor desideri karissime ut quia me tantum opus subire fecisti et a genesi exordium capere orationibus iuves quo possim eodem spiritu quo scripti sunt libri in latinum eos transferre sermonem.

Hic incipit liber genesis in quo agitur de mundi et omnium creaturarum exordio de diluvio et archa noe de confusione linguarum de electione populi dei et de descensu eiusdem populi de archa tabernaculo et altari ac vestibus aaron et habet capitula quinquaginta. Versus

Sex prohibet peccat abel enoch archa fit intrant
Egreditur dormit variant terris it abram
Loth reges credit

Cap i

In principio creauit deus celu et terra
terra aut erat inanis et vacua Et tene
bre erat sup faciem abissi et spus dni
ferebat sup aquas Dixitque deus
fiat lux et fca e lux et vidit deus
lucem qd esset bona et diuisit luce
a tenebris Appellauitque luce diem
et tenebras noctem Fcmque e vespe
et mane dies vnus Dixitque deus
fiat firmamentu i medio aquarum
et diuidat aquas ab aquis Et fecit
deus firmamentu diuisitque aquas
que erat sub firmamento ab hiis que
erat sup firmamentu Et fcm e ita
Vocauitque deus firmamentu celu
Et fcm est vespe et mane dies scds
Dixit vero deus Congregent aque
que sub celo sut in locu vnu et ap
pareat arida Fcmque e ita et vocauit
deus arida terram congregacionesque
aquarum appellauit maria Et vidit deus
qd esset bonu Et ait Germinet terra
herba virente et afferente semen
et lignu pomiferum faciens fructu
iuxta genus suu cuius semen i semet
ipo sit sup terra Et fcm e ita Et p
tulit terra herba virente et afferente
semen iuxta genus suu lignuque faci
ens fructum et habens vnuquodque
sementem scdm spem sua Et vidit
deus qd esset bonu Fcmque e vespe
et mane dies tercius Dixitque deus
Fiat luminaria in firmamento celi ut diui
dat diem ac nocte et sint in signa
et tpa et dies et annos ut luceant in
firmamento celi et illuminent terra Et fcm
e ita Fecitque duo luminaria magna
luminare maius ut preesset diei et lumi
nare minus ut preesset nocti et stellas et posuit
eas in firmamento celi ut lucerent super
terra et preessent diei ac nocti et diui
derent lucem ac tenebras Et vidit deus
qd esset bonu Et fcm e vespe et mane
dies quartus Dixit etiam deus pducant
aque reptile anime viuentis et volatile
sup terra sub firmamento celi Creauitque
deus cete grandia et omem aiam
viuentem atque motabilem qua pro
duxerat aque in spes suas et ome
volatile scdm genus suu Et vidit
deus qd esset bonu Benedixitque eis
dicens Crescite et multiplicamini et re
plete aquas maris Auesque multipli
centur sup terra Et fcm e vespe et mane
dies quintus Dixitque deus pducat
terra aiam viuentem in genere suo iumenta
et reptilia et bestias terre scdm spes
suas Fcmque e ita Fecit deus bestias
terre iuxta spes suas et iumenta et ome
reptile terre in genere suo Et vidit deus
qd esset bonu Et ait Faciamus hoiem
ad ymaginem et similitudinem nram et
presit piscibus maris et volatilibus celi
et bestiis vniuersque terre omnique reptili
qd mouetur in terra Creauitque deus
hominem ad ymaginem sua ad yma
ginem dei creauit illu masculu et femina
creauit eos Benedixitque illis deus et ait
Crescite et multiplicamini et replete terra
et subicite ea et dnamini piscibus ma
ris et volatilibus celi et vniuersis
aiantibus que mouentur sup terra
Dixitque deus Ecce dedi vobis oem
herba afferente semen sup terra et

vniuersa ligna que habent in semetipsis
semente generis sui ut sint vobis in escam
et cunctis animantibus terre omnique volucri
celi et vniuersis que mouentur in terra et in
quibus est anima viuens ut habeant ad vescendum
Et factum est ita Viditque deus cuncta que
fecerat et erant valde bona Et factum est ves-
pere et mane dies sextus Capitulum ij^m

Igitur perfecti sunt celi et terra et
omnis ornatus eorum Compleuitque deus
die septimo opus suum quod fecerat
et requieuit die septimo ab vniuerso ope-
re quod patrarat Et benedixit diei septimo
et sanctificauit illum quia in ipso cessauerat
ab omni opere suo quod creauit deus ut faceret
Iste generationes celi et terre quando create sunt
in die quo fecit dominus deus celum et terram
et omne virgultum agri antequam oriretur
in terra Omnemque herbam regionis priusquam
germinaret Non enim pluerat dominus deus
super terram et homo non erat qui operaretur
terram Sed fons ascendebat de terra
irrigans vniuersam superficiem terre Formauit
igitur dominus deus hominem de limo terre
et inspirauit in faciem eius spiraculum
vite et factus est homo in animam viuentem Pla-
tauerat autem dominus deus paradisum voluptatis
a principio in quo posuit hominem quem for-
mauerat Produxitque dominus deus de humo
omne lignum pulchrum visu et ad vescendum
suaue Lignum etiam vite in medio pa-
radisi Lignumque scientie boni et mali Et fluuius
egrediebatur de loco voluptatis ad
irrigandum paradisum qui inde diuiditur in
quatuor capita Nomen vni phison
ipse est qui circuit omnem terram euilath vbi
nascitur aurum et aurum terre illius op-
timum est Ibique inuenitur bdellium et lapis
onichinus Et nomen fluuio secundo gyon
Ipse est qui circuit omnem terram ethiopie
Nomen vero fluuii tercii tygris Ipse va-
dit contra assirios Fluuius autem quartus
Ipse est eufrates Tulit ergo dominus deus
hominem quem fecerat et posuit eum in paradi-
so voluptatis ut operaretur et custodiret

illud Precepitque ei dicens Ex omni
ligno paradisi comede De ligno autem
scientie boni et mali ne comedas In quo-
cumque enim die comederis ex eo morte
morieris Dixitque dominus deus Non est
bonum hominem esse solum Faciamus ei ad-
iutorium simile sibi Formatis igitur dominus
deus de humo cunctis animantibus terre
et vniuersis volatilibus celi adduxit
ea ad adam ut videret quid vocaret
ea Omne enim quod vocauit adam anime vi-
uentis ipsum est nomen eius Appellauitque
adam nominibus suis cuncta animancia et
vniuersa volatilia celi et omnes bestias
terre Ade vero non inueniebatur adiutor
similis eius Inmisit ergo dominus deus sopo-
rem in adam Cumque obdormisset tulit
vnam de costis eius et repleuit carnem
pro ea Et edificauit dominus deus costam quam
tulerat de adam in mulierem et adduxit
eam ad adam Dixitque adam Hoc os
ex ossibus meis et caro de carne
mea Hec vocabitur virago quoniam de
viro sumpta est Quamobrem relinquet
homo patrem suum et matrem et adherebit vx-
ori sue Et erunt duo in carne vna Capitulum iij^m

Erat autem vterque nudi adam scilicet et
vxor eius et non erubescebant
Sed et serpens erat callidior cunctis
animantibus terre que fecerat dominus deus
Qui dixit ad mulierem Cur precepit
vobis dominus deus ut non comederetis
de omni ligno paradisi Cui respondit mulier
De fructu lignorum que sunt in paradiso
vescimur De fructu vero ligni quod est in me-
dio paradisi precepit nobis deus ne come-
deremus et ne tangeremus illud ne forte mo-
riamur Dixit autem serpens ad mulierem
Nequaquam morte moriemini Scit enim
deus quod in quocumque die comederitis
ex eo aperientur oculi vestri et eritis sicut
dii scientes bonum et malum Vidit igitur
mulier quod bonum esset lignum ad vescendum
et pulchrum oculis aspectuque delectabile
Tulit de fructu illius et comedit Deditque

vio suo Qui cedit et apti sut oculi
abor Quib cognouissent se ee nudos
cosuerut folia ficus et fecerut sibi pe-
zomata Et cu audisset vocem dni dei
deambulantis in paradiso ad auram p̄me-
die abscondit se ada z uxor eius a facie
dni dei z medio ligni paradisi Vocauit
dns deus ada z dixit ei Ubi es Qui
ait Vocem tua audiui in paradiso z ti-
mui eo q nudus essem et abscondi me
Cui dixit deus Quis ei indicauit tibi
q nudus esses n q ex ligno de q̄ p̄ce-
pam tibi ne comederes comedisti
Dixitq ada Mulier qua dedisti mi-
hi sociam dedit michi de ligno z comedi
Et dixit dns deus ad mulierem Quare
hoc fecisti Que rndit Serpes decep-
it me et comedi Et ait dns deus ad ser-
pentem Quia hoc fecisti maledictus
es inter omia animantia terre z bestias ter-
re sup pectus tuu gradieris z terra comedes
cunctis diebus vite tue Inimicicias ponam
inter te z mulierem z semen tuu z semen illius
Ipe conteret caput tuu z tu insidiabis
calcanео eius Mulieri q̄q dixit Multi-
plicabo erumnas tuas et conceptus
tuos In dolore paries filios z sub viri
potestate eris et ipe dominabit tui Ade ve
dixit Quia audisti vocem uxoris tue
et comedisti de ligno ex q̄ p̄cepram
tibi ne comederes maledicta terra in ope tuo
In laboribus comedes ex ea cunctis diebus
vite tue Spinas z tribulos germinabit tibi
et comedes herbas terre In sudore vultus
tui vescris pane tuo donec reuertaris in
terra de qua sumptus es q pulvis es
et in pulvere reuerteris Et vocauit adam
nome uxoris sue eua eo q mr esset
cunctoru viuentiu Fecit q̄q dns deus
ade et uxori eius tunicas pelliceas et
induit eos et ait Ecce ada q̄si unus
ex nobis factus est scies boni z mali Ne
ergo ne forte mittat manu sua et
sumat etiam de ligno vite z comedat
et viuat metnui Emisit eu dns deus
de paradiso voluptatis ut operaret ter-
ram de qua sumptus est Eiecitq ada z collocauit
ad paradisu voluptatis cherubim z flammeu
gladiu atq̄ versatile ad custodiendam
viam ligni vite Captm iiij

Adam vo cognouit eua uxore
sua q concepit et peperit cayn dicens
possedi hoiem p deu Rursusq peperit
fratrem eius abel Fuit ad abel pastor
ouiu et cayn agricola Factu e aut p
multos dies ut offerret cayn de fructibus
terre munera dno Abel q̄q obtulit de primo
genitis gregis sui z de adipibus eoru et
respexit dns ad abel z ad munera eius ad
cayn vo et ad munera illius no respexit
Iratus e cayn vehemeter z cecidit vultus
eius Dixitq dns ad eu Quare iratus
es et cur concidit facies tua Nonne
si bn egeris recipies sin at male stati
m foribus peccatu adest Sed sub te erit a
petitus eius z tu dominabis illius Dixitq
cayn ad abel fratrem suu Egrediamur fo
ras Cumq essent i agro consurrexit
cayn adversus abel fratrem suu z interfecit
eu Et ait dns ad cayn Ubi est abel
frat tuus Qui rndit Nescio Numq custos
fratris mei ego sum Dixitq ad eu Quid
fecisti Vox sanguinis fratris tui clamat
ad me de terra Nunc igr maledictus es
super terra q aperuit os suu z suscepit
sanguinem fratris tui de manu tua Cu opa-
tus fuerис ea no dabit tibi fructus suos
Vagus z profugus eris sup terra Dixitq
cayn ad dnm Major est iniquitas mea
q̄ ut veniam meream Ecce ejicis me hodie
a facie terre z a facie tua abscondar
et ero vagus z profugus in terra Omis
igit q̄q invenerit me occidet me Dixitq
ei dns Nequaq̄ sic Sed septuplu punietur
qui occiderit cayn Posuitq dns
cayn signu ut no eu interficeret
omis q̄ invenisset eu Egressusq cayn a
facie dni habitauit in terra profugus ad ori-
entalem plagam eden Cognouit autem cayn
uxore sua q concepit z peperit enoch
Et edificauit civitatem vocauitq nomen ei

ex noie filij sui enoch porro enoch ge-
rad et irad ge- mamiabel z mama
hel ge- matusael z matusael genuit
lamech Qui accepit xxoces duas
Nome vni ada et nome alti silla ge-
uit ada iabel q fuit pr habitauit tento
rijs atq pastor et nome fris eius
bal xpe fuit pr cantantiu cythara z or
gano Nella q ge- tubalcaim q fuit
malleator z faber in cuncta opa ere z
ferri Soror vo tubalcaim noema
Uxor aut lamech xxoibus suis ade z selle
Audite voce mea xxores lamech au
scultate sermone meu quia occidi viru
in vulnus meu et adolescentulu in liuo
meu Septuplu vlcio dabit de cayn
de lamech vo septuagies septies Cog
nouit q adhuc adam xxore sua et
peperit filiu Vocauit aut nome eius seth di
cens posuit mi deus semen alt pro abel
que occidit cayn Ged et seth nato e
filio que vocat enos iste cepit invocare
nomen dominu

Caplm v.

Hic liber generatois adam in die
qua creat deus hoiem ad similitu-
dine dei fecit illu masculu et femina creauit
eos et benedixit illis et vocat nome eoz
ada in die qua creati sut Uixit ada
centu xxx anis et genuit filiu ad similitudine
et ymagine sua Vocauit aut nomen
eius seth et fuit dies ada post ge-
nitu seth octingenti anis genuitq filios et filias
et fuit omes dies quos vixit adam
anis nongenti xxx et mortuus e Uixit
at seth c v anis et genuit enos Uixit at
seth post ge- enos octingentis anis genuitq
filios et filias Et fuit oes
dies seth nongenti xii anis et mor-
tuus e Uixit vo enos nonagita a
nis et genuit cayna post cuius ortu
vixit octingentis anis et genuit filios
et filias fuitq fuit omes dies enos non
genti v anis et mortuus e Uixitq
cayna xxo anis et genuit malaleel et
vixit cayna post ge- malaleel oc
tingentis xl anis genuitq filios et
filias et fuit oes dies cayna nongenti
x anis et mortuus e Uixit malaleel xxo anis
et genuit iared et vixit malaleel post ge-
uit iared octingentis xxx anis genuitq filios
et filias Et fuit oes dies malaleel
octingenti xcv anis et mortuus e Uixitq
iareth chanoch anis et genuit enoch et vixit
iareth post ge- enoch octingentis et
ge- filios et filias Et fuit oes dies
iareth nongenti lxii anis et mortuus e
Porro enoch vixit cxl anis et genuit
mathusalem Et ambulauit enoch cu
deo post ge- mathusale ccc anis
et genuit filios et filias et fuit omes
dies enoch ccc et lxv anis Ambulauitq
cu deo et no apparuit q tulit eu deus
Uixitq mathusale clxxxvii anis
et genuit lamech et vixit mathusa
lem post ge- lamech dcc lxxxii a
nis et genuit filios et filias Et fuit
omes dies mathusalem dcccc lxix anis
et mortuus e Uixit at lamech clxxxii
anis et genuit filiu Vocauitq nomen
eius noe dicens Iste consolabit nos ab
operibus et laboribus manuu nrarum in
terra cui maledixit dns Uixitq la
mech post genuit noe dcc anis
et genuit filios et filias Et fuit
omes dies lamech dcc lxxvii anis
et mortuus e Noe vo cu quingentos
esset annos genuit sem cham et japheth

Ca vj

Cumq cepissent homines multiplicari
super terra et filias procreassent vi
dentes filii dei filias hoim q essent
pulchre acceperut uxores sibi ex oib
quas elegerat Dixitq deus non
permanebit spus meus in homie istis in
q caro e erunt q dies illius centu xx anoz
Gigantes at erant super terra in diebus
illis postq ingressi sut filii dei
ad filias hoim illeq genuerut Isti
sut potentes a seculo viri famosi Videns

rat deus q̄ multa malicia hom̄ eēt
in t̄ra et cuncta cogitac̄o cordis īten̄ta
eēt ad malū oī t̄pe penituit eū q̄ ho
minē fecisset in t̄ra. Et p̄cauens ī fu
tur̄ ꝛ tactus dolore cordis intrinsecus
Delebo inquit hoīem quē creaui a facie
t̄re ab hoīe usq̄ ad aīancia/ a repti
li usq̄ ad volucres celi penitet eī me
eos fecisse. Noe vero inuenit graciā cora
dn̄o/ Hee sūt generacōes noe. Noe vir
iustus atq̄ pfectus fuit ī generacoīb
suis et cū deo ambulauit ꝛ genuit tres
filios Sem Cham et Japheth. Corrup
ta ē aūt t̄ra cora dn̄o ꝛ repleta ē
iniquitate. Cumq̄ vidisset deus t̄ra eē cor
ruptā. Omis quippe caro corruperat
viā suā sup̄ t̄ram. Dixit ad noe. Finis
vniuerse carnis venit cora me. Repleta
ē eī t̄ra iniquitate a facie eoꝝ. Et ego
dispdā eos cū t̄ra. Fac t̄ archā de lig
nis leuigatis. Mansiunculas ī ea faci
es ꝛ bitumine linies illā intrinsecus et
extrinsecus. Et sic facies eā. Trecentoꝝ
cubitoꝝ erit longitudo arche. Et qui
quaginta cubitoꝝ latitudo. Et xxx
cubitoꝝ altitudo eius. Fenestrā ī ar
cha facies et ī cubito consumabis su
mitatē eius. Ostiū aūt arche pones ex
latere deorsū. Cenacula ꝛ tristegas fa
cies ī ea. Ecce ego adducā aq̄s diluuij
sup̄ t̄ram ut interficiā omnē carnē ī q̄
sp̄us vite ē subter celū et vniūsa q̄
in t̄ra sūt consumentur/ Ponamq̄ fedus
meū tecū. Et ingredieris archā tu
et filij tui ꝛ vxor tua et vxores fili
oꝝ tuoꝝ tecū. Et ex cunctis aīantib
vniuerse carnis bina induces ī archā
ut viuant tecū masculini sexus ꝛ femi
De volucribus iuxta genus suū ꝛ de iu
mentis in genere suo et ex oī reptili t̄re
sc̄dm genus suū bina de oībus ingredi
entur tecū ut possint viuere. Tolles igi
tur tecū ex oībus escis que mandi possint
et comportabis eas apud te. Et erunt ta
tibi q̄ illis in escā. Fecit ergo
noe oīa que precepit ei deus/ Cap vij

Dixitq̄ dn̄s ad eū. Ingredere tu et
oīs domus tua ī archā/ te eī vidi
iustū cora me ī generacōe hac. Ex oībus
aīantibus mundis tolles septena et
septena masculū ꝛ feīam. De aīantib
vero nō mundis duo ꝛ duo masculū et
feīam. Sed ꝛ de volucribus celi que sūt
munda septena ꝛ septena masculū et
feīam ut saluet̄ semē sup̄ faciē vni
uerse t̄re. Adhuc eī et post dies. Ego pluā
sup̄ t̄ra xl diebus et xl noctibus ꝛ dele
bo omnē sb̄am quā feci de sup̄ficie t̄re
Fecit ergo noe oīa que mandauerat ei
dn̄s. Eratq̄ sexcentoꝝ annoꝝ qn̄ dilu
uiū aq̄ inundauat sup̄ t̄ram. Et ingressus
ē noe et filij eius ꝛ vxor eius ꝛ tres vxores
filioꝝ eius cū eo ī archā/ ppt̄ aq̄s diluuij
De aīantibus q̄ mundis et imundis et
de volucribus iuxta genus suū et ex omī
reptili qd̄ mouet̄ sup̄ t̄ra duo ꝛ duo
ingressa sūt ad noe ī archā/ masculus
et feīa sicut p̄ceperat deus noe. Cumq̄ tn̄
sissent vij dies/ aq̄ diluuij inundauere
sup̄ t̄ra ano sexcentesimo vite noe me
se sc̄do/ xvij die mensis rupti sūt oēs
fontes abissi aq̄ magne ꝛ catharacte
celi aperte sūt. Et f̄ca ē pluuia sup̄ t̄ram
xl diebus et xl noctibus. ī articulo illius
diei Ingressus ē noe ꝛ Sem et Cham et
Japheth filij eius vxor illius ꝛ vxores fili
oꝝ eius cū eis in archā ipsi ꝛ oē aīal
sc̄dm genus suū. Vniūsaq̄ iumenta
in genere suo ꝛ oē qd̄ mouet̄ sup̄ t̄ram
in genere suo/ cunctūq̄ volatile sc̄dm genus
suū. Vniuerseq̄ aues/ omnesq̄ volucres
ingresse sūt ad noe ī archā bina ꝛ bina
ex oī carne ī qua erat sp̄us vite et
que ingressa sūt masculꝰ ꝛ feīa ex oī
carne introierunt sicut p̄ceperat ei deus
Et inclusit eū dn̄s foris. Factumq̄ est
diluuiū xl diebus ꝛ xl noctibus sup̄ t̄ra
et multiplicate sūt aq̄ ꝛ eleuauere
archā in sublime a t̄ra/ Vehementer
eī inundauerunt aq̄ ꝛ oīa repleuerunt

Septem

in superficie terre. Porro archa ferebatur
super aquas et aque prevaluerunt super terram
nimis. Opertique sunt omnes montes excelsi
sub universo celo. xv cubitis altior fuit
aqua super montes quos operuerat. Con-
sumptaque est omnis caro que movebatur super
terram, volucrum, animantium, bestiarum omniumque
reptilium que reptant super terram. Universique
homines et cuncta in quibus spiraculum
vite in terra mortua sunt. Et delevit deus
omnem substantiam que erat super terram ab homine
usque ad pecus tam reptile quam volucres
celi. Et deleta sunt de terra. Remansit
autem solus noe et qui cum eo erant in archa.
Obtinueruntque aque diluvium terram cl diebus.

Recordatus autem dominus noe cunctorumque **Ca viij**
animantium et omnium iumentorum que
erant cum eo in archa et adduxit spiritum
super terram et minute sunt aque et clausi sunt
fontes abissi et cataracte celi prohibite
sunt pluvie de celo. Reversaeque sunt aque
de terra euntes et redeuntes et ceperunt
minui post cl dies. Requievitque archa
mense septimo xxvij die mensis super
montes armenie. At vero aque ibant et de-
crescebant usque ad decimum mensem. De-
cimo enim mense prima die mensis apparue-
runt cacumina montium. Cumque transissent xl
dies aperiens noe fenestram arche quam
fecerat emisit corvum qui egrediebatur et
non revertebatur donec siccarentur aque super terram.
Emisit quoque columbam post eum ut videret si iam
cessassent aque super faciem terre. Que cum non
invenisset ubi requiesceret pes eius reversa est
ad eum in archam. Aque enim erant super universam
terram. Extenditque manum et apprehensam
intulit in archam. Expectatis autem ultra
vij diebus aliis rursum dimisit columbam
de archa. At illa venit ad eum ad vespe-
ram portans ramum olive virentibus
foliis in ore suo. Intellexit ergo noe quod
cessassent aque super terram. Expectavitque
nichilominus dies vij alios et emisit
columbam que non est ultra reversa ad eum.
Igitur vi^c primo anno vite noe prima
mense prima die mensis imminute sunt aque
super terram. Et aperiens noe tectum ar-
che aspexit viditque quod exsiccata esset
superficies terre. Mense secundo xxvij die men-
sis arefacta est terra. Locutus est autem deus ad noe
dicens. Egredere de archa tu et uxor tua
et filii tui et uxores filiorum tuorum tecum.
Cunctaque animantia que sunt apud te ex
omni carne tam in volatilibus quam in bestiis
et universis reptilibus que reptant super terram
educ tecum et egredimini super terram. Crescite
et multiplicamini super terram. Egressus est ergo
noe et filii eius et uxor eius et uxores filiorum
eius cum eo. Sed et omnia animantia et reptilia
que reptant super terram secundum genus suum e-
gressa sunt de archa. Edificavit autem noe
altare domino. Et tollens de cunctis pecori-
bus et volucribus mundis obtulit holo-
causta super altare. Odoratusque est dominus
odorem suavitatis et ait ad eum. Nequaquam
ultra maledicam terre propter homines. Sen-
sus enim et cuncta cogitatio humani cordis
in malum prona sunt ab adolescentia sua.
Non igitur percutiam ultra omnem animam
viventem sicut feci. Cunctis diebus
terre sementis et messis frigus et estus
et estas et hyemps nox et dies non requi-
escent. **Cap ix**

Benedixitque deus noe et filiis eius et dixit
ad eos. Crescite et multiplicamini et
replete terram. Et terror ac tremor vester
sit super cuncta animalia terre et super omnes
volucres celi cum universis que movetur
in terra. Omnes pisces maris manui
vestre traditi sunt. Et omne quod movetur et
vivit erit vobis in cibum. Quasi olera viren-
tia tradidi vobis omnia. Excepto quod car-
nem cum sanguine non comedetis. Sangui-
nem enim animarum vestrarum requiram de manu
cunctarum bestiarum et de manu hominis. De
manu viri et de manu fratris eius requiram
animam hominis. Quicumque effuderit huma-
num sanguinem effundetur sanguis illius. Ad
ymaginem quippe dei factus est homo. Vos
autem crescite et multiplicamini et ingredi-
mini super terram et implete eam. Hec quoque dixit

dns ad noe et ad filios eius cum eo. Ecce
ego statuam pactum meum vobiscum et
cum semine vestro post vos et ad omnem animam
viventem que est vobiscum tam in volucribus
quam in iumentis et pecudibus terre cunctisque
que egressa sunt de archa et universis
bestiis terre. statuam pactum meum vo-
biscum. Et nequaquam ultra interficietur
omnis caro ab aquis diluvii neque erit
deinceps diluvium dissipans terram. Dixitque
deus. Hoc est signum federis quod do
inter me et vos et ad omnem animam viventem
que est vobiscum in generationes sempiternas.
Arcum meum ponam in nubibus celi et
erit signum federis inter me et inter terram.
Cumque obduxero nubibus celum apparebit
arcus meus in nubibus celi et recorda-
bor federis mei quod pepigi vobiscum et
cum omni anima vivente que carnem vegetat
et non erunt ultra aque diluvii ad delenda
universa carnem. Eritque arcus meus in nubibus
et videbo illum et recordabor federis sempiterni
quod pactum est inter deum et inter omnem animam viventem
universe carnis que est super terram. Dixitque
deus ad noe. Hoc erit signum federis quod con-
stitui inter me et omnem carnem super terram.
Erant igitur filii noe qui egressi sunt de ar-
cha Sem Cham et Iafeth. Porro cham
ipse est pater chanaan. Tres isti sunt filii
noe et ab hiis disseminatum est omne genus
hominum super universam terram. Cepitque noe
vir agricola exercere terram et plantavit vineam
bibensque vinum inebriatus est et nudatus
iacuit in thabernaculo suo. Quod cum vi-
disset cham pater chanaan verenda scilicet patris
sui esse nudata, nunciavit duobus fratribus
suis foris. At vero Sem et Iafeth
pallium imposuerunt in humeris suis et incede-
tes retrorsum operuerunt verenda patris
sui faciesque eorum averse erant et patris
virilia non viderunt. Evigilans autem
noe ex vino cum didicisset que fecerat
ei filius suus minor ait. Maledictus
chanaan puer servus servorum erit fratribus
suis. Dixitque benedictus dominus deus Sem
chanaan sit servus eius. Dilatet dominus deus
iafeth et habitet in tabernaculis Sem sitque
chanaan servus eius. Vixit autem noe post
diluvium trecentis annis et impleti sunt omnes
dies eius nongentorum quinquaginta annorum
et mortuus est.

Capitulum x

Hec sunt generationes filiorum noe Sem
cham et iafeth natique sunt eis
filii post diluvium. Filii iafeth gomer
et magog et madai et yauan et
thubal et mosoch et tyras. Porro
filii gomer ascenez et riphat et tho-
gorma. Filii autem yauan elisa et thar-
sis cethim et dodanim. Ab hiis divisi
sunt insule gentium in regionibus suis
unusquisque secundum linguam suam et familias
in nationibus suis. Filii autem cham chus
et mesraym et futh et chanaan.
Filii autem chus saba et evila et sabatha
et regma et sabathaga. Filii regma
saba et dadan. Porro chus genuit nem-
rod ipse cepit potens esse in terra et erat
robustus venator coram domino. Ab hoc exivit
proverbium quasi nemrod robustus vena-
tor coram domino. Fuit autem principium eius
regni babilon et arach et archad et
chalanne in terra senaar. De terra illa
egressus est assur et edificavit niniven
et plateas civitatis et chale. Resen quoque inter
niniven et chale hec est civitas magna.
At vero mesraym genuit ludim et anamym
et labym et nepthim et phetrusim et chasl-
uym de quibus egressi sunt philistiim
et capthurim. Chanaan autem genuit sydonem
primogenitum suum etheum et iebuseum et
amorreum gergeseum eveum et aracheum
sineum et aradium samaritem et ama-
theum. Et per hos disseminati sunt populi chana-
neorum. Factique sunt termini chanaan venien-
tibus a sydone geraram usque gazam
donec ingrediaris sodoma et gomorram
et adamam et seboym usque lesa. Hii
sunt filii cham in cognationibus et linguis
et generationibus terrisque et gentibus suis. De

Sem quoque nati sunt patres omnium filiorum heber/
fratre iafeth maiore. Filii sem elam/ et
assur/ et arfaxat/ et lud/ et aram. Filii
aram/ hus/ et hul/ et gether/ et mes. At
vero arphaxat/ genuit sale. De quo ortus est
heber. Natique sunt heber filii duo. Nomen
uni phaleg/ eo quod in diebus suis divisa
est terra. Et nomen fratris eius iectan/ qui
iectan genuit helmodad/ et saleph/ et aser-
moth/ iare/ et abimael/ saba/ et ophir/
et evila/ et iobab. Omnes isti filii iectan.
Et facta est habitatio eorum de messa pergentibus
usque sephar/ montem orientalem. Isti sunt
filii sem secundum cognationes et linguas et
regiones in gentibus in regionibus suis.
Hee familie noe iuxta populos et nationes
suas. Ab hiis divise sunt gentes in terra post diluvium

Erat autem terra labii unius [Cap. xi.]
et sermonum eorundem. Cumque proficiscen-
tur de oriente invenerunt campum in terra
senaar et habitaverunt in eo. Dixitque alter
ad proximum suum. Venite faciamus lateres
et coquamus eos igni. Habueruntque lateres
pro saxis et bitumen pro cemento. Et dixerunt
Venite faciamus nobis civitatem et turrim
cuius culmen pertingat usque ad celum et cele-
bremus nomen nostrum antequam dividamur in universas
terras. Descendit autem dominus ut videret
civitatem et turrim quam edificabant filii adam
et dixit. Ecce unus est populus et unum est labium
omnibus. Ceperuntque hoc facere nec desistent
a cogitationibus suis donec eas opere comple-
ant. Venite et descendamus et confundamus
ibi linguam eorum ut non audiat unusquisque
vocem proximi sui atque ita divisit eos dominus
ex illo loco in universas terras et cessaverunt
edificare civitatem et ideo vocatum est nomen
loci illius babel quia ibi confusum est labium
universe terre. Et inde dispersit eos dominus super
faciem universe terre auctarum regionum.
Hee sunt generationes sem. Sem erat centum
annorum quando genuit arphaxat/ quingentis annis
biennio post diluvium. Vixit quoque postquam genuit
arphaxat/ quingentis annis et genuit filios
et filias. Porro arphaxat vixit xxxv
annis et genuit sale. Vixit quoque arphaxat
postquam genuit sale/ ccc tribus annis et genuit
filios et filias. Sale quoque vixit xxx an-
nis et genuit heber. Vixitque sale postquam
genuit heber/ ccc tribus annis et genuit filios
et filias. Vixit autem heber xxxiiii annis
et genuit phaleg/ et vixit heber postquam genuit
phaleg/ cccxxx annis et genuit filios et filias
Vixit autem phaleg/ xxx annis et genuit ren/
Vixit quoque phaleg postquam genuit ren/ ccix
annis et genuit filios et filias. Vixit autem
ren/ xxxii annis et genuit saruch. Vixit
quoque ren postquam genuit saruch/ ccvii annis et
genuit filios et filias. Vixit vero saruch/ xxx
annis et genuit nachor. Vixit quoque saruch/
postquam genuit nachor/ cc annis et genuit filios et
filias. Vixit autem nachor/ xxix annis
et genuit thare. Vixitque nachor postquam genuit
thare/ cxix annis et genuit filios et filias
Vixitque thare lxx annis et genuit abram
et nachor et aran. Hee sunt autem genera-
tiones thare. Thare genuit abram/ et nachor
et aran/ Porro aran genuit loth/ Mortuus
quoque est aran ante thare patrem suum in terra
nativitatis sue in hur/ chaldeorum. Duxe-
runt autem abram/ et nachor uxores. Nomen
uxoris abram zaray/ et nomen uxoris
nachor melcha filia aran patris
melche/ et patris iesche. Erat autem zaray
sterilis nec habebat liberos. Tulit itaque
thare/ abram filium suum/ et loth filium aran
filium filii sui et eduxit eos de hur chal-
deorum ut irent in terram chanaan. Vene-
runtque usque aran et habitaverunt ibi. Et fa-
cti sunt dies thare/ ccv annorum et mortuus est in aran

Dixit autem dominus ad abram [Cap. xii.]
Egredere de terra tua et de cognatione
tua et de domo patris tui et veni in terram
quam monstravero tibi faciamque te in gentem
magnam/ et benedicam tibi et magnifica-
bo nomen tuum. Erisque benedictus. Bene-
dicam benedicentibus te et maledicam ma-
ledicentibus tibi/ atque in te benedicentur
universe cognationes terre. Egressus est itaque
abram sicut preceperat ei dominus. Et ivit
cum eo loth/ lxxv annorum erat abram/
cum egrederetur de aran. Tulitque zaray

vxore sua ⁊ loth filiu fris sui vniu̾sa
q̃ sbam qua possederat ⁊ aias quas
fecerat i aran Et egressi sut ut irent
in t̃ra chanaan Cu q; venisset i ea p̾
transiuit abra t̃ra usq; ad locu sichem
et usq; ad conuallem illustre Chana
neus at tuc erat in t̃ra Apparuit at
dns abra ⁊ dixit ei Semi tuo dabo
t̃ra hac Qui edifica ibi altare dno q
apparuerat ei Et inuoca ibi no eius Et
inde transgrediens ad mote q erat ad ori
ente bethel tetendit ibi taberna clm
suu ab occidete hns bethel ⁊ ab orien
te hay Edificauit q; ibi altare dno et
inuoca ibi nome eius Perrexitq;
abra vltra vadens et pgrediens ad me
ridiem Facta e at fames in t̃ra Des
cenditq; abram in egiptu ut pegri
naret ibi Preualuerat ei fames i t̃ra
Cuq; ppe esset ut ingrederetur egiptu
dixit zaray vxori sue Noui q pulchra
sis mlier et q cu te viderit egipcij
dicturi sut q vxor ipsius e ⁊ inter ficient
me ⁊ te reseruabut Dic g̃ obsecro te
q soror mea sis ut bn mi sit ppt te
et viuat aia mea ob gram tui Cu
itaq; ingressus esset abra egiptu vide
rut egipcij mliere q pulchra esset
nis et nunciauert principes pharaoi
et laudauert illa apud illu Et sub
lata e mlr in domu pharaonis Abra
vo bn vsi sut ppt illam Fueruntq; ei
oues et boues et asini et asine et
cameli et serui ⁊ famle Flagellauit
at dns pharaone plagis maxis ⁊ do
mu eius ppt zaray vxore abram Vo
cauitq; pharao abra ⁊ dixit ei Qd
na e quod fecisti michi Quare non
indicasti michi q vxor tua esset quia
ob causa dixisti sorore tua ee ut
tollerem in ea in vxore Nuc g̃ ecce
coniux tua accipe ea ⁊ vade Precepitq;
pharao sup abram viris ⁊ deduxerut
eu ⁊ vxore illius ⁊ oia q hebat Cap. xiij

Ascendit ergo abram de egipto
et vxor eius et oia que habebat
et loth cu eo ad australem plagam
Erat at diues valde i possessione
auri ⁊ argenti Reu̾susq; e p iter quo
venat a meridie in bethel usq; ad
locu vbi prius fixerat tabernaclm
suu int bethel et hay in loco altaris
qd fecerat prius Et inuoca ibi no
dni Sed et loth q erat cu abra fue
rut greges ouiu ⁊ armeta ⁊ taber
nacla n potat eos cape t̃ra ut hi
tarent simul Erat q; sba eor mlta
et no quibat hitare comuniter Vn et
facta e rixa int pastores gregu abra
et loth Eo at tpe chananeus ⁊ phe
rezeus hitabat in t̃ra illa Dixit g̃
abra ad loth Ne queso sit iurgiu int
me et te et int pastores meos et
pastores tuos Fres em sumus Ecce
vniu̾sa t̃ra cora te e Recede a me
obsecro Si ad sinistra ieris Ego
dextra tenebo Si tu dextra elegis
ego ad sinistra pgam Eleuatis itaq;
loth oculis vidit omne circa regione
iordanis q vniu̾sa irrigabat anteq
subuert dns sodoma ⁊ gomorram
sicut paradisus dni et sicut egiptus
venientibus in segor Elegitq; sibi loth
regione circa iordanem ⁊ recessit ab
oriente Diuisiq; sut alteruter a fre
suo Abra hitau in t̃ra chanaan
Loth vo moratus e i oppidis que erat
circa iordane ⁊ hitau in sodomis Ho
mines at sodomite pessimi erat et
peccatores cora dno nimis Dixitq; dns
ad abram postq diuisus e loth ab
eo Leua oculos tuos in directu et
vide a loco in quo nuc es ad aqlone
et meridiem et ad orientem ⁊ occidete
omne t̃ra qua conspicis tibi dabo
et semini tuo usq; i sempiternu Faciaq;
semen tuu sicut puluere t̃re Si quis
hom possit numare puluere t̃re Se
men q; tuu numare poterit Surge g̃
et pambula t̃ra i longitudine et

latitudine sua quia tibi daturus sum
eam. Movens igitur suum tabernaculum abra-
ham venit et habitavit iuxta convallem mambre
que est in ebron. Edificavitque ibi altare domino.

Cap. xiiij

Factum est autem in illo tempore ut
amrafel rex senaar, et arioch
rex ponthi, et chodorlaomor rex ela-
mitarum, et thadal rex gentium, inirent
bellum contra basar regem sodomorum, et contra
bersa rege gomorre, et contra senaabel
rege adame, et contra semeber rege seboym,
et contra rege bale ipsa est segor. Omnes hi
convenerunt in vallem silvestrem que nunc
est mare salis. Duodecim enim annis servierunt
chodorlaomor et xiij° anno recesserunt
ab eo. Igitur xiiij° anno venit chodorlao-
mor et reges qui erant cum eo, percusserunt-
que raphaym in astaroth carnaym, et
zuzim cum eis, et emim in save cariatha-
yim, et chorreos in montibus seyr usque
ad campestria pharan que est in solitudine.
Reversique sunt et venerunt ad fontem messphat
ipsa est cades et percusserunt omnem regionem
et amalechitarum et amorreorum qui ha-
bitabat in asason thamar. Et egressi sunt
rex sodomorum et rex gomorre rexque
adame et rex seboym necnon et rex bale
que est segor. Et direxerunt aciem contra eos
in valle silvestri scilicet adversus chodorla-
omor regem elamitarum, et thadal regem
gentium et amrafel regem senaar, et
arioch regem ponthi. iiij^or reges adversus
quinque. Vallis autem silvestris habebat multos
puteos bituminis. Itaque rex sodomorum
et rex gomorre terga verterunt, cecide-
runtque ibi. Et qui remanserant fugerunt
ad montem que est engadi. Tulerunt autem omnem
substantiam sodomorum et gomorreorum et uni-
versa que ad cibum pertinent et abierunt. Nec-
non et loth et substantiam eius filium fratris abram
qui habitabat in sodomis. Et ecce unus qui
evaserat nunciavit abram hebreo qui habita-
bat in convalle mambre amorrei fratris
escol et fratris aner. Hii enim pepigerunt
fedus cum abram. Quod cum audisset abram
captum videlicet loth fratrem suum numeravit

expeditos vernaculos suos ccc xviij et per-
secutus est eos usque dan. Et divisis sociis
irruit super eos nocte percussitque eos et
persecutus est eos usque hoba que est ad levam
damasci usque ad semitem. Reduxitque
omnem substantiam et loth fratrem suum cum substa-
ntia illius mulieres quoque et populum. Egressus est
autem rex sodomorum in occursum eius postquam re-
versus est a cede chodorlaomor et qui cum
eo erant regum in valle save que est vallis
regis. At vero melchisedech rex salem
proferens panem et vinum erat enim sacerdos
dei altissimi. Benedixit ei et ait Benedictus
abram deo excelso qui creavit celum et terram
et benedictus deus excelsus quo protegente
hostes in manibus tuis traditi sunt. Et
dedit ei decimas ex omnibus. Dixit autem rex
sodomorum ad abram Da michi animas
cetera autem tolle tibi. Qui respondit ei Levo
manum meam ad dominum deum meum ex-
celsum possessorem celi et terre quod a filo
subtegminis usque ad corrigiam calige
non accipiam ex omnibus que tua sunt. Ne
dicas Ego ditavi abram. Exceptis hiis
que comederunt iuvenes et partibus virorum
qui venerunt mecum amorreo et escol
et mambre. Isti accipiant partes suas.

Cap. xv

His itaque transactis factus est sermo domini
ad abram per visionem dicens Noli ti-
mere abram Ego protector tuus sum et
merces tua magna nimis. Dixitque abram
Domine deus quid dabis michi Ego vadam
absque liberis. Et filius procuratoris domus
mee iste damascus eliezer erit heres
meus. Addiditque abram Michi autem non
dedisti semen. Et ecce vernaculus meus
erit heres meus. Statimque sermo domini factus
est ad eum dicens Non erit hic heres tuus
sed qui egredietur de utero tuo ipsum habe-
bis heredem. Eduxitque eum foras et
ait illi Suspice celum et numera stellas
si potes. Et dixit ei Sic erit semen
tuum. Credidit abram deo et reputatum
est ei ad iusticiam. Dixitque ad eum Ego
dominus qui eduxi te de hur chaldeorum
ut darem tibi terram istam ut possideres

ea. Et ille ait dne deus vn scire pos
sim q possessurus sim ea. Et rndit
dns. Sume inqt m vacca tri
et capra trima z arietem anoz triu
turture qz et coluba. Qui tollens vni
usa hec diuisit ea p mediu et vtrasqz
ptes cont se altinsecus posuit. Aues
at no diuisit. Descenderuntqz volu
cres sup cadauia et abigebat eas
abra. Et horror magnus et tenebrosus
inuasit eu dictuqz e ad eu. Scito p
noscens q pegrinu futuru sit semen
tuu in tra no sua et subiciet eos s
uituti z affliget eos cccc annis. Ve
rutn gente cui seruituri sut ego iudica
bo et post hoc egredient cu magna
sba. Tu at ibis ad pres tuos i pace
sepultus in senectute boa. Gnatone
at qrta reuertent huc nc du ei com
plete sut iniqtates amorreoz usqz
ad pns tempus. Cu g occubuisset
sol facta e caligo tenebrosa z appuit
cliban9 fumans et lapas ignis tri
siens inter diuisiones illas. In die ia
pepigit dns cu abra fedus dicens.
Semi tuo dabo tra hac a fluuio e
gipti usqz ad fluuiu magnu eufra
ten / cineos / z zenezeos / amorreos /
et ferezeos / et etheos. Rafaym qz
et amorreos / z chananeos / z gerge
seos / et yebuseos || Capitula xvi

Igitur sarray vxor abram no ge
nuerat liberos s habens ancillam
egipcia noie agar dixit marito suo.
Ecce conclusit me dns ne parerem.
Ingredere ad ancilla mea si forte
saltem ex illa suscipia filios. Cuqz
ille acquieuisset deprecanti / tulit
agar egipcia ancilla sua post anos
x. postqz habitare ceperat in tra cha
naan et dedit ea viro suo vxore. Q
ingressus e ad ea. At illa concepisse
se videns / despexit dnam sua. Dixitqz
sarray ad abraham. Inique agis cont
me. Ego dedi ancilla mea in sinu tuo
q videns q concepit despectui me ht.
Iudicet dns inter me z te. Cui rndens
abra. Ecce ait ancilla tua i manu
tua e vte ea ut libet. Affligente igi
tur ea sarray / fuga iniit. Cuqz inue
nisset ea angelus dni iuxta fontem
aque i solitudie q e in via sur i de
serto dixit ad illa / Agar ancilla sarai
vnde venis aut quo vadis. Que rndit.
A facie sarai dne mee ego fugio. Dixit
qz ei angelus. Reuerte ad dnaz tua
et humiliare sub manu illi9 z rursu. Mul
tiplicans inqt multiplicabo semen
tuu et no numerabit p multitudie. Ac
deinceps ait. Ecce concepisti z paries fi
liu vocabisqz nome ei9 ysmahel eo
q audierit dns afflictoz tua. Hic erit
ferus ho manus eius cont oes z manus
om cont eu et e regione vniusoz fratz
suoz figet tabernacla. Vocauit at
nome dni q loqbat ad ea. Tu deus
q vidisti me. Dixit eni. profecto hic vidi
posteriora videntis me ppterea appellat
puteu illu / puteu viuentis z videntis
me. Ipse e int cades z barad / pepit
qz agar abre filiu q vocat no e9 ysmahel.
lxxxvi anoz erat abra qn pepit ei agar
ysmahelem. Cap xvii

Postqz vero
nonaginta et ix anoz esse cepat appuit
ei dns dixitqz ad eu. Ego deus ops
ambula cora me z esto pfectus ponaqz
fedus meu int me et te z multiplicabo
te vehemet nimis. Cecidit abra pronus
in facie. Dixitqz ei deus. Ego su et
pactu meu tecu. eris qz pater multaz
gentiu nc vltra vocabit nome tuu
abram sed vocabis abraha q pre
multaz gentiu constitui te faciaqz te
crescere vehemetissime et pona te i ge
tibus / regesqz ex te egredient et

statuã pactu meu int me ⁊ int te
et int semẽ tuu post te i gñatoib3
suis fedẽ sempitno ut sim deus tuus
et semĩ tuo post te. Dabo q3 tibi ⁊ se
mi tuo t̃ra pegrinatois tue. omnem
t̃ra chanaan in possessioẽ eternam
eroq3 deus eor. Dixit iter deus ad a
braha et tu g° custodies pactu me
u et semẽ tuu post te i gñatoib3
suis. Dixit iter deus ad abraha
Et hoc ẽ pactu meu qd suabitis int
me et vos et semẽ tuu post te. Cir
cucidet ex vobis omẽ masculinũ q
circucidetis carnẽ pputij vri ut sit
in signũ federis int me ⁊ vos. Infans
viij dier circucidet in vob omẽ mas
culinũ in gñatoibus vris tã vna
culus q̃ empticius circucidet ⁊ quicq3
nõ fuẽ de stirpe vra eritq3 pactu meu
in carne vra in fedus eternũ. Mascu
lus cuius pputij caro circucisa nõ fuẽ
delebitur aĩa illa de pplo suo q3 pactu
meu irritu fecit. Dixitq3 deus ad abra
ham. Sarai vxorẽ tuã nõ vocabis
Sarai sed saram et bndicã eã ⁊ ex
illa dabo tibi filiũ cui bndicturus sum
Eritq3 in nacões et reges pplor ori
entur ex eo. Cecidit abraha in facie
⁊ risit dicẽs in corde suo. Putas ne
centenario nascetur filius et sara nona
genaria pariet. Dixitq3 ad deu. Utina
Ismahel vivet corã te. Et ait deus
ad abraha. Sara vxor tua pariet t
filiũ. Vocabisq3 nomẽ eius ysaac ⁊ con
stituã pactu meu illi in fedus sem
piternũ et semĩ eius post eu. Super
ysmahel q° exaudivi te. Ecce bndi
cã ei et augebo et multiplicabo eu val
de. Duodecĩ duces gñabit. Et faciam
illu crescẽ i gentẽ magnã. Pactu
meu vo statuã ad ysaac quẽ pariet
tibi sara tpe isto in ano altero. Cuq3
finitus eẽt sermo dñi loquentis cu eo. As
cendit deus ad abraham. Tulit aũt

abraha ysmahelem filiu suu ⁊ oẽs
vernaculos dom° sue vniuersosq3 quos
emerat cunctosq3 mares ex oibus viris
dom° sue et circucidit carnẽ pputij
eor statĩ in ipa die sicut preceprat ei
deus. Abraha vo xcix erat annoru
qn circucidit carnẽ pputij sui. Et ys
mahel filius suus xiij annos ipleuat
tpe circucisiõis sue. Eadẽ die circucisus
ẽ abraha ⁊ ysmahel filius eius et oẽs
viri dom° illius tam vernaculi q̃ empticij
⁊ alienigene pariter circucisi sunt.

Cap xviij

Apparuit aũt ei dñs i convalle ma
bre sedenti in ostio tabernaculi
sui i ipo fervore diei. Cuq3 elevasset
oculos. Apparuerut ei tres viri stãtes
pe eu. Quos cu vidisset cucurrit i occur
su eor de ostio tabernaculi sui ⁊ adoravit
in t̃ra ⁊ dixit. Dñe si inveni i oculis
tuis gram ne transeas suu tuu. Sz affe
ra paulullu aque ⁊ lavent pedes vri
et requiescite sub arbore. Ponamq3 buccel
la panis et confortẽ cor vrm postea
transibitis. Ideo ei declinastis ad suũ
vrm. Qui dixerut fac ut locutus es.
Festinavitq3 abraha i tabernaculũ
ad saram. Dixitq3 ei. Accelera. Et
tria sata farine comisce ⁊ fac sub
cinericios panes. Ipe vo ad armentu
cucurrit et tulit inde vitulũ tenerrimũ
et optimu. Deditq3 puero q° festinavit et
coxit illu. Tulitq3 butiru et lac et
vitulu quẽ coxerat ⁊ posuit corã eis.
Ipe vo stabat iuxta eos sub arbore. Cu
q3 comedissent dixerut ad eu. Ubi est
Sara vxor tua. Ille rñdit. Ecce i tab
naculo ẽ. Cui dixit. Revertens veniã ad
te tpe isto vita comite ⁊ habebit filiu
Sara vxor tua. Quo audito sara ri
sit post ostiu tabernaculi. Erãt aũt
ambo senes provecteq3 etatis ⁊ desierat
Sare fieri muliebria. Q risit occulte
dicens. Postq3 consenui ⁊ dñs meus
vetulus est voluptati operã dabo.
Dixit aũt dñs ad abraha. Quare risit

sara vxor tua dicens Numquid parturiam sum anus Numquid deo est quicquam difficile iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore vita comite et habebit sara filium Negauit sara dicens Non risi timore perterrita Dixit autem dominus ad eam Non est ita sed risisti Cum autem surrexissent inde viri direxerunt oculos contra sodoma et abraham simul gradiebatur deducens eos Dixitque dominus Num celare potero abraham que gesturus sum Cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam et benedicende sint in illo omnes nationes terre Scio enim quod precepturus sit filiis suis et domui sue post se ut custodiat viam domini et faciat iusticiam et iudicium ut adducat dominus propter abraham omnia que locutus est ad eum Dixit abrahe itaque dominus Clamor sodomorum et gomorreorum multiplicatus est et peccatum eorum gravatum est nimis Descendam igitur et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint an non est ita ut sciam Converterunt seque inde et abierunt sodomam Abraham vero adhuc stabat coram domino et appropinquans ait Numquid perdes iustum cum impio Si fuerint l iusti in ciuitate peribunt simul et non parces loco illo propter l iustos si fuerint in eo Absit a te ut rem hanc facias et occidas iustum cum impio fiatque iustus sicut impius Non est tuum hoc qui iudicas omnem terram Nequaquam huiusmodi facies iudicium Dixitque dominus ad eum Si invenero in sodomis l iustos in medio ciuitatis dimittam omni loco propter illos Respondens abraham ait Quia semel cepi loquar ad dominum deum meum cum sim pulvis et cinis Quid si minus quinque l iusti fuerint delebis propter xlv vniuersam vrbem Et ait non delebo si invenero ibi xlv Rursumque locutus est ad eum Sin autem xl ibi inventi fuerint quid facies Ait Non percutiam propter xl Et rursum ait Ne queso inquit indigneris domine si loquar Quid si ibi fuerint triginta xxx Respondit Non faciam si invenero ibi xxx Quia semel cepi loquar ad dominum meum Quid si ibi inventi fuerint xx Dixit Non interficiam propter xx Obsecro inquit domine ne irascaris Si loquar adhuc semel Quid si ibi inventi fuerint x Dixit Non delebo propter x Abiit dominus postquam cessauit loqui ad abraham et ille reversus est in locum suum

Cap xix

Veneruntque duo angeli sodomam vespere sedente loth in foribus ciuitatis Qui cum vidisset eos surrexit et iuit obuiam eis adorauitque pronus in terram et dixit Obsecro domini declinate in domum pueri vestri et manete ibi et lauate pedes vestros et mane proficiscemini in viam vestram Qui dixerunt Minime Sed in platea manebimus Compulit illos oppido ut diuerterent ad eum Ingressisque domum eius fecit convivium coxit azima et comederunt Prius autem quam irent cubitum viri ciuitatis vallauerunt domum eius a puero usque ad senem omnis populus simul Vocaueruntque loth et dixerunt ei Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte Educ illos huc ut cognoscamus eos Egressusque ad eos loth post tergum ostium accludens ait Nolite queso fratres mei nolite malum hoc facere Habeo duas filias que nondum cognouerunt virum Educam eas ad vos et abutimini eis sicut vobis placuerit Dummodo viris istis nichil mali faciatis Quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei At illi dixerunt Recede illuc Et rursus inquiunt Ingressus es ut aduena numquid ut iudices nos Te ipsum ergo magis quam hos affligemus Vimque faciebat loth vehementissime Iamque prope erat ut infringerent fores Et ecce miserunt manum viri et introduxerunt ad se loth Clauseruntque ostium Et eos qui erant foris percusserunt cecitate a minimo usque ad maximum Ita ut ostium invenire non possent Dixerunt

autem ad loth. Habes hic tuorum quem-
piam generum aut filios aut filias. omnes
qui tui sunt educ de urbe hac. Dele-
bimus enim locum istum eo quod increvit cla-
mor eorum coram domino qui misit nos ut
perdamus illos. Egressus itaque loth lo-
cutus est ad generos suos qui accepturi
erant filias suas et dixit eis. Surgite
egredimini de loco isto quia delebit dominus
civitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens
loqui. Cumque esset mane cogebant eum ange-
li dicentes. Surge et tolle uxorem tuam
et duas filias quas habes ne et tu pariter
pereas in scelere civitatis. Dissimulante illo
apprehenderunt manum eius et manum uxoris
eius et duarum filiarum eius eo quod parceret
illi dominus et eduxerunt eum posueruntque extra
civitatem. Ibique locuti sunt ad eum dicentes
Salva animam tuam. Noli respicere post tergum
nec stes in omni circa regione sed in monte salvum
te fac ne et tu simul pereas. Dixitque loth
ad eos. Quaeso domine mi quia invenit ser-
vus tuus gratiam coram te et magnificasti
misericordiam tuam quam fecisti mecum ut
salvares animam meam nec possum salvari
in monte ne forte me apprehendat ma-
lum et moriar. Est enim civitas hic iuxta
ad quam possum fugere parva et salvabor
in ea. Numquid non modica est et vivet
anima mea. Dixitque ad eum. Ecce etiam in
hoc suscepi preces tuas ut non subvertam
urbem pro qua locutus es. Festina ergo et
salvare ibi quia non potero facere quicquam
donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est
nomen urbis illius segor. Sol egressus est
super terram et loth ingressus est segor. Igitur
dominus pluit super sodoma et gomorra sul-
phur et ignem de celo et subvertit civita-
tes has et omnem circa regionem universos
que habitatores urbium et cuncta terre viren-
tia. Respiciensque uxor eius post se versa
est in statuam salis. Abraham autem consur-
gens mane ubi steterat prius cum domino in-
tuitus est sodomam et gomorram et universam
terram regionis illius. Viditque ascendentem

favillam de terra quasi fornacis fumum.
Cum enim subverteret deus civitates regionis
illius recordatus est abrahe et liberavit
loth de subversione urbium in quibus habita-
verat. Ascenditque loth de segor et mansit
in monte. Duae quoque filiae eius cum eo. Timu-
erat enim manere in segor. Et mansit in
spelunca ipse et duae filiae eius cum eo.
Dixitque maior ad minorem. Pater noster senex
est et nullus virorum remansit in terra qui possit
ingredi ad nos iuxta morem universe terre.
Veni inebriemus eum vino dormiamusque
cum eo ut servare possimus ex patre nostro
semen. Dederunt itaque patri suo bibere
vinum nocte illa. Et ingressa est maior
filia dormivitque cum patre. At ille non
sensit nec quando accubuit filia nec quando surre-
xit. Altera quoque die dixit maior ad
minorem. Ecce dormivi heri cum patre
meo. Demus ei vinum bibere etiam hac
nocte et dormies cum eo ut salvemus
semen de patre nostro. Dederuntque et illa
nocte patri suo bibere vinum. Ingressaque
iunior filia dormivit cum eo et nec quidem
tunc sensit quando concubuit vel quando illa surre-
xit. Conceperunt ergo duae filiae loth
de patre suo. Peperitque maior filium et vo-
cavitque nomen eius moab. Ipse est pater
moabitarum usque in presentem diem. Minor quoque
peperit filium et vocavit nomen eius amon
id est filius populi mei. Ipse est pater amonitarum
usque hodie.

Capitulum xx.

Profectus inde abraham in terram
australem habitavit inter cades et sur
et peregrinatus est in geraris. Dixit-
que de sara uxore sua. Soror mea est.
Misit ergo abimelech rex gerare et
tulit eam. Venit autem deus ad abimelech
per somnium nocte et ait illi. En morieris
propter mulierem quam tulisti. Habet enim virum.
Abimelech vero non tetigerat eam et ait
Domine num gentem ignorantem et iustam
interficies. Nonne ipse dixit mihi soror
mea est. Et ipsa dixit michi frater
meus est. In simplicitate cordis mei

et mundicia manuu mea℞ feci hoc
Dixitq ad eu dns Et ego scio q simplici corde feceris et ideo custodiui te ne
peccares in me Et no dimisi ut tangeres
ea Nunc igit redde vxore viro suo quia
ppha est et orabit p te z viues Si at
nolueris redde Scito q morte morieris
tu et oia que tua sut Statiq de nocte
consurgens Abimelech omes seruos suos
vocat et locutus e vniusa va hec in
auribus eo℞ Timueruntq omes viri
valde Vocauitq abimelech eciā abraha
ha Et dixit ei Quid fecisti nobis et
quid peccauimus in te q induxisti sup
me z sup regnu meu pctm grande
Que no debuisti facere fecisti nob Rur
susq expostulans ait Quid vidisti
ut hoc faceres Rndit abraha Cogi
taui mecu dicens fforsitan no e timor
dei i loco isto Et interficient me pp̄ter
vxore mea Alias at vere z soror mea
est filia pris mei z no matris mee
filia Et duxi ea in vxore Postq at
eduxit me deus de domo pris mei dixi
ad ea hanc misam facies mecu i oi loco
ad que ingrediemur dices q frater tuus
sim Tulit ig abimelech oues z boues
et seruos et ancillas et dedit abraha
Reddiditq illi sara vxore sua et ait
Terra cora vob est Vbicuq tibi placuerit ibi habita Sare at dixit Ecce mille
argenteos dedi fri tuo hoc erit tibi in
velamē oculo℞ ad omes qui tecu sunt
et quocuq perrexeris memento te deprehensa Orante at abraha Sanauit deus
abimelech et vxore ancillasq eius
et pepererunt Concluserat ei deus omnem
vuluam dom abimelech pp sara vxore abrahe

Capitulum XXI

Visitauit at deus sara
sicut pmiserat z impleuit que locutus est Concepitq et pepit filium in
senectute sua tpe quo pdixerat ei deus
Vocauitq abraha nome filii sui que
genuit ei sara ysaac Et circucidit
eu octauo die sicut preceperat ei deus
cu centu esset anno℞ hac quippe etate

pris natus e ysaac Dixitq sara Risu fecit mi dns Et quicuq audierit
corridebit michi Rursumq ait Quis
auditurus crederet abraha q sara lactaret filium que pepit ei iam seni Creuit igit puer et ablactatus e Fecitq
abraha grande conuiuiu in die ablactacois eius Cuq vidisset sara filium
agar egiptie ludente cu ysaac filio
suo Dixit ad abraha Eice ancilla
hanc z filiu eius No ei erit heres filius
ancille cu filio meo ysaac Dure vero
hoc accepit abraha p filio suo cui dixit
deus No tibi videatur asperu sup puer℞
et sup ancilla tua Oia que dixerit
tibi sara audi voce eius q i ysaac
vocabitur tibi semen Sz et filiu ancille
faciam in gente magna q seme tuu
e Surrexit itaq abraha mane z tollens pane z vtrem aq imposuit scapule eius tradiditq puer℞ z dimisit
ea Que cu abiisset errabat i solitudine
bersabee Cuq consumpta esset aqua i
vtre abiecit puer℞ subter vna arbore
q ibi erat z abiit Seditq e regione
procul quantu potest arcus sagitta iacere
dixit ei Non videbo morientem puer℞
et sedens contra leuauit voce sua z fleuit Exaudiuit at dns voce pueri Vocauitq angelus dni agar de celo dicens
Quid agis agar Noli timere Exaudiuit
enim dns voce pueri de celo in quo est
Surge et tolle puer℞ z tene manu
eius q i gente magna faciam eu Aperuitq oculos eius deus q videns puteu
aq abiit et impleuit vtrem z dedit puero bibere z fuit cu eo Qui creuit et
moratus est in solitudine Factusq e
iuuenis sagittarius Habitauitq in deserto
pharan Et accepit illi mr sua vxore
de terra egipti Eodē tpe dixit abimelech z phicol princeps exercitus eius ad
abraha Deus tecu e i vniuersis que
agis Iura ergo p deu ne noceas mi
et posteris meis stirpiq mee sed

iuxta misericordiam quam feci tibi facias michi
et terre in qua conuersatus es aduena. Dixit
que abraham. Ego iurabo. Et increpauit
abimelech propter puteum aque quem vi abstu-
lerant serui illius. Responditque abimelech. Nes-
ciui quis fecerit hanc rem sed et tu non in-
dicasti michi et ego non audiui preter hodie.
Tulit itaque abraham oues et boues et
dedit abimelech percusseruntque ambo
fedus et statuit abraham vii agnas gre-
gis seorsum. Cui dixit abimelech. Quid
sibi volunt vii agne iste quas stare
fecisti seorsum. At ille ait. Septem ag-
nas accipies de manu mea ut sint in
testimonium michi quoniam ego fodi puteum
illum. Idcirco vocatus est locus ille bersabee
quia ibi vterque iurauit et inierunt fedus
pro puteo iuramenti. Surrexit autem
abimelech et phicol princeps exercitus
eius. Reuersique sunt in terram palestinorum.
Abraham vero plantauit nemus in bersabee
et inuocauit ibi nomen domini dei eterni. Et fuit
colonus terre palestinorum diebus multis. Cap. xxii.

Que postquam gesta sunt temptauit deus
abraham et dixit ad eum. Abraham
abraham. At ille respondit. Adsum. Ait ei.
Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis
ysaac et vade in terram visionis. Et ibi of-
feres eum in holocaustum super vnum montium
quem monstrauero tibi. Igitur abraham de
nocte consurgens. Strauit asinum suum
ducens secum duos iuuenes et ysaac
filium suum. Cumque concidisset ligna in
holocaustum. Abiit ad locum quem preceperat
ei deus. Die autem tercio. Eleuatis oculis
vidit locum procul. Dixitque ad pueros
suos. Expectate hic cum asino. Ego et
puer illuc vsque properantes postquam ado-
rauerimus reuertemur ad vos. Tulit quoque
ligna holocausti et imposuit super ysaac
filium suum. Ipse vero portabat in manibus
ignem et gladium. Cumque duo pergerent simul
dixit ysaac patri suo. Pater mi. At
ille respondit. Quid vis fili. Ecce inquit ligna
et ignis. Vbi est victima holocausti.
Dixit abraham. Deus prouidebit sibi vic-
timam holocausti fili mi. Pergebant
ergo pariter. Et venerunt ad locum quem osten-
derat ei deus in quo edificauit altare
et desuper ligna composuit. Cumque colli-
gasset ysaac filium suum posuit eum in
altari super struem lignorum. Extenditque
manum et arripuit gladium ut ymmola-
ret filium suum. Et ecce angelus domini
clamauit de celo dicens. Abraham abraham.
Qui respondit. Adsum. Dixitque ei. Ne exten-
das manum tuam in puerum neque facias ei
quicquam. Nunc cognoui quod times deum.
Et non pepercisti filio tuo vnigenito propter
me. Leuauit autem oculos suos abraham
et vidit post tergum arietem inter vepres
herentem cornibus quem assumens obtulit
holocaustum pro filio. Appellauitque nomen
loci illius. Dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur
In monte dominus videbit. Vocauit autem an-
gelus domini abraham secundo de celo dicens.
Per memetipsum iuraui dicit dominus. Quia
fecisti rem hanc et non pepercisti filio tuo
vnigenito propter me. Benedicam tibi et multi-
plicabo semen tuum sicut stellas celi
et velud arenam que est in littore maris.
Possidebit semen tuum portas inimicorum
suorum et benedicentur in semine tuo omnes
gentes terre quia obedisti voci mee.
Reuersusque est abraham ad pueros suos.
Abieruntque bersabee simul et habitauit
ibi. His itaque gestis nunciatum est abra-
ham quod melcha genuisset filios nachor
fratri suo. Hus primogenitum et buz fratrem
eius et chamuel patrem syrorum et ca-
sed et azam pheldas quoque et iedlaph
et batuel de quo nata est rebecca. Oc-
to istos genuit melcha nachor fratri
abraham. Concubina vero illius nomine
roma peperit tabee et gaon et thaas et maacha.

Cap. xxiii.

Vixit autem sara centum
xxvii annis et mortua est in ciuitate
arbee que est ebron in terra chanaan. Venitque

abraham ut plangeret et fleret eam. Cumque sur-
rexisset ab officio funeris locutus est ad
filios heth dicens. Advena sum et peregrinus
apud vos. Date michi ius sepulchri vobiscum
ut sepeliam mortuum meum. Responderunt
filii heth dicentes. Audi nos domine prin-
ceps dei es apud nos. In electis sepul-
chris nostris sepeli mortuum tuum. Nullusque
nos te prohibere poterit quin in monumento
eius sepelias mortuum tuum. Surrexit
abraham et adoravit populum terre filios scilicet
heth. Dixitque ad eos. Si placet anime
vestre ut sepeliam mortuum meum. Audite
me et intercedite pro me apud ephron
filium seor ut det michi speluncam dupli-
cem quam habet in extrema parte agri sui.
pecunia digna michi tradat eam coram
vobis in possessionem sepulchri. Habi-
tabat autem ephron in medio filiorum heth.
Responditque ephron ad abraham cunctis
audientibus qui ingrediebantur portas
civitatis illius dicens. Nequaquam ita fiet
domine mi. Sed tu magis ausculta quod loquor.
Agrum trado tibi et speluncam que est in eo
presentibus filiis populi mei. Sepeli mor-
tuum tuum. Adoravit abraham coram
domino et populo terre. Et locutus est ad ephron
circumstante plebe eius. Queso ut au-
dias me. Dabo pecuniam pro agro suscipe
eam et sic sepeliam mortuum meum in
eo. Responditque ephron. Domine mi audi me.
Terra quam postulas quadringentis siclis argen-
ti valet. Istud est precium inter me et te. Sed
quantum est hoc. Sepeli mortuum tuum.
Quod cum audisset abraham appendit
pecuniam quam ephron postulaverat
audientibus filiis heth quadringentos argenti siclos
et probate monete publice. Confir-
matusque est ager quondam ephron in quo
erat spelunca duplex respiciens mam-
bre tam ipse quam spelunca et omnes arbo-
res eius in cunctis terminis eius per circui-
tum abrahe in possessionem videntibus et au-
dientibus filiis heth et cunctis qui
intrabant portam civitatis illius. Atque

ita sepelivit abraham uxorem suam saram
in spelunca duplici agri qui respiciebat
mambre. Hec est ebron in terra chanaan.
Et confirmatus est ager et antrum quod
erat in eo abrahe in possessionem monu-
menti a filiis heth.

Capitulum xxiiii

Erat autem abraham senex dierumque mul-
torum et dominus in cunctis benedixerat ei.
Dixitque ad servum seniorem domus sue qui pre-
erat omnibus que habebat. Pone manum
tuam subter femur meum ut adiurem te per
dominum deum celi et terre ut non accipias uxo-
rem filio meo de filiabus chananeorum
inter quos habito. Sed ad terram et ad cogna-
cionem meam proficiscaris et inde accipias
uxorem filio meo ysaac. Respondit servus. Si
noluerit mulier venire mecum in terram hanc
numquid reducere debeo filium tuum ad locum de
quo tu egressus es. Dixit abraham.
Cave ne quando reducas illuc filium meum.
Dominus deus celi et terre qui tulit me de domo
patris mei et de terra nativitatis mee qui lo-
cutus est michi et iuravit michi dicens. Semini tuo
dabo terram hanc. Ipse mittet angelum suum
coram te et accipies inde uxorem filio meo.
Si autem noluerit mulier sequi te non teneberis
iuramento. Filium tantum meum non reducas
illuc. Posuit ergo servus manum sub femore
abraham domini sui et iuravit illi super sermone
hoc. Tulitque decem camelos de grege
domini sui et abiit. Et ex omnibus bonis eius
portans secum. Profectusque perrexit in meso-
potamiam ad urbem nachor. Cumque ca-
melos fecisset accumbere extra oppidum iuxta
puteum aque vespere eo tempore quo solent mu-
lieres egredi ad hauriendam aquam dixit
domine deus domini mei abraham
Occurre hodie michi obsecro et fac misericordiam
cum domino meo abraham. Ecce ego sto prope fon-
tem aque et filie habitatorum huius civitatis
egredientur ad hauriendam aquam. Igitur
puella cui dixero. Inclina ydriam tuam
ut bibam. Et illa responderit. Bibe quin et came-
lis tuis prebebo potum. Ipsa est quam preparasti

suo tuo ysaac et per hoc intelligam quod feceris misericordiam cum domino meo Nec dum intra se verba compleuerat Et ecce rebecca egrediebatur filia batuelis filii melche uxoris nachor fratris abraham habens ydriam in scapula sua puella decora nimis virgoque pulcherrima et incognita viro Descenderat autem ad fontem et impleuerat ydriam ac reuertebatur Occurritque ei seruus et ait pauxillum aque mihi ad bibendum prebe de ydria tua Que respondit Bibe domine mi Celeriterque deposuit ydriam super vlnam suam et dedit ei potum Cumque ille bibisset adiecit Quin etiam et camelis tuis hauriam aquam donec cuncti bibant Effundensque ydriam in canalibus recucurrit ad puteum ut hauriret aquam Et haustam omnibus camelis dedit Ille autem contemplabatur eam tacitus scire volens utrum prosperum iter suum fecisset dominus an non Postquam ergo biberunt cameli protulit vir inaures aureas appendentes siclos duos et armillas totidem pondo siclorum x Dixitque ad eam Cuius es filia indica mihi Est in domo patris tui locus ad manendum Que respondit Filia bathuelis sum filii nachor quem peperit ei melcha Et addidit dicens Palearum quoque et feni plurimum est apud nos et locus ad manendum spaciosus Inclinauit se homo et adorauit dominum dicens Benedictus dominus deus domini mei abraham Qui non abstulit misericordiam et veritatem suam a domino meo Et recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei Cucurrit itaque puella et nunciauit in domum matris sue omnia que audierat Habebat autem rebecca fratrem nomine laban qui festinus egressus est ad hominem ubi erat foris Cumque vidisset inaures et armillas in manibus sororis sue et audisset cuncta verba referentis hec locutus est mihi homo Venit ad virum qui stabat iuxta camelos et prope fontem aque Dixitque ad eum Ingredere benedicte domini Cur foris stas Preparaui domum et locum camelis tuis Introduxitque eum in hospitium ac destrauit camelos Deditque paleas et fenum et aquam ad lauandos pedes camelorum et virorum qui cum eo venerant Et appositus est in conspectu eius panis Qui ait Non

comedam donec loquar sermones meos Respondit ei loquere At ille Seruus inquit abrahe sum et benedixit dominus domino meo valde Magnificatusque est et dedit ei oues et boues argentum et aurum seruos et ancillas camelos et asinos Et peperit sara uxor domini mei filium domino meo in senectute sua Deditque ei omnia que habuerat Et adiurauit me dominus meus dicens Non accipies uxorem filio meo de filiabus chananeorum in quorum terra habito sed perges ad domum patris mei et de cognatione mea accipies filio meo uxorem Ego vero respondi domino meo Quid si noluerit venire uxor mecum Dominus ait In cuius conspectu ambulo mittet angelum suum tecum et diriget viam tuam Accipiesque uxorem filio meo de cognatione mea et de domo patris mei et innocens eris a maledictione mea cum veneris ad propinquos meos et non dederint tibi Veni ergo hodie ad fontem aque et dixi Domine deus domini mei abraham Si direxisti viam meam in qua nunc ambulo Ecce sto iuxta fontem aque et virgo que egredietur ad hauriendam aquam et audierit me Da mihi paululum aque ad bibendum ex ydria tua Et dixerit mihi Et tu bibe et camelis tuis hauriam Ipsa est mulier quam preparauit dominus filio domini mei Cumque hec mecum tacitus voluerem apparuit rebecca cum ydria veniens quam portabat in scapula Descenditque ad fontem et hausit aquam et aio ad eam Da mihi paululum aque bibere Que festinans deposuit ydriam de humero suo et dixit mihi Et tu bibe et camelis tuis hauriam potum Bibi et adaquauit camelos Interrogauique eam et dixi Cuius es filia Que respondit Filia batuelis sum filii nachor quem peperit ei melcha Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem eius et armillas posui in manibus eius Pronusque adoraui dominum benedicens domino deo domini mei abraham Qui perduxit me recto itinere ut sumerem in uxorem filiam fratris domini mei filio eius Quam ob rem si facitis misericordiam et veritatem cum domino meo indicate michi Sin autem aliud placet et hoc dicite mihi ut vadam ad dexteram siue ad sinistram Responderunt laban et bathuel A domino egressus

est sermo Et non possumus extra placitum eius
quidquam aliud tecum loqui En rebecca
coram te est Tolle eam et proficiscere et sit vx
or filii domini tui sicut locutus est dominus tuus
Quod cum audisset puer abraham pa
dens adoravit in terra dominum prolatisque vasis
argenteis et aureis ac vestibus dedit
ea rebecce pro munere Fratribus quoque eius et matri
dona obtulit Inito quoque convivio vescen
tes pariter et bibentes manserunt ibi
Surgens autem mane locutus est puer Di
mittite me ut vadam ad dominum meum
Responderuntque fratres eius et mater Maneat pu
ella saltem decem dies apud nos et
postea proficiscetur Nolite ait me reti
nere quia dominus direxit viam meam Dimittite
me ut pergam ad dominum meum Et dixerunt
Vocemus puellam et queramus eius volun
tatem Cumque vocata venisset sciscita
ti sunt Vis ne cum homine isto ire Que
ait Vadam Dimiserunt ergo eam et deboram
nutricem illius servumque abraham et comites
eius imprecantes prospera sorori sue atque di
centes Soror nostra es crescas in mille
milia Et possideat semen tuum portas
inimicorum suorum Igitur rebecca et pu
elle eius ascensis camelis secute sunt
virum Qui festinus revertebatur ad dominum
suum Eo tempore deambulabat ysaac per
viam que ducit ad puteum cuius nomen est
viventis et videntis habitabat enim in terra
australi Et egressus fuerat ad meditandum
in agro inclinata iam die Cumque elevasset
oculos vidit camelos venientes procul
Rebecca quoque conspecto ysaac descendit
de camelo et ait ad puerum Quis est ille homo
qui venit per agrum in occursum nobis Dixitque
ei Ipse est dominus meus At illa tollens cito
pallium operuit se Servus autem cuncta que
gesserat narravit domino suo ysaac Qui
introduxit eam in tabernaculum sare
matris sue Et accepit eam uxorem et in tantum
dilexit eam ut dolorem qui ex morte
matris sue acciderat temperaret Capitulum xxv

Abraham vero duxit aliam uxorem nomine
Cethuram Que peperit ei zamram
et iexan et madian et iesboch et sue
Iexan quoque genuit saba et dadan Filii at

dadan fuerunt Assurim et latusim et loomim
At vero ex madian ortus est epha et ofer
et enoch et habida et heldaa Omnes isti
filii cethure Deditque abraham cuncta que
possederat ysaac Filiis autem concubinarum
largitus est munera et separavit eos ab ysaac
filio suo dum adhuc ipse viveret ad pla
gam orientalem Fuerunt autem dies vite a
brahe Centum septuaginta quinque anni et deficiens mortuus
est in senectute bona provecteque etatis et plenus
dierum congregatusque est ad populum suum Et se
pelierunt eum ysaac et ysmahel filii sui
in spelunca duplici que sita est in agro ephron
filii seor ethei e regione mambre quem
emerat a filiis heth Et ibi sepultus est
ipse et sara uxor eius Et post obitum
illius benedixit dominus ysaac filio eius qui ha
bitabat iuxta puteum nomine viventis et videntis
Hee sunt generationes ysmahel filii abra
he quem peperit ei agar egiptia famula
sare Et hec sunt nomina filiorum eius in voca
bulis et generationibus suis Primogenitus
ysmahelis nabaioth Deinde cedar et
abdeel et mabsam et masma et duma
et masa adad et thema et iethur et naphis
et cedma Isti sunt filii ysmahel et hec
nomina per castella et opida eorum Duodecim
principes tribuum suarum Et facti sunt anni
vite ysmahel Centum triginta septem et deficiens mor
tuus est et appositus est ad populum suum Habita
vit autem ab euila usque sur que respicit egiptum
introeuntibus assirios Coram cunctis fratribus suis
obiit Hee quoque sunt generationes ysaac filii
abrahe Abraham genuit ysaac Qui cum
esset quadraginta annorum duxit uxorem rebeccam
filiam bathuelis siri de mesopotamia
sororem laban Deprecatusque est ysaac dominum
pro uxore sua eo quod sterilis esset qui exaudivit
eum et dedit conceptum rebecce Sed colli
debantur in utero eius parvuli Que ait Si
sic mihi futurum erat Quid necesse fuit con
cipere Perrexitque ut consuleret dominum Qui
respondens ait Due gentes in utero tuo sunt
Et duo populi ex ventre tuo dividentur populusque
populum superabit Et maior serviet minori
Iam tempus pariendi advenerat et ecce
gemini in utero eius reperti sunt Qui primus

egressus est rufus et tot' i more
pellis hispidus Vocauitq3 nome ei
esau P'tin9 alter egrediens planta
fris tenebat manu et ideo appellat'
eu iacob Sexagenari9 erat ysaac qn
nati sunt puuli Quibus adultis fcus
e esau vir gnarus venadi et homo
agricola Jacob autem simplex habita
bat i tabernaclis Ysaac amabat
esau eo qd de venacoibus sius vescebat'
Et rebecca diligebat iacob Coxit aut
iacob pulmentu ad que cu venisset esau
lassus de agro ait Da m de coctione
hac rufa qr opido lassus su Qua
ob causa vocatu e no e edom Cui
dixit Jacob Vende m pmogenita tua
Ille rndit En morior Quid m pderit
pmogenita Ait Jacob Jura g° michi
Iurauit g° esau et vendidit pmogenita
et sic accepto pane et lentis edulio
comedit et bibit et abiit puipendes
qd pmogenita vendidisset Cap xxvj
Orta aut fame sup tra post eam
sterilitate q accidat in diebus
abraha Abiit ysaac ad abimelech
rege palestinoz in gerara Apparuitq3
ei dns et ait Ne descendas i egiptu
sed quiesce in tra qua dixero tibi et
peregnare in ea Eroq3 tecu et bndica
tibi Tibi em et semini tuo dabo vniu
sas regiones has et bndicent i semie
tuo omes gentes tre eo qd obedierit a
braham voci mee et custodierit pcepta
mea et madata et cerimonias legesq3
seruauerit et mltiplicabo seme tuu sicut
stellas celi Daboq3 posteris tuis vniu
sas regiones has Mansit itaq3 ysaac
in geraris Qui cu interrogaretur a
viris loci illi9 sup vxore sua Rndit
Soror mea e Timuerat ei confiteri
qd sibi sociata esset coniugio reputans
ne forte interficerent eu ppter eius pulchri
tudinem Cuq3 ptransissent dies plurimi
et ibi demoraret Prospiciens autem
abimelech rex palestinoz de fenestra
vidit eu iocantem cu rebecca vxore
sua Et accersito eo ait Perspicuum est
qd vxor tua sit cur mentitus es ea so
rore tua esse Rndit Timui ne morer
ppter ea Dixitq3 abimelech Quare
imposuisti nobis hoc Potuit quispia de
ppo coire cu vxore tua et induxeras sup
nos grande pcctm Precepitq3 oi ppło dices
Qui tetigerit hois istius vxore morte
morietur Seia't aut ysaac i tra illa
Et inuenit in ipo anno centuplu Bndixitq3
qd ei dns et locupletatus e ho et ibat
pficiscens atq3 succrescens Donec vehe
menter magnus effectus e Habuit q3
possessiones ouiu et armentoz et famile
plurimu Et ob hoc inuidentes ei palesti
omes puteos quos foderant serui pris
eius abraha illo tpe obstruxerunt reple
tes humo in tm ut ipe abimelech
diceret ysaac Recede a nobis qr potencior
nobis factus es valde Et ille discedens
ut veniret ad torrente gerare habitaretq3
ibi Rursus fodit alios puteos quos
foderant serui pris sui abraha et quos
illo mortuo olim obstruxerant phi
listim Appellauitq3 eos eisd noibus
quibus an pr vocauat Foderuntq3 in
torrente et reperierunt aqua viua Sed
et ibi iurgiu fuit pastoz gerare ad
uersus pastores ysaac dicencu Nra est
aqua Qua ob rem no puteu ex eo qd
acciderat vocat calupnia Foderunt aut
et aliu et pro illo qq3 rixati sunt appel
lauitq3 eu inimicicias Profectus inde fo
dit aliu puteu pro quo no contenderunt
Itaq3 vocat no illi9 latitudo dicens Nunc
dilatauit nos dns et fecit crescere sup
tra Ascendit aut ex illo loco i bersabee
vbi apparuit ei dns in ipa nocte dicens
Ego su deus abraha pris tui Noli ti
mere qr ego tecu su bndica tibi et mltipli
cabo seme tuu ppter seruu meu abraha
Itaq3 edificat' ibi altare dno et inuocato
noie dni extendit tabernaclm pap'

qz servis suis ut foderent puteu. Ad quē locu cu venisset de geraris abimelech et ochozath amicus illius et phicol dux milicie locutus ē eis ysaac. Quid venistis ad me hoiem quē odistis et expulistis a vobis. Qui rnderut. Vidim⁹ tecu esse dnm. Et ideo nūc dicim⁹. Sit iura tu mē⁹ nos et iciam⁹ fedus ut nō facias nobis quicq̄ mali sicut ⁊ nos nichil tuoꝝ attigim⁹. Nec fecim⁹ qd te lederet sed cu pace dimisim⁹ auctu bndtōe dni. Fecit g° eis conviviu in die i° et post cibu et potu surgētes mane iuraverut sibi mutuo. Dimisitq3 eos ysaac pacifice i locu suu. Ecce at i° die venerut servi ysaac anunciātes ei de puteo quē foderat atq3 dicētes. Invenim⁹ aquā. Vn appellā eu habūdācia et nomē urbi impositu ē bersabee usq3 i psentē diē. Esau vō quadragenari⁹ duxit uxores duas. Iudith filia beeri ethei ⁊ basemath filiam helam eiusdē loci quē ambe offenderat aim ysaac et rebecce.

Cap xxvii

Senuit at ysaac ⁊ caligaverat oculi ei⁹ ⁊ vidē nō poterat. Vocav'q3 esau filiu suu maiorē ⁊ dixit ad eu. Fili mi. Qui rndit. Assu. Cui pr. Vides inqt q senuerim ⁊ ignorē diē mortis mee. Sume arma tua pharetra et arcu et egrede foras. Cuq3 venatu aliquid apphenderis fac m̄ inde pulmentu sicut velle me nosti et affer ut comeda bndicatq3 tibi aia mea anteq̄ moriar. Quod cu audisset rebecca et i° abisset in agru ut iussione patris plet dixit filio suo Iacob. Audivi prem tuu loquete cu esau frē tuo et dicēte ei. Affer m̄ de venatōe tua et fac cibos ut comeda ⁊ bndica tibi cora dno anteq̄ moriar. Nūc g° fili mi acqesce consiliis meis et pgens ad gregē affer michi duos edos optios ut facia ex eis escas pri tuo quibus libent' vescit' quas cu intuleris et comederit bndicat tibi pusq̄ moriatur. Cui i° rndit. Nosti q esau fr meus hō pilosus sit et ego lenis. Si attrectavit me pr me⁹ et senserit timeo ne putet me voluisse sibi illudere ⁊ inducat sup me maledictōz p bndictōe. Ad quē mr. In me sit ait ista maledictō fili mi tantu audi vocē mea. Et pgēs affer quē dixi. Abiit et attulit ⁊ dedit mri. Preparavit illa cibos sicut noverat velle prez illi⁹ et vestib⁹ esau valde bonis quas apud se habebat domi induit eu pelliculasq3 edoꝝ circudedit manib⁹ ⁊ colli nuda ptexit dediq3 pulmentu ⁊ panes quos coxerat tradidit. Quib⁹ allatis dixit pr mi. At ille rndit. Audio. Quis es fili mi. Dixitq3 iacob. Ego su esau pmogenitus tu⁹ feci sicut pcepisti m. Surge sede et comede de venatōe mea ut bndicat m̄ michi aia tua. Rursu ysaac ad filiu suu. Quō inqt tā cito invenire potuisti fili mi. Qui rndit. Voluntas dei fuit ut cito m occurrē quod volebā. Dixitq3 ysaac. Accede huc ut tanga te fili mi et pbem utz tu sis filius meus esau an nō. Accessit ille ad prem et palpato eo dixit ysaac. Vox quidē vox iacob ē s3 man⁹ manus sūt esau. Et nō cognovit eu q2 pilose man⁹ silitudinē maioris expsserat. Bndicēs ergo illi ait. Tu es filius me⁹ esau. Rndit. Ego su. At i° Affer inqt michi cibos de venatōe tua fili mi ut bndicat tibi aia mea. Quos cu oblatos comedisset obtulit eciā ei et vinu. Quo hausto dixit ad eu. Accede ad me et da michi osculu fili mi. Accessit et osculatus est eu. Statimq3 ut sensit vestimētoꝝ illius fraglancia bndicēs ait. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni cui bndixit dns. Det tibi deus de rore celi ⁊ de pinguedine terre habūdāciā frumenti ⁊ vini et olei et serviet tibi ppli ⁊ adorēt te trib⁹. Esto dns frm tuoꝝ. Et icurvent' an te filii mris tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus. Et q bndixerit tibi bndictiōib⁹ repleat'. Vix ysaac smonē ipleverat et egresso foras iacob venit esau. Coctosq3 cibos de venatōe intulit pri dicens

Surge pr mi et comede de venacione
filii tui ut bndicat mi aia tua. Dixitq ille
ysaac Quis ei es tu Qui rndit Ego su
pmogenitus filius tuus esau Expauit ysaac
stupore vehementi et vlt q credi pt admi
ras ait Quis g ille e q dudu capta
venacionem attulit m et comedi ex oibs
pusq tu venires Bndixiq ei et erit bn
dictus Auditisq esau smonibs pris
irruit clamore magno et consternatus
ait Bndic eciam et m pr m Qui ait Ve
nit gmanus tuus fraudulenter et accepit
bndiccom tua At ille subiunxit Iuste
vocatu e nom eius iacob Supplantavit
ei me en altra vice pmogenita mea an
tulit et nunc scdo surripuit bndiccone
mea Rursusq ad prem Nunquid no reser
vasti ait et michi bndiccom Rndit ysa
ac Dnm tuu illu constitui et omes
fres eius suituti illius subiugavi fru
mento vino et oleo stabilivi eu Et tibi
post hec fili mi vltra quid facia Cui
esau ait Nu vna mo tm pr bndiccom
hes Michi qz obsecro ut bndicas Cumq
eiulatu magno fleret Motus ysaac dixit
ad eu In pinguedine tre et i rore celi de
sup erit bndicco tua Vives i gladio et
fratri tuo suies Tempusq veniet
cu excucias et solvas iugu eius de cer
vicibus tuis Oderat g semp esau ia
cob p bndiccoe qua bndixerat ei pater
Dixit eni in corde suo Venient dies luctus
pris mei et occida iacob frem meu Nu
ciata sut hec rebecce Que mittens et
vocans iacob filiu suu dixit ad eu Ecce
esau fr tuus minatur ut occidat te Nunc
g fili mi audi voce mea Et consurgens
fuge ad laban frem meu in aran habi
tabisq cu eo paucos dies donec requiescat
furor fris tui et cesset indignacio eius
obliviscaturq eoz que fecisti i eu Postea
mitta et adduca te inde huc Cui ysaac
Cur vtroq orbabor filio in vno die Dixit
q rebecca ad ysaac Tedet me vite mee
ppt filias heth Si accepit iacob vxore
de stirpe huius tre nolo vivere Cap xxviii

Vocavit itaq ysaac iacob et bndixit
eu precepitq ei dicens Noli accipe
coniuge de gne chanaan sed vade et pfi
ciscere i mesopothamia syrie ad domu
bathuelis prem matris tue et accipe tibi
inde vxore de filiabus laban avunculi tui
Deus aut ops bndicat tibi et crescere te fa
ciat atq multiplicet ut sis i turmas ploz
et det tibi bndiccoes abraha et semi tuo
post te ut possideas tra pegrinacionis tue
qua pollicitus e avo tuo Cumq dimisisset
eu ysaac pfectus e et venit mesopota
mia syrie ad laban filiu bathuelis siri
frem rebecce matris sue Videns aut esau
q bndixisset pr suus iacob et qz bndic
com misisset eu in mesopothamia sirie
ut inde vxorem duceret et q post bndiccom
precepisset ei dicens No accipies vxore de
filiabus chanaa Quodq obediens iacob pa
rentibus suis iisset in syria Pbans qz q no
libenter aspiceret filias heth chanaa pr
suus iuit ad ismahelem et duxit vxore
absq hiis quas prius hebat meleth ys
mahel filii abraha sorore nabayoth
et vterina Igit egressus iacob de ber
sabee pgebat aran Cumq venisset ad lo
cu quendam et vellet i eo requiescere post
solis occasu Tulit de lapidibus qui iace
bant et supponens capiti suo dormivit
i eodem loco Viditq in sopnis scala
stante sup tra et cacumen eius tangens
celu angelosq dei descendentes et asce
dentes p ea et dnm innixu scale dicentem
sibi Ego su dns deus abraha pris
tui et deus ysaac Terra in q dormis
tibi dabo et semi tuo Eritq seme tuu
q pulvis tre Dilatabis ad orientem
et occidente et septentrione et meridie
Et bndicentur in te et in semie tuo cuncte
tribus tre et ero custos tuus quocumq
precedis et reducam te in tra hac nec dimit
tam nisi compleuero vniusa que dixi Cum
q evigilasset iacob de sopno ait Vere
dns e in loco isto et ego nesciebam

pauensque quam terribilis inquit est locus iste
Non est hic aliud nisi domus dei et porta
celi. Surgens ergo mane tulit lapidem
quem supposuerat capiti suo et erexit
in titulum fundens oleum desuper. Ap-
pellauitque nomen urbis bethel que prius
luza vocabatur. Vouit etiam votum dicens
Si fuerit deus mecum et custodierit me
in via per quam ambulo et dederit michi panem
ad vescendum et vestes ad induendum
reuersusque fuero prospere ad domum patris
mei erit michi dominus in deum et lapis iste
quem erexi in titulum vocabitur domus
dei cunctorumque que dederis michi de-
cimas offeram tibi.

Cap. xxix

Profectus ergo iacob venit in terram
orientalem et vidit puteum in agro
tres quoque greges ouium accubantes iux-
ta eum. Nam ex eo adaquabantur pecora et os eius
grandi lapide claudebatur. Moris erat ut
cunctis ouibus congregatis euoluerent la-
pidem et refectis gregibus rursus super
os putei ponerent. Dixitque ad pastores
fratres unde estis. Qui responderunt de aran.
Quos interrogans ait. Numquid nostis laban
filium nachor. Dixerunt. Nouimus. Sanusne
est inquit. Valet inquiunt. Et ecce rachel
filia sua venit cum grege suo. Dixitque ia-
cob. Adhuc multum diei superest nec tempus
est ut reducantur ad caulas greges. Date
ante potum ouibus et sic ad pastum eas reducite.
Qui responderunt. Non possumus donec omnia pe-
cora congregentur et amoueamus lapidem
de ore putei ut adaquemus greges. Adhuc
loquebantur. Et ecce rachel veniebat cum ouibus
patris sui. Nam gregem ipsa pascebat. Quam cum vi-
disset iacob et sciret consobrinam suam esse o-
uesque laban auunculi sui amouit lapidem
quo puteus claudebatur et adaquato grege oscula-
tus est eam. Et eleuata voce fleuit et indicauit
ei quod frater esset patris sui et filius rebecce. At illa
festinans nunciauit patri suo. Qui cum audisset
venisse iacob filium sororis sue occurrit ei
et complexusque eum et in oscula ruens duxit in domum
suam. Auditis autem causis itineris respondit Os
meum et caro mea es. Et postquam impleti sunt dies
mensis unius dixit ei. Numquid quia frater meus es gratis
seruies michi. Dic quid mercedis accipies. Ha-
bebat vero duas filias. Nomen maioris lya
minor vero appellabatur rachel. Sed lya lippis e-
rat oculis. Rachel autem decora facie et venusto
aspectu. Quam diligens iacob ait. Seruiam tibi
pro rachel filia tua minore vii annis. Respondit
laban. Melius est ut tibi dem illam quam alteri vi-
ro. Mane apud me. Seruiuit ergo iacob pro rachel vii a-
nnis et videbantur illi pauci dies pre amoris mag-
nitudine. Dixitque ad laban. Da michi uxorem meam
quia iam tempus impletum est ut ingrediar ad eam. Qui
vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium fecit
nuptias. Et vespere liam filiam suam introduxit
ad eum. Dans ancille filie zelpham nomine.
Ad quam cum ex more iacob fuisset ingressus facto
mane vidit liam et dixit ad socerum suum. Quid
est hoc quod facere voluisti. Nonne pro rachel seruiui
tibi. Quare liam supposuisti michi. Respondit laban.
Non est in loco nostro consuetudinis ut minores an-
te tradamus ad nuptias. Imple ebdomadam
dierum huius copule et hanc quoque tibi dabo pro ope-
re quo seruiturus es michi vii annis aliis. Acquieuit
placito laban et ebdomada transacta rachel
duxit uxorem. Cui pater suam balam tradiderat.
Tandemque potitus optatis nuptiis amorem
sequentis priori pretulit seruiens apud eum vii
annis aliis. Videns autem dominus quod despiceret
lyam. Aperuit vuluam eius sorore sterili per-
manente. Que conceptum genuit filium vocauit-
que nomen eius Ruben dicens. Vidit dominus
humilitatem meam. Nunc amabit me vir meus.
Rursusque concepit et peperit filium et ait
Quoniam vidit me dominus haberi contemptui de-
dit etiam michi istud filium. Vocauitque nomen
eius Symeon. Concepitque tercio et genuit
filium. Dixitque. Nunc quoque copulabitur
michi maritus meus eo quod pepererim
ei tres filios. Et idcirco appellauit no-
men eius Leui. Quarto concepit et peperit
filium et ait. Modo confitebor domino et ob hoc
vocauit nomen eius iudas. Cessauitque parere

Cernens autem rachel quod infecunda XXX B
esset invidit sorori sue. Et ait marito suo
Da michi liberos. Alioquin moriar. Cui iratus
respondit iacob. Num pro deo ego sum qui privavit te fruc
tu ventris tui. At illa habeo inquit famulam
bala. Ingredere ad illam ut pariat super ge
nua mea et habeam ex illa filios. Deditque
illi bala in coniugium. Que ingresso ad se viro
concepit et peperit filium. Dixitque rachel Iudi
cavit me dominus et exaudivit vocem meam dans michi filium
Et ideo appellavit nomen eius dan. Rursusque ba
la concipiens peperit alterum pro quo ait rachel
Comparavit me dominus cum sorore mea et invalui vo
cavitque nomen eius neptalim. Sentiens lya quod
parere desiisset zelpham ancillam suam marito
tradidit. Qua post conceptum edente filium
dixit feliciter et ideo vocavit nomen eius gaad.
Peperit quoque zelpha alterum. Dixitque lya hoc
pro beatitudine mea. Beatam quippe me dicent
omnes mulieres. Propterea appellavit eum aser.
Egressus autem ruben tempore messis triticee in
agrum repperit mandragoras quas matri sue
lye detulit. Dixitque rachel Da michi partem de
mandragoris filii tui. Illa respondit Parumne
tibi videtur quod praeripueris maritum michi nisi etiam
mandragoras filii mei tuleris. At illa dixit
Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris
filii tui. Redeuntique ad vesperam de agro
iacob egressa est in occursum eius lya et ait
Ad me inquit intrabis quia mercede con
duxi te pro mandragoris filii mei. Dor
mivit cum ea nocte illa. Et exaudivit deus
preces eius concepitque et peperit filium quin
tum et ait Dedit deus mercedem michi quia
dedi ancillam meam viro meo. Appellavitque
nomen eius ysachar. Rursum lya concipiens
peperit sextum filium et ait Ditavit me dominus
dote bona. Etiam hac vice mecum erit
maritus meus eo quod genuerim ei sex fi
lios. Et ideo appellavit nomen eius zabulon.
Post quem peperit filiam nomine dynam. Re
cordatus quoque est dominus rachel. Et exaudivit
eam et aperuit vulvam illius. Que conce
pit et peperit filium dicens. Abstulit dominus
deus obprobrium meum et vocavit nomen eius
Joseph dicens. Addat michi dominus alterum filium
Nato quoque ioseph dixit iacob socero suo
Dimitte me ut revertar in terram et patriam
meam. Da michi uxores et liberos meos pro
quibus servivi tibi ut abeam. Tu nosti
servitutem qua servivi tibi. Ait laban illi
Inveniam gratiam in conspectu tuo. Experi
mento didici quod benedixerit michi deus propter
te. Constitue mercedem tuam quam dem
tibi. At ille respondit Tu nosti quomodo servie
rim tibi et quanta in manibus meis
fuerit possessio tua. Modicum habuisti
antequam venirem ad te. Et nunc dives
effectus es. Benedixitque tibi deus ad in
troitum meum. Iustum est igitur ut aliquando et
provideam et domui mee. Dixitque la
ban Quid dabo tibi. At ille ait Nichil
volo. Sed si feceris quod posco iterum pas
cam et custodiam pecora tua. Gyra
omnes greges tuos et separa oves
varias et sparso vellere. Et quod
cumque furvum vel rufum et maculosum sive
atque varium tam in ovibus quam in capris
erit merces mea. Respondebitque michi cras
iusticia mea quando placiti tempus adve
nerit coram te. Et omnia que non fuerint
varia et maculosa et furva tam in ovi
bus quam in capris furti me arguent.
Dixitque laban Gratum habeo quod petis.
Et separavit in die illo capras et oves
hircos et arietes varios atque macu
losos cunctum autem gregem unicolorem
id est albi et nigri velleris tradidit in
manu filiorum suorum et posuit spacium
itineris inter se et generum suum di
erum trium qui pascebat reliquos greges
eius. Tollens ergo iacob virgas popu
leas virides et amigdalinas et
ex platanis ex parte decorticavit eas.
Detractisque corticibus in hiis que
spoliata fuerant apparuit candor. Illa vero
que integra erant viridia permanserant atque
in hunc modum color effectus est varius

posuitque eas in canalibus ubi effu-
debat aqua ut cum venisset greges ad
bibendum ante oculos haberent virgas et in
conspectu earum conciperent. Factumque est ita ut
in ipso calore coitus oves intuerentur
virgas et parerent maculosa et varia et
diverso colore respersa. Divisitque gregem
iacob et posuit virgas in canalibus
ante oculos arietum. Erat autem alba et
nigra quaeque laban, cetera vero iacob
separatis inter se gregibus. Igitur quando primo
tempore ascendebantur oves ponebat iacob
virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum
et ovium ut in earum contemplatione concipe-
ret. Quando vero serotina admissura erat
et conceptus extremus, non ponebat eas.
Factaque sunt ea quae erant serotina laban
et quae primi temporis iacob. Ditatusque est
homo ultra modum. Et habuit greges multos
ancillas et servos camelos et asinos.

Cap. xxxi

Postquam autem audivit verba filiorum laban
dicentium: Tulit iacob omnia quae fu-
erant patris nostri et de illius facultate di-
tatus est factusque inclitus. Animadvertit quoque
faciem laban quod non esset erga se sicut
heri et nudiustertius maxime dicente sibi
domino: Revertere in terram patrum tuorum et ad
generationem tuam. Ero tecum. Misit quoque ia-
cob et vocavit rachel et lyam in agrum
ubi pascebat greges. Dixitque eis: Vi-
deo faciem patris vestri quod non sit erga me
sicut heri et nudiustertius. Deus autem
patris mei fuit mecum. Et ipse nostis
quod totis viribus meis servierim patri
vestro. Sed pater vester circumvenit me et mu-
tavit mercedem meam decem vicibus. Et tamen
non dimisit eum deus ut noceret mihi. Si
quando dixit: Variae oves erunt mercedes
tuae, pariebant omnes varios fetus. Cum
vero e contrario ait: Alba quaeque accipi-
es pro mercede, omnes greges alba pepe-
rerunt. Tulitque deus substantiam patris vestri et
dedit mihi. Postquam vero conceptus ovium ad-
venerat levavi oculos meos et vidi in
somnis ascendentes mares super
feminas varios maculosos et diversorum

colorum. Dixitque angelus domini ad me in som-
nis: Iacob. Et ego respondi: Adsum. Qui ait:
Leva oculos tuos et vide universos mas-
culos ascendentes super feminas varios et re-
spersos atque maculosos. Vidi enim omnia quae
tibi fecit laban. Ego sum deus bethel
ubi unxisti lapidem et votum vovisti mihi.
Nunc ergo surge et egredere de terra hac re-
vertens in terram nativitatis tuae. Responderuntque
rachel et lya: Numquid habemus residui
quidquam in facultatibus et hereditate domus
patris nostri? Nonne quasi alienas reputavit
nos et vendidit comeditque pretium nostrum?
Sed deus tulit opes patris nostri et tradidit
eas nobis et filiis nostris. Unde omnia quaecumque
praecepit tibi deus fac. Surrexit autem iacob
et impositis liberis ac coniugibus suis super
camelos abiit. Tulitque omnem substantiam suam
et greges et quidquid in mesopotamia
acquisierat pergens ad ysaac patrem suum in
terram chanaan. Eo tempore ierat laban ad
tondendas oves. Et rachel furata est
ydola patris sui. Noluitque iacob confiteri
socero suo quod fugeret. Cumque abisset tam ipse
quam omnia quae iuris sui erant et amne
transmisso pergeret contra montem galaad, nun-
tiatum est autem laban die tertio quod fugeret ia-
cob. Qui assumptis fratribus suis persecutus est
eum diebus vii et comprehendit eum in monte
galaad. Viditque in somnis dicentem sibi
deum: Cave ne quidquam aspere loquaris
contra iacob. Iamque iacob extenderat
tabernaculum in monte. Cumque ille consecutus
fuisset eum cum fratribus suis in monte eodem
galaad, fixit tentorium et dixit ad ia-
cob: Quare ita egisti ut clam me ab-
igeres filias meas quasi captivas gladio?
Cur ignorante me fugere voluisti nec
indicare mihi ut prosequerer te cum gaudio
et canticis tympanis et organis et citharis?
Non es passus ut osculaer filios meos
ac filias. Stulte operatus es et nunc quidem
valet manus mea comprehendere te et red-
dere tibi malum. Sed deus patris tui heri
dixit mihi: Cave ne loquaris contra iacob quidquam

durius Et ad tuos ire cupiebas et desi
derio erat tibi domus patris tui Cur furatus
tus es deos meos Respondit iacob Quia ini
stio te profectus sum timui ne violenter
auferres michi filias tuas Quod autem furti
me arguis Apud quemcumque inveneris
deos tuos necetur coram fratribus nostris
Scrutare quicquid tuorum apud me inveneris
et aufer Hec dicens ignorabat quod ra
chel furata esset ydola Ingressus est itaque
laban tabernaculum iacob et lye et utriusque
usque famule non invenit Cumque intrasset
tectorium rachel Illa festinans abscondit
idola subter stramenta cameli et sedit
desuper Scrutantique omne tectorium et nichil in
venienti ait rachel Ne irascatur dominus
meus quod coram te assurgere nequeo quia
iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit
michi Sic delusa est sollicitudo querentis Tu
mensque iacob cum iurgio ait Quam ob cul
pam meam et ob quod peccatum meum sic exarsi
sisti post me et scrutatus es omnem sup
pellectilem meam Quid invenisti de cuncta
substantia domus tue Pone hic coram fratribus meis
et fratribus tuis et iudicent inter me et te Id
circo viginti annis fui tecum oves tue et capre
steriles non fuerunt arietes gregis tui non
comedi Nec captum a bestia ostendi
tibi Ego omne dampnum reddebam quicquid
furtim peribat a me exigebas Die
noctuque estu urebar et gelu fugiebat
que sompnus ab oculis meis Sic per viginti annos
in domo tua servivi tibi quatuordecim pro fi
liabus et sex pro gregibus tuis Immu
tasti quoque mercedem meam decem vicibus Nisi deus
patris mei abraham et timor ysaac affu
isset michi forsitan modo nudum me di
misisses Afflictionem meam et laborem ma
nuum mearum respexit dominus et arguit te
heri Respondit laban ei Filie mee et filii
et greges tui et omnia que cernis mea
sunt Quid possum facere filiis et nepotibus
meis Veni ergo et ineamus fedus ut
sit in testimonium inter me et te Tulit itaque

iacob lapidem et erexit illum in titulum
Dixitque fratribus suis Afferte lapides
Qui congregantes fecerunt tumulum co
mederuntque super eum quem vocavit laban
tumulum testis et iacob acervum testimonii
uterque iuxta proprietatem lingue sue Dixitque
laban Tumulus iste testis erit inter me
et te hodie Et idcirco appellatum est nomen
eius galaad id est tumulus testis Et adiecit
laban Intueatur et iudicet dominus inter
nos quando recesserimus a nobis Si afflixeris
filias meas et si introduxeris alias uxores
super eas Nullus sermonis nostri testis
est absque deo qui presens respicit Dixitque
rursus ad iacob En tumulus hic et lapis
quem erexi inter me et te testis erit Tu
mulus inquam iste et lapis sit in testimonium
Si aut ego transiero illum pergens ad te Aut
tu preterieris illum malum michi cogitans
Deus abraham et deus nachor iudicet
inter nos deus patris eorum Iuravit ergo iacob
per timorem patris sui ysaac Immolatisque
victimis in monte vocavit fratres suos ut ede
rent panem Qui cum comedissent manserunt
ibi Laban vero de nocte consurgens oscu
latus est filios et filias suas et benedixit
illis reversusque est in locum suum Capitulum xxxii

Iacob autem abiit itinere quo ceperat
fueruntque ei obviam angeli domini quos
cum vidisset ait Castra dei sunt hec
Et appellavit nomen loci illius manaym
id est castra Misit autem et nuncios ante se ad
esau fratrem suum in terram seyr in regione
edom Precepitque eis dicens Sic loquimini
domino meo esau Hec dicit frater tuus iacob Apud
laban peregrinatus sum et fui usque ad presentem
diem Habeo oves et boves et asinos
et servos et ancillas mittoque nunc lega
tionem ad dominum meum ut inveniam gratiam
in conspectu tuo Reversique sunt nuncii ad ia
cob dicentes Venimus ad esau fratrem
tuum Et ecce properat in occursum tibi cum quadrin
gentis viris Timuit iacob valde et perterritus
Divisit populum qui secum erat Greges quoque et

oves et boves et camelos divisit in duas
turmas dicens Si venerit esau ad unam
turmam et percusserit eam alia turma que reli
qua est salvabitur Dixitque iacob Deus
patris mei abraham et deus patris mei
ysaac domine qui dixisti michi Revertere in terram
tuam et in locum nativitatis tue et benefa
ciam tibi Minor sum cunctis miseracionibus
tuis et veritate quam explesti servo tuo
In baculo meo transivi iordanem istum
et nunc cum duabus turmis regredior
Erue me de manu fratris mei esau quia
valde eum timeo Ne forte veniens per
cuciat matrem cum filiis Tu lo
cutus es quod bene faceres michi et dilatares se
men meum sicut arenam maris que pre mul
titudine numerari non potest Cumque dormisset
ibi nocte illa separavit de hiis que defere
bat munera fratri suo esau Capras cc
hircos xx Oves cc et arietes xx
camelos fetas cum pullis suis xxx Vac
cas xl et tauros xx Asinas xx
et pullos earum x Et misit per manus
servorum suorum singulos seorsum greges
Dixitque pueris suis Antecedite me et
sit spacium inter gregem et gregem Et pre
cepit priori dicens Si obviam habueris
fratrem meum esau et interrogaverit te cuius
es aut quo vadis aut cuius sunt ista
que sequeris Respondebis Servi tui ia
cob munera misit domino esau Ipse quoque
post nos venit Similiter quoque dedit
mandatum secundo ac tercio et cunctis qui se
quebantur greges dicens Iisdem verbis
loquimini ad esau cum inveneritis eum et addetis
Ipse quoque iacob servus tuus iter nostrum insequitur
Dixit enim placabo eum muneribus que
precedunt Et postea videbo illum forsitan
propiciabitur michi Precesserunt itaque mu
nera ante eum Ipse vero mansit nocte illa in
castris Cumque mane surrexisset tulit
duas uxores suas et totidem famulas
cum xi filiis et transivit vadum iaboth
Traductisque omnibus que ad se pertinebant
remansit solus Et ecce vir luctabatur
cum eo usque mane Qui cum videret quod eum superare
non posset tetigit nervum femoris eius
et statim emarcuit Dixitque ad eum Dimitte
me iam enim ascendit aurora Respondit Non
dimittam te nisi benedixeris michi Ait ergo Quod
nomen est tibi Respondit Iacob At ille Nequaquam
inquit iacob appellabitur nomen tuum sed israel
quoniam si contra deum fortis fuisti quanto magis
contra homines prevalebis Interrogavit eum ia
cob Dic michi quo appellaris nomine Respondit
Cur queris nomen meum quod est mirabile Et bene
dixit ei in eodem loco Vocavitque iacob nomen
loci illius phanuel dicens Vidi dominum facie
ad faciem et salva facta est anima mea Ortusque
est ei statim sol postquam transgressus est phanuel
Ipse vero claudicabat pede Quam ob cau
sam filii israel non comedunt nervum qui emar
cuit in femore iacob usque in presentem diem eo
quod tetigerit nervum femoris eius et obstupuerit

Cap xxxiij

Elevans autem oculos iacob
vidit venientem esau et cum eo cccc viros
Divisitque filios lye et rachel ambarum
que famularum et posuit utramque famulam
et liberos earum in principio Lya vero et filios
eius in secundo loco Rachel autem et ioseph no
vissimos et ipse progrediens adoravit pronus
in terram septies donec appropinquaret frater eius
Currens itaque esau obviam fratri suo am
plexatus est eum stringensque collum et oscula
tus eum flevit Levatisque oculis vidit mu
lieres et parvulos earum et ait Quid sibi vo
lunt isti et si ad te pertinent Respondit Parvuli
sunt quos donavit michi deus servo tuo Et
appropinquantes ancille et filii earum incurvati
sunt Accessit quoque lya cum pueris suis Et cum
similiter adorassent extremi quoque ioseph
et rachel adoraverunt Dixitque esau
Que nam sunt iste turme quas obviam
habui Respondit Ut invenirem
graciam coram domino meo At ille ait Habeo
plurima frater mi sint tua tibi Dixit
que iacob Noli ita queso Sed si inveni
graciam in oculis tuis accipe munusculum

de manibus meis. Sic enim vidi faciem tuam
quasi viderem vultum dei. Esto propicius mihi et sus-
cipe benedictionem quam attuli tibi et quam
donavit mihi deus tribuens omnia. Vix fratre
compellente accepit. Et ait. Gradiamur simul eroque
socius itineris tui. Dixitque iacob. Nosti
domine mi quod parvulos habeam teneros et
oves et boves fetas mecum. Quas si
plus in ambulando fecero laborare mo-
rientur uno die cuncti greges. Precedat
dominus meus ante servum suum. Et ego sequar
paulatim vestigia eius sicut videro parvu-
los meos posse donec veniam ad dominum
meum in seyr. Respondit esau. Oro te ut
de populo qui mecum est saltem remaneant socii
vie tue. Non est inquit necesse hoc. Uno
tantum indigeo ut inveniam gratiam in conspectu
tuo domine mi. Reversus est itaque esau illo
die itinere quo venerat in seyr. Et iacob
venit in sochot. Ubi edificata domo et
fixis tentoriis appellavit nomen loci
illius sochot id est tabernacula. Transivitque
in salem urbem sichimorum que est in terra
chanaan postquam reversus est de mesopo-
thamia syrie et habitavit iuxta oppidum. Emitque
partem agri in quo fixerat tabernacula
a filiis emor patris sichem centum agnis.
Et erecto ibi altari invocavit super
id fortissimum deum ysrahel. Cap. xxxiiii

Egressa est autem dyna filia lye in
agrum ut videret mulieres regionis
illius. Quam cum vidisset sichem filius
emor evei princeps terre illius adamavit
eam rapuit et dormivit cum illa vi opprimens
virginem et conglutinata est anima eius cum ea
tristemque blandiciis delinivit et pergens
ad emor patrem suum. Accipe inquit michi
puellam hanc coniugem. Quod cum au-
disset iacob absentibus filiis et in pastu
pecorum occupatis siluit donec redirent.
Egresso autem emor patre sichem ut loque-
retur ad iacob. Ecce filii eius veniebant
de agro. Auditoque quod acciderat irati
sunt valde eo quod fedam rem operatus esset
in israhel et violata filia iacob rem illi-
citam perpetrasset. Locutus est itaque emor
ad eos. Sichem filii mei anima adhesit
vestre filie. Date eam illi uxorem et iungamus
vicissim connubia. Filias vestras date
nobis et filias nostras accipite et habita-
te nobiscum. Terra in potestate vestra est exer-
cete et possidete et negociamini eam. Sed
et sichem ad patrem et ad fratres eius ait.
Inveniam gratiam coram vobis et quecumque
statueritis dabo. Augete dotem et munera
postulate libens tribuam quodcumque
statueritis et petieritis tantum date michi
puellam hanc uxorem. Responderunt filii iacob
sichem et patri eius in dolo sevientes
ob stuprum sororis. Non possumus facere quod
petitis nec dare sororem nostram incircumciso
homini quod illicitum et nepharium apud nos
est. Sed in hoc vobiscum valebimus fede-
rari. Si esse volueritis similes nostri et cir-
cumcidatur ex vobis omne masculini sexus
tunc dabimus et accipiemus filias vestras
mutuo ac nostras et habitabimus vobiscum
erimusque unus populus. Si autem circumcidi no-
lueritis tollemus filiam nostram et recedemus.
Placuit oblatio eorum emor et sichem fi-
lio eius nec distulit adolescens quin statim
quod petebatur impleret. Amabat enim pu-
ellam valde et ipse erat inclitus in omni
domo patris sui. Ingressique portam urbis
locuti sunt ad populum. Viri isti pacifici
sunt et volunt habitare nobiscum negocientur
in terra et exerceant eam que spaciosa et
lata indiget cultoribus. Filias eorum acci-
piemus uxores et nostras illis dabimus.
Unum est quod differtur tantum bonum. Si circumci-
damus masculos nostros ritum gentis imi-
tantes et substantia eorum et pecora et
cuncta que possident nostra erunt. tantum in hoc adquies-
camus ut habitantes simul unum efficiamus
populum. Assensi sunt omnes circumcisis
omnibus maribus. Et ecce die tercio quando

grauissimus dolor vulnerum est Arreptis
igitur duo iacob filij gladijs symeon
et leui fratres dyne ingressi sunt urbem
confidenter interfectisque omnibus masculis
emor et sichen pariter necauerunt tollen-
tes dyna de domo sichen sororem suam
Quibus egressis irruerunt super occisos
ceteri filij iacob et depopulati sunt urbem
in vltionem stupri Oues eorum et armen-
ta et asinos cunctaque vastantes que
in agris et in domibus erant paruulos
quoque et vxores eorum duxerunt captiuas
Quibus perpetratis audacter Iacob dixit
ad symeon et leui Turbastis me et
odiosum me fecistis chananeis et phe-
rezeis habitatoribus terre huius Nos
nos pauci sumus Illi congregati percu-
cient me et delebor ego et domus mea
Responderunt ei Numquid ut scorto abuti de-
buere sorore nostra / Capitulum xxxv

Interea locutus est dominus ad iacob dicens
Surge et ascende bethel et habita
ibi facque altare domino qui apparuit tibi
quando fugiebas esau fratrem tuum Iacob
vero conuocata omni domo sua ait Abicite
deos alienos qui in medio vestri sunt et
mundamini et mutate vestimenta vestra Sur-
gite et ascendamus in bethel ut faciamus
ibi altare domino qui exaudiuit me in die tri-
bulationis mee et socius itineris mei
fuit Dederunt ergo ei omnes deos alienos
quos habebant et inaures que erant in au-
ribus eorum At ille infodit eos subter te-
rebintum que est post urbem sichem Cumque
profecti essent terror dei inuasit omnes
per circuitum ciuitates et non sunt ausi per-
sequi recedentes Venit igitur Iacob luzam
que est in terra chanaan cognomento bethel
ipse et omnis populus cum eo Edificauitque ibi altare
domino et appellauit nomen loci illius domus dei
Ibi enim apparuit ei deus cum fugeret fratrem
suum Eodem tempore mortua est delbora nu-
trix rebecce et sepulta est ad radices
bethel subter quercum vocatumque est nomen
loci quercus fletus Apparuit iterum deus
iacob postquam reuersus est de mesopotamia
syrie et venit in bethel Benedixitque ei di-
cens Non vocaberis ultra iacob sed israel erit
nomen tuum Et appellauit eum israel Dixitque ei
Ego deus omnipotens Cresce et multiplicare
gentes et populi nationum ex te Reges de lum-
bis tuis egredientur Terram quam dedi a-
braham et ysaac dabo tibi et semini tuo post
te et recessit ab eo Ille vero titulum erexit
lapideum in loco quo locutus fuerat ei deus
libans super eum libamina et effundens oleum
vocansque nomen loci illius bethel Egressus
autem inde venit verno tempore ad terram que ducit
effrata in qua cum parturiret rachel ob
difficultatem partus periclitari cepit Dixitque
ei obstetrix Noli timere quia et hunc habebis
filium Egrediente autem anima pre dolore et im-
minente iam morte vocauit nomen filij sui be-
noni id est filius doloris mei Pater vero appellauit
eum beniamyn id est filius dextre Mortua
est ergo rachel et sepulta est in via que ducit
effrata hec est bethlehem Erexitque ia-
cob titulum super sepulcrum eius hic est titulus
monumenti rachel usque in presentem diem Egres-
sus inde fixit tabernaculum trans turrem
gregis Cumque habitaret in illa regione abijt
ruben et dormiuit cum bala concubina
patris sui quod illum minime latuit Erant
autem filij iacob xij Filij lye primogenitus
Ruben et Symeon et leui et iudas et ysachar
et zabulon Filij rachel Ioseph et beni-
amyn Et filij bale ancille rachel dan
et neptalim Filij zelphe ancille lye Gad
et Aser Hij filij iacob qui nati sunt ei
in mesopotamia syrie Venit etiam ad y-
saac patrem suum in mambre ciuitatem ar-
bee hec est ebron In qua peregrinatus est
abraham et ysaac Et completi sunt dies
ysaac centum octoginta annorum Consumptusque etate
mortuus est Et appositus est populo suo senex
et plenus dierum Et sepelierunt eum esau et
iacob filij sui / Capitulum xxxvi

Hee autem sunt generationes esau ipse est edom
Esau accepit vxores de filiabus cha-
naan ada filiam elon ethei et oolibama
filiam ane filij sebeon euei Basemath

q̄ filia ysmahel sororem nabayoth
pepit at ada eliphat / bathsemath ge
raguel / Oolibama ge hyeus / et hyelon
et chore hij filij esau qui nati sunt ei in
terra chanaan Tulit at esau vxores suas
et filios et filias et omnem aiam domus
sue et sbam et pecora et cuncta que habere
potuerat in terra chanaan et abiit in alteram
regionem / recessit a fratre suo iacob diuites
ei erant valde et simul habitare non poterant
nec sustinebat eos terra peregrinacionis eorum
pre multitudine gregum habitauitque esau in
monte seyr ipse est edom Hee autem sunt genera
ciones esau patris esau in monte seyr Et hec
nomina filiorum eius Eliphat filius ada vxoris
esau / Rahuel quoque filius bethsemath vxoris
eius ffuerunt que filij eliphat theman
omath sephus et gathan et Ceneth et
chore Erat autem thamna concubina eliphat
filij esau que pepit ei amalech hij sunt
filij ada vxoris esau ffilij autem rahuel
naath et sara semma et meza hij filij
bathsemath vxoris esau Isti quoque erant filij
oolibama filie aue filie sebeon vxoris
esau quos genuit ei heus et hyelon et
chore / hij duces filiorum esau ffilij eliphat
primogeniti esau dux theman / dux omar /
dux sephan / dux ceneth / dux thore / dux
dathan / dux amalech hij filij eliphat
in terra edom Et hij filij ade hij quoque filij
rahuel ~~filij~~ esau Dux mathan / dux za
ra / dux zepma / dux moza hij autem duces
rahuel in terra edom Isti filij bathsemath
vxoris esau hij autem filij olibama vxoris
esau dux yhens dux elon dux chore
hij duces olibama filie aue vxoris esau
Isti sunt filij esau et hij duces eorum ipse est
edom Isti sunt filij seyr horrei habitatores
terre / yethan et sobal et zebeon / et ane et
esebeon / et dyson hij duces horrei filij
seyr in terra edom ffacti sunt autem filij lo
than / horri / et eman Erat autem soror
yothan thamna Et isti filij sobal aluan
et manecr / et ebal / et sephi / et onan /
et hij filij zebeon / achaia / et auan iste
est aua qui inuenit aquas calidas in solitu-

dine cum pasceret asinas zebeon patris sui ha
buitque filium dysan andam et filiam ooliba
ma Et isti filij dysan et yesbon / et yethram
et tharan hij quoque filij aser / baalan / et
zenan / et acham habuit autem filios dysan
hus / et haran hij duces horreorum dux
lothan dux sabal dux sebeon dux ana
dux yson / dux eser dux dysan Isti sunt
duces horreorum qui imperauerunt in terra
seyr / Reges autem qui regnauerunt in terra
edom antequam haberent regem filij israel fuerunt
hij / Balach filius beor Nomenque vrbis eius
denaba Mortuus autem est balach et regnauit
pro eo iobab filius zare de bozra Cumque mortuus
esset iobab / regnauit pro eo husam de terra
themanorum hoc quoque mortuo regnauit pro eo
adad filius badadi qui percussit madian in
regione moab Et nomen vrbis eius abiuth
Mortuo adad regnauit semla de mase
retha hoc quoque mortuo regnauit pro eo saul
de fluuio roboth Obito eo successit
ei balanaan filius achobor Isto quoque
mortuo regnauit pro eo adad Nomenque
vrbis eius phau appellabatur vxor eius
meesebel filia mathreth filie meza
ab Hec quoque nomina ducum esau in cogna
cionibus et locis et vocabulis suis dux
thamna dux alua dux getech dux
oolibama dux ela dux phynon dux
ceneth dux theman dux mabsar dux
madiel dux hiram hij duces edom habita
tores in terra imperij sui ipse est esau pater
ydumeorum Habitauit autem iacob in terra cha
naan in qua pater suus peregrinatus est Et hee
sunt generaciones eius Capitulum XXXVII

Ioseph autem cum xvi esset annorum pascebat
gregem cum fratribus suis adhuc puer et
erat cum filijs bale / et zelphe / vxorum
patris sui Accusauitque fratres suos apud
patrem crimine pessimo Israel autem diligebat
ioseph super omnes filios suos eo quod in senec
tute genuisset eum fecitque ei tunicam poli
mitam Videntes autem fratres eius quod a patre plus
cunctis fratribus amaretur oderant eum nec pote
rant ei quicquam pacifice loqui Accidit quoque

vxoris
et

ut visum sompnium referret fratribus suis
sciarum quod eam maioris odii seminarium fuit. Dixit ergo
ad eos: Audite sompnium meum quod vidi.
Putabam nos ligare manipulos in agro
et quasi consurgere manipulum meum et stare,
vestrosque manipulos circumstantes et ad-
orare manipulum meum. Responderunt fratres
eius: Numquid rex noster eris aut subi-
ciemur dicioni tue? Hec ergo causa sompniorum
atque sermonum invidie et odii fomitem
ministrabat. Aliud quoque vidit sompnium quod
narrans fratribus ait: Vidi per sompnium quasi
solem et lunam et stellas xi adorare me.
Quod cum patri suo et fratribus retulisset,
increpavit eum pater et dixit: Quid sibi
vult hoc sompnium quod vidisti? Num ego
et mater tua et fratres tui adorabimus te super
terram? Invidebant igitur ei fratres sui. Pater
vero rem tacitus considerabat. Cumque
fratres illius in pascendis gregibus mo-
rarentur in sichem, dixit ad eum israel: Fra-
tres tui pascunt oves in sichimis; veni,
mittam te ad eos. Quo respondente: presto
sum, ait: Vade et vide si cuncta prospera
sint erga fratres tuos et pecora, et re-
nuncia michi quid agatur. Missus
de valle ebron venit in sichem. Invenit-
que eum vir errantem in agro et interrogavit
eum quid quereret. At ille respondit: Fratres
meos quero; indica michi ubi pascant
greges. Dixitque ei vir: Recesserunt de
loco isto. Audivi autem dicentes: Eamus
in dothaim. Perrexit ergo ioseph post fratres
suos et invenit eos in dothaym. Qui
cum vidissent eum procul antequam accederet ad
eos, cogitaverunt illum occidere et mutuo
loquebantur: Ecce sompniator venit;
venite occidamus eum et mittamus eum in cister-
nam veterem que est in solitudine, dicemus-
que fera pessima devoravit eum; et tunc appa-
rebit quid prosint illi sompnia sua. Au-
diens autem hec ruben nitebatur libera-
re eum de manibus eorum et dicebat: Non

interficiamus animam eius nec effundatis san-
guinem, sed proicite eum in cisternam hanc
que est in solitudine, manusque vestras serva-
te innoxias. Hoc autem dicebat volens eri-
pere eum de manibus eorum et reddere patri suo.
Confestim autem ut pervenit ad fratres suos,
nudaverunt eum tunica talari et polimita
miseruntque in cisternam que non habebat
aquam. Et sedentes ut comederent panem
viderunt viatores ysmahelitas venire
de galaad et camelos eorum portantes aro-
mata et resinam et stacten in egiptum.
Dixit ergo iudas fratribus suis: Quid nobis
prodest si occiderimus fratrem nostrum et celave-
rimus sanguinem ipsius? Melius est ut venun-
detur ysmahelitis et manus nostre non pol-
luantur; frater enim et caro nostra est. Acquieverunt
fratres eius sermonibus illius, et pretereuntibus
madianitis negotiatoribus extrahentes
eum de cisterna vendiderunt ysmahelitis
20 argenteis, qui duxerunt eum in egiptum.
Reversusque ruben ad cisternam non invenit
puerum, et scissis vestibus pergens ad fratres
suos ait: Puer non comparet, et ego
quo ibo? Tulerunt autem tunicam ioseph et
in sanguine hedi quem occiderant tinx-
erunt, mittentes qui ferrent ad patrem
et dicerent: Hanc invenimus; vide utrum tunica
filii tui sit an non. Quam cum cognovisset
pater ait: Tunica filii mei est; fera pessima
comedit eum, bestia devoravit ioseph. Scissisque
vestibus indutus est cilicio, lugens filium
multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis
eius ut lenirent dolorem patris, noluit
consolacionem recipere et ait: Descendam ad
filium meum lugens in infernum. Et illo perse-
verante in fletu, madianite vendiderunt
ioseph in egiptum putifar eunucho pha-
raonis magistro milicie. Capitulum xxxviii

Eo tempore descendens iudas a fratribus
suis divertit ad virum odolamitem
nomine hiram. Viditque ibi filiam hominis
chananei vocabulo sue, et uxore accepta

ingressus est ad eam Que concepit et peperit filium vocavitque nomen eius Her Rursum concepto fetu natum filium nominavit Onam Tercium quoque peperit quem appellavit Sela Quo nato ultra parere cessavit Dedit autem Iudas uxorem primogenito suo Her nomine Thamar Fuit quoque Her primogenitus Iude nequam in conspectu domini et ab eo occisus est Dixit ergo Iudas ad Onam filium suum Ingredere ad uxorem fratris tui et sociare illi ut suscites semen fratri tuo et ille semen fundebat in terram ne liberi fratris nomine nascerentur Et idcirco percussit eum dominus eo quod rem detestabilem faceret Quam ob rem dixit Iudas Thamar nurui sue Esto vidua in domo patris tui donec crescat Sela filius meus Timebat enim ne et ipse moreretur sicut fratres eius Que abiit et habitavit in domo patris sui Evolutis autem multis diebus mortua est Sue uxor Iude Qui post luctum consolatione suscepta ascendebat ad tonsores ovium suarum ipse et Hiras opilio gregis Odollamita in Thamnas Nunciatumque est Thamar quod socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oves Que depositis viduitatis vestibus assumpsit theristrum et mutato habitu sedit in bivio itineris quod ducit Thamnam eo quod crevisset Sela et non eum accepisset maritum Quam cum vidisset Iudas suspicatus est esse meretricem operuerat enim vultum suum ne cognosceretur Ingrediensque ad eam ait Dimitte me ut coeam tecum Nesciebat enim quod nurus sua esset Qua respondente Quid mihi dabis ut fruaris concubitu meo Dixit Mittam tibi hedum de gregibus Rursumque illa dicente Patiar quod vis si dederis mihi arrabonem donec mittas quod polliceris Ait Iudas Quid vis tibi pro arrabone dari Respondit Anulum tuum et armillam et baculum quem in manu tenes Ad unum igitur coitum concepit mulier et surgens abiit Depositoque habitu quem assumpserat induta est viduitatis vestibus Misit autem Iudas hedum per pastorem suum Odollamitem ut reciperet pignus quod dederat mulieri Qui cum non invenisset eam Interrogavit homines loci illius Ubi est mulier que sedebat in bivio Respondentibus cunctis Non fuit meretrix in loco isto Reversus est ad Iudam dixitque ei Non inveni eam Sed et homines loci illius dixerunt mihi nunquam sedisse ibi scortum Ait Iudas Sibi habeat certe mendacii nos arguere non potest Ego misi hedum quem promiseram et tu non invenisti eam Ecce autem post tres menses nunciaverunt Iude dicentes Fornicata est Thamar nurus tua et videtur uterus illius intumescere Dixitque Iudas Producite eam ut comburatur Que cum educeretur ad penam misit ad socerum suum dicens De viro cuius hec sunt concepi Cognosce cuius sit anulus et armilla et baculus Qui agnitis muneribus ait Iustior me est Thamar Quia non tradidi eam Sela filio meo Attamen ultra non cognovit eam Instante autem partu apparuerunt gemini in utero eius atque in ipsa effusione infantium unus protulit manum in qua obstetrix ligavit coccinum dicens Iste egredietur prior Illo vero retrahente manum egressus est alter Dixitque mulier Quare divisa est propter te maceria et ob hanc causam vocavit nomen eius Phares Postea egressus est frater eius in cuius manu erat coccinum quem appellavit Zara

Cap. XXXIX

Igitur Ioseph ductus est in Egiptum Emitque eum Putifar eunuchus Pharaonis princeps milicie et exercitus vir Egiptius de manu Ismahelitarum a quibus perductus erat Fuitque dominus cum eo Et erat vir in cunctis prospere agens habitabatque in domo domini sui Qui optime noverat dominum esse cum eo et omnia que gereret a domino dirigi in manu illius Invenitque Ioseph graciam coram domino suo et ministrabat ei a quo prepositus omnibus gubernabat creditam sibi domum et universa que sibi tradita fuerant Benedixitque dominus domui Egiptii propter Ioseph Et multiplicavit tam in edibus quam in agris cunctam eius substanciam Nec quicquam aliud noverat nisi panem quo vescebatur Erat autem pulcra facie et decorus aspectu

post multos itaque dies iniecit domina oculos
suos in ioseph et ait Dormi mecum Qui
nequaquam acquiescens operi nephario dixit
ad eam Ecce dominus meus omnibus mihi traditis
ignorat quid habeat in domo sua nec
quicquam est quod non sit in mea potestate vel non
tradiderit michi preter te que uxor eius es quomodo
ergo possum malum hoc facere et peccare in
dominum meum Huiuscemodi verbis per singulos dies
loquebatur Et mulier molesta erat adolescen-
ti et ille recusabat stuprum Accidit autem
ut quadam die intraret ioseph domum
et operis quippiam absque arbitris faceret
Et illa apprehensa lacinia vestimenti eius
diceret Dormi mecum Qui relicto in manu
eius pallio fugit et egressus est foras Cum-
que vidisset mulier vestem in manibus suis
et se esse contemptam vocavit homines domus
sue et ait ad eos En introduxit vi-
rum hebreum ut illuderet nobis Ingressus est
ad me ut coiret mecum Cumque ego succla-
massem et audisset vocem meam reliquit
pallium quod tenebam et fugit foras In ar-
gumentum ergo fidei retentum pallium os-
tendit marito revertenti domum et ait
Ingressus est ad me servus hebreus quem
adduxisti ut illuderet michi Cumque vidisset
me clamare reliquit pallium et fugit fo-
ras His auditis dominus et nimium credu-
lus verbis coniugis Iratus est valde tradi-
ditque ioseph in carcerem ubi vincti regis
custodiebantur et erat ibi clausus Fuitque
dominus cum ioseph et misertus illius dedit illi
graciam in conspectu principis carceris Qui
tradidit in manu ipsius universos vinctos
qui in custodia tenebantur et quicquid fiebat
sub ipso erat Nec noverat aliquid cunctis ei cre-
ditis dominus enim erat cum illo et omnia
opera illius dirigebat Capitulum xl[m]

His itaque gestis accidit ut peccarent
duo eunuchi pincerna regis egipti
et pistor domino suo Iratusque pharao
contra eos Nam alter pincernis preerat
alter pistoribus misit eos in carcerem princi-
pis militum in quo erat vinctus et ioseph
At custos carceris tradidit eos ioseph qui
et ministrabat eis Aliquantulum temporis fluxe-
rat et illi in custodia tenebantur Viderunt-
que ambo somnium nocte una iuxta interpreta-
tionem congruam sibi Ad quos cum introisset
ioseph mane et vidisset eos tristes sciscita-
tus est dicens Cur tristior est hodie solito
facies vestra Qui responderunt Somnium vidimus
et non est qui interpretetur nobis Dixitque ad eos
ioseph Numquid non dei est interpretatio Refer-
te mihi quid videritis Narravit prior prepositus
pincernarum somnium suum dicens Videbam coram
me vitem in qua erant tres propagines crescere
paulatim in gemmas et post flores uvas
maturescere Calicemque pharaonis in manu
mea Tuli ergo uvas et expressi in calicem
quem tenebam et tradidi poculum pharaoni
Respondit ioseph Hec est interpretatio somnii
Tres propagines tres adhuc dies sunt post
quos recordabitur pharao ministerii tui et
restituet te in gradum pristinum Dabisque
ei calicem iuxta officium tuum sicut facere an-
te consueveras Tantum memento mei cum bene
tibi fuerit et facias mecum misericordiam ut sugge-
ras pharaoni ut educat me de isto carcere
quia furtim sublatus sum de terra hebreorum et hic
innocens in lacum missus sum Videns pistor
quod prudenter somnium dissoluisset ait Et ego
vidi somnium quod haberem tria canistra
farine super caput meum et in uno canistro
quod erat excelsius portarem omnes cibos
qui fiunt arte pistoria avesque comedere
ex eo Respondit ioseph Hec est interpretatio
somnii Tria canistra adhuc tres dies
sunt post quos auferet pharao caput tuum
et suspendet te in cruce et lacerabunt
volucres celi carnes tuas Exinde dies
tercius erat dies natalicius pharaonis Qui
faciens grande convivium pueris suis re-
cordatus est inter epulas magistri pincernarum

et pistorum principis restituitque alterum in
locum suum ut porrigeret poculum regi. Al
terum autem suspendit in patibulo ut con
iectoris veritas veritas probaretur. Et tamen
succedentibus prosperis prepositus pince
narum oblitus est interpretis sui. Cap. xli.

Post duos annos vidit pharao sompnium
putabat se stare super fluvium de quo
ascendebant vii boves pulchre et crasse
nimis et pascebantur in locis palustribus.
Alie quoque vii emergebant de fluvio fede confec
teque macie et pascebantur in ipsa amnis
ripa in locis virentibus devoraveruntque
eas quarum mira species et habitudo corpo
rum erat. Expergefactus pharao rursum dormivit
et vidit sompnium aliud. Septem spice pul
culmo lulabant in culmine uno plene atque for
mose. Alie quoque totidem spice tenues et per
cusse uredine oriebantur devorantes om
nem priorum pulchritudinem. Evigilans pharao post
quietem. Et facto mane pavore perterritus mi
sit ad coniectores egipti cunctosque sapientes
et accersitis narravit sompnium. Nec erat qui inter
pretaretur. Tunc demum reminiscens pincernarum
magister ait. Confiteor peccatum meum. Iratus
rex servis suis me et magistrum pistorum retru
di iussit in carcerem principis militum. Ubi
una nocte uterque vidimus sompnium presagium
futurorum. Erat ibi puer hebreus eiusdem ducis
militum famulus cui narrantes sompnia quoque
postea rei probavit eventus. Ego enim redditus
sum officio meo et ille suspensus est in cruce.
Protinus ad regis imperium eductum de car
cere ioseph totonderunt et veste mutata
obtulerunt regi. Cui ille ait. Vidi sompnia nec
est qui edisserat. Que audivi prudentissime
posse conicere. Respondit ioseph. Absque me deus
prospera respondebit pharaoni. Narravit ergo ille
quod viderat. Putabam me stare super ripam
fluminis et vii boves de amne conscendebant
pulchras nimis et obesis carnibus que in
pastu paludis virecta carpebant et

ecce hos sequebantur alii vii boves
in tantum deformes et macilente ut numquam
tales in terra egipti viderim. Que devora
tis et consumptis prioribus nullum saturitatis
dedere vestigium sed simili macie et squa
lore torpebant. Evigilans rursum sopore
depressus vidi ad sompnium. Septem spice pul
lulabant in culmo uno plene atque pul
cherrime. Alie quoque vii tenues et percusse ure
dine oriebantur que priorum pulchritu
dinem devoraverunt. Narravi coniectoribus sompnium
et nemo est qui edisserat. Respondit ioseph. Sompnium
regis unum est. Que facturus est deus oste
ndit pharaoni. Septem boves pulchre et vii
spice plene vii ubertatis anni sunt eandemque
vim sompnii comprehendunt. Septem boves
tenues atque macilente que ascenderunt
post eos et vii spice tenues et vento urente
percusse vii anni sunt venture famis qui
hoc ordine complebuntur. Ecce vii anni veni
ent fertilitatis magne in universa terra
egipti quos sequentur vii alii tante steri
litatis ut oblivioni tradatur cuncta retro
habundancia. Consumptura est enim fames
omnem terram et ubertatis magnitudinem
perditura inopie magnitudo. Quod autem
vidisti secundo ad eandem rem pertinens sop
nium firmitatis indicium est eo quod fiat sermo
dei et velocius impleatur. Nunc ergo provideat
rex virum sapientem et industrium et pre
ficiat eum terre egipti qui constituat prepo
sitos per singulas regiones et quintam
partem fructuum per vii annos fertilitatis
qui iam nunc futuri sunt congreget in horrea
et omne frumentum sub pharaonis potestate
condatur serveturque in urbibus et paretur
futuris vii annorum fami que pressura est egip
tum et non consumatur terra inopia. Pla
cuit autem pharaoni consilium et cunctis mini
stris eius locutusque est ad eos. Num invenire
poterimus talem virum qui spiritu dei plenus sit.
Dixit ergo ad ioseph. Quia ostendit tibi

deus omnia que locutus es. Numquid sapientio-
rem et similem tui reperire potero? Tu eris super
domum meam, et ad tui oris imperium cunctus
populus obediet; uno tantum regni solio te pre-
cedam. Dixitque rursum pharao ad ioseph:
Ecce constitui te super universam terram egip-
ti. Tulitque anulum de manu sua et dedit in
manu eius. Vestivitque eum stola bissina
et collo torquem auream circumposuit
fecitque ascendere super currum suum secundum cla-
mante precone ut omnes coram eo genu flec-
terent et prepositum scirent universe terre egipti.
Dixit quoque rex ad ioseph: Ego sum pharao:
absque tuo imperio non movebit quisquam
manum vel pedem in omni terra egipti. Vertit-
que nomen illius et vocavit eum lingua egiptia-
ca salvatorem mundi. Deditque illi uxorem
aseneth filiam putifaris sacerdotis heli-
opoleos. Egressus itaque ioseph ad terram
egipti xxx autem annorum erat quando stetit in
conspectu regis pharaonis et circuivit omnes
regiones egipti. Venitque fertilitas vii
annorum in manipulos redacte segetes con-
gregate sunt in horrea egipti. Omnis
etiam frugum habundantia in singulis ur-
bibus condita est. Tantaque fuit multitudo
tritici ut arene maris coequaretur et copia
mensuram excederet. Nati sunt autem ioseph
duo filii antequam veniret fames quos
ei peperit aseneth filia putifaris sa-
cerdotis heliopoleos. Vocavitque nomen primo-
geniti manassen dicens: Oblivisci me
fecit deus omnium laborum meorum et domum
patris mei. Nomen quoque secundi appellavit effraym
dicens: Crescere me fecit deus in terra paupertatis
mee. Igitur transactis vii annis uberta-
tis que fuerant in egipto ceperunt venire vii
anni inopie quos predixerat ioseph; et in
universo orbe fames prevaluit. In cunc-
ta autem terra egipti erat fames. Qua e-
suriente clamavit populus ad ioseph phara-
onem alimenta petens. Quibus ille re-
spondit: Ite ad ioseph et quicquid vos dixerit
facite. Crescebat autem fames cottidie
in omni terra. Aperuitque ioseph universa hor-
rea et vendidit egiptiis frumenta. Nam
et illos oppresserat fames. Omnesque provincie
veniebant in egiptum ut emerent escas
et malum inopie temperarent. Capitulum xlii

Audiens autem iacob quod alimenta vende-
rentur in egipto dixit filiis suis:
Quare negligitis? Audivi quod triticum
venderetur in egipto. Descendite et emite
nobis necessaria ut possimus vivere et non
consumamur inopia. Descenderunt igitur fratres
ioseph x ut emerent frumenta in egiptum ben-
iamin domi retento ab iacob qui dixerat
fratribus eius: Ne forte in itinere quicquam
paciatur mali. Ingressi sunt autem terram
egipti cum aliis qui pergebant ad emendum.
Erat autem fames in terra chanaan et
ioseph princeps egipti atque ad illius
nutum frumenta populis vendebantur. Cumque ado-
rassent eum fratres sui et agnovisset eos quasi
ad alienos durius loquebatur interrogans
eos: Unde venistis? Qui responderunt: De terra
chanaan ut emamus victui necessaria.
Et tamen fratres ipse agnoscens non est agnitus
ab eis. Recordatusque sompniorum que ali-
quando viderat ait: Exploratores estis ut
videatis infirmiora terre venistis. Qui
dixerunt: Non est ita domine sed servi tui vene-
runt ut emerent cibos. Omnes filii unius viri sumus
pacifici venimus nec quicquam famuli tui
machinantur mali. Quibus ille ait: Aliter
est: immunita terre huius considerare venistis.
At illi: xii inquiunt servi tui fratres sumus
filii viri unius in terra chanaan; minimus
cum patre nostro est, alius non superest. Hoc est
ait quod locutus sum: Exploratores estis.
Iam nunc experimentum vestri capiam; per
salutem pharaonis non egrediemini hinc
donec veniat frater vester minimus. Mittite ex
vobis unum et adducat eum; vos autem eritis
in vinculis donec probentur que dixistis
utrum falsa an vera sint. Alioquin per

salute pharaonis exploratores estis. Tra-
didit ergo eos custodie tribus diebus.
Die autem tercio eductis de carcere ait. Facite
quod dixi vobis et vivetis. Deum enim timeo.
Si pacifici estis frater vester ligetur unus in carcere.
Vos autem abite et ferte frumenta que emistis
in domos vestras et fratrem vestrum minimum ad
me adducite ut possim vestros probare ser-
mones et non moriamini. Fecerunt ut dixerat
et locuti sunt invicem. Merito hec patimur
quia peccavimus in fratrem nostrum videntes an-
gustiam anime eius cum deprecaretur nos et non
audivimus. Idcirco venit super nos ista tribulacio.
E quibus unus ruben ait. Numquid non dixi vobis
Nolite peccare in puerum et non audistis
me. En sanguis eius exquiritur. Nesciebant
autem quod intelligeret ioseph eo quod per interpretem loque-
batur ad eos. Avertitque se parumper et flevit
et reversus locutus est ad eos. Tollensque symeon
et ligans illis presentibus iussitque ministris ut
implerent saccos eorum tritico et reponerent pe-
cunias singulorum in sacculis suis datis super
cibariis in via. At illi portantes frumenta
in asinis profecti sunt. Apertoque unus sacco ut
daret iumento pabulum in diversorio conte-
platus pecuniam in ore sacculi dixit fratribus
suis. Reddita est mihi pecunia en habeo in sacco
et obstupefacti turbatique dixerunt mutuo.
Quidnam est hoc quod fecit nobis deus. Veneruntque
ad iacob patrem suum in terra chanaan et
narraverunt ei omnia que accidissent sibi dicen-
tes. Locutus est nobis dominus terre dure et putavit
nos exploratores provincie. Cui respondimus
pacifici sumus nec ullas molimur insidias
duodecim fratres uno patre geniti sumus. Unus non est
super. Minimus cum patre versatur in terra chanaan.
Qui ait nobis. Sic probabo quod pacifici
sitis. Fratrem vestrum unum dimittite apud me
et cibaria domibus vestris necessaria sumite et
abite. Fratremque vestrum minimum adducite ad
me ut sciam quod non sitis exploratores et
istum qui tenetur in vinculis recipere possitis.
Ac deinceps emendi que vultis habeatis
licenciam. His dictis cum frumenta effunderent sin-
guli repererunt in ore saccorum ligatas
pecunias exterritisque simul omnibus dixit pater
iacob. Absque liberis me esse fecistis. Io-
seph non est super. Symeon tenetur in vinculis.
Beniamin auferetis. In me omnia hec
mala reciderunt. Cui respondit ruben. Duos
filios meos interfice si non reduxero illum
tibi. Trade illum in manu mea et ego tibi
eum restituam. At ille. Non descendet inquit
filius meus vobiscum. Frater eius mortuus est et ipse
solus remansit. Si quid ei adversi acciderit
in terra ad quam pergitis deducetis canos me-
os cum dolore ad inferos.

Cap xliij

Interim fames omnem terram vehementer
premebat. Consumptisque cibis quos ex
egipto detulerant dixit iacob ad filios
suos. Revertimini et emite pauxillum escarum.
Respondit iudas. Denunciavit nobis vir ille sub
testificacione iurandi dicens. Non videbitis
faciem meam nisi fratrem vestrum minimum adduxe-
ritis vobiscum. Si ergo vis mittere eum
nobiscum pergemus pariter et ememus tibi ne-
cessaria. Sin autem non vis non ibimus. Vir
enim ut sepe diximus denunciavit nobis dicens.
Non videbitis faciem meam absque fratre vestro
minimo. Dixit eis israel. In meam hoc fe-
cistis miseriam ut indicaretis ei et alium
vos habere fratrem. At illi responderunt. Interro-
gavit nos homo per ordinem nostram progeniem
si pater viveret si haberemus fratrem et nos re-
spondimus ei consequenter iuxta id quod
fuerat sciscitatus. Numquid scire poteramus
quod dicturus esset. Adducite vobiscum fratrem
vestrum. Iudas quoque dixit patri suo. Mitte
puerum mecum ut proficiscamur et possimus
vivere ne moriamur nos et parvuli nostri.
Ego suscipio puerum. De manu mea require
illum. Nisi reduxero et tradidero eum tibi
ero peccati in te reus omni tempore. Si non inter-
cessisset dilacio iam vice altera venissemus.

Igitur Israel pater eorum dixit ad eos Si sic necesse est facite quod vultis Sumite de optimis terre fructibus in vasis vestris et deferte viro munera modicum resine et mellis et storacis et stactes et therebinti et amigdalarum Pecuniamque duplicem ferte vobiscum et illam quam invenistis in sacculis reportate ne forte errore factum sit Sed et fratrem vestrum tollite et ite ad virum Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem et remittat fratrem vestrum quem tenet et hunc beniamin Ego autem orbatus quasi absque liberis ero Tulerunt ergo viri munera et pecuniam duplicem et beniamin descenderuntque in egiptum et steterunt coram ioseph Quos cum ille vidisset et beniamin simul precepit dispensatori domus sue dicens Introduc viros domum et occide victimas et instrue convivium quoniam mecum comesturi sunt meridie Fecit ille sicut sibi fuerat imperatum et introduxit viros domum Ibique exterriti dixerunt mutuo Propter pecuniam quam retulimus prius in sacculis nostris introducti sumus ut devolvat in nos calumpniam et violenter subiiciat servituti nos et asinos nostros Quam ob rem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem domus locuti sunt Oramus domine ut audias nos Iam ante descendimus ut emeremus escas quibus emptis cum venissemus ad diversorium aperuimus sacculos nostros et invenimus pecuniam in ore saccorum Quam nunc eodem pondere reportavimus Sed et aliud attulimus argentum ut emamus que necessaria sunt At ille respondit Pax vobiscum nolite timere Deus vester et deus patris vestri dedit vobis thesauros in sacculis vestris Nam pecuniam quam dedistis mihi probatam ego habeo Eduxitque ad eos symeon Et introductis domum attulit aquam et laverunt pedes suos deditque pabula asinis eorum Illi vero parabant munera

donec ingrederetur ioseph meridie Audierant enim quod ibi comesturi essent panem Igitur ingressus est domum suam ioseph fratresque eius munera tenentes in manibus adoraverunt proni in terram At ille clementer resalutatis eis interrogavit dicens Salvusne est pater vester senex de quo dixeratis mihi Adhuc vivit Qui responderunt Sospes est servus tuus pater meus et adhuc vivit Et incurvati adoraverunt eum Attollens autem oculos ioseph vidit beniamin fratrem suum uterinum et ait Iste est frater vester minimus de quo dixeratis mihi Et rursum Deus inquit misereatur tui fili mi Festinavitque quia commota fuerunt viscera eius super fratre suo et erumpebant lacrime et introiens cubiculum flevit Rursumque lota facie egressus continuit se et ait Ponite panes Quibus appositis seorsum ioseph et seorsum fratribus egiptiis quoque qui vescebantur simul seorsum Illicitum est enim egiptiis comedere cum hebreis et prophanum putant huiuscemodi convivium Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua et minimus iuxta etatem suam et mirabantur nimis sumptis partibus quas ab eo acceperant Maiorque pars venit beniamin ita ut quinque partibus excederet Biberuntque et inebriati sunt cum eo

Cap xliiij

Precepit autem ioseph dispensatori domus sue dicens Imple saccos eorum frumento quantum possunt capere et pone pecuniam singulorum in ore sacci Ciphum autem meum argenteum et precium quod dedit tritici pone in ore sacci iunioris Factumque est ita Et orto mane dimissi sunt cum asinis suis Iamque urbem exierant et processerant paululum Tunc ioseph accersito dispensatore domus sue ait Surge inquit et persequere viros et apprehensis dicito Quare reddidistis malum pro bono Ciphus quem furati estis ipse est in quo bibit dominus meus et in quo augurari solet Pessimam rem fecistis Fecit ille quod iusserat Et apprehensis per ordinem locutus est Qui responderunt Quare sic loquitur dominus noster ut

servi tui tantum flagitii commiserint pecuniam quam invenimus in ore saccorum reportavimus ad te de terra chanaan Et quomodo consequens est ut furati simus de domo domini tui aurum et argentum Apud quemcumque fuerit inventum servorum tuorum quod queris moriatur et nos erimus servi domini nostri Qui dixit eis fiat iuxta vestram sententiam Apud quemcumque fuerit inventum ipse sit servus meus Vos autem eritis innoxii Itaque festinato deponentes in terram saccos aperuerunt singuli Quos scrutatus incipiens a maiore usque ad minimum invenit ciphum in sacco beniamin At illi scissis vestibus oneratisque rursum asinis reversi sunt in oppidum Primusque iudas cum fratribus ingressus est ad ioseph nondum enim de loco abierat omnesque ante eum in terra corruerunt Quibus ille ait Cur sic agere voluistis an ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia Cui iudas Quid respondebimus inquit domino meo vel quid loquemur aut iuste poterimus obtendere Deus invenit iniquitatem servorum tuorum et omnes servi sumus domini mei et nos et apud quem inventus est ciphus Respondit ioseph Absit a me ut sic agam Qui furatus est ciphum ipse sit servus meus Vos autem abite liberi ad patrem vestrum Accedens propius iudas confidenter ait Oro domine mi loquatur servus tuus verbum in auribus tuis et ne irascaris famulo tuo Tu es enim post pharaonem dominus meus Interrogasti prius servos tuos habetis patrem aut fratrem et tibi respondimus domino meo Est nobis pater senex et puer parvulus qui in senectute illi natus est couterinus frater est mortuus et ipsum habet mater sua pater vero tenere diligit eum Dixisti servis tuis Adducite eum ad me et ponam oculos meos super illum Suggessimus domino meo Non potest puer relinquere patrem suum si enim illum dimiserit morietur Et dixisti servis tuis Nisi venerit frater vester minimus vobiscum non videbitis amplius faciem meam Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum narravimus ei omnia que locutus est dominus meus Et dixit pater noster Revertimini et emite nobis parum tritici Cui diximus Ire non possumus Si frater noster minimus descendat nobiscum proficiscemur simul alioquin illo absente non audemus videre faciem viri Ad que ille respondit Vos scitis quod duos genuerit mihi uxor mea Egressus est unus et dixistis bestia devoravit eum et hucusque non comparet Si tuleritis et istum et aliquid ei in via contigerit deducetis canos meos cum merore ad inferos Igitur si intravero ad servum tuum patrem nostrum et puer defuerit cum anima illius ex huius anima dependeat videritque eum non esse nobiscum morietur et deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos Ego proprie servus tuus ero qui in meam hunc recepi fidem et spopondi dicens Nisi reduxero eum peccati reus ero in patrem meum omni tempore Manebo itaque servus tuus pro puero in ministerium domini mei et puer ascendat cum fratribus suis Non enim possum redire ad patrem absente puero ne calamitatis que oppressura est patrem meum testis assistam.

Capitulum xlv

Non se poterat ultra cohibere ioseph multis coram astantibus unde precepit ut egrederentur cuncti foras et nullus interesset alienus agnitioni eorum mutue Elevavit quoque vocem cum fletu quam audierunt egiptii omnisque domus pharaonis et dixit fratribus suis Ego sum ioseph Adhuc pater meus vivit Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti Ad quos ille clementer Accedite inquit ad me Et cum accessissent prope Ego sum ioseph frater vester quem vendidistis in egiptum Biennium est quod fames esse cepit in terra et adhuc quinque anni restant quibus nec arari poterit nec meti Premisitque me deus ut reservemini super terram et escas ad vivendum habere possitis Non vestro consilio sed dei huc voluntate missus sum qui fecit me quasi patrem pharaonis et dominum universe domus eius ac principem in omni terra egipti Festinate et ascendite ad patrem meum et dicetis ei Hec mandat

Dat filius tuus ioseph. Deus me fecit dominum
universe terre egipti; descende ad me, ne mo-
riaris, et habita in terra gessen; eritisque iuxta me
tu et filii tui et filii filiorum tuorum, oves tue
et armenta tua et universa que possides.
Ibique te pascam. Adhuc enim quinque anni residui
famis sunt; ne et tu pereas et domus tua et
omnia que possides. En oculi vestri et oculi fratris
mei beniamin vident quod os meum loquatur
ad vos. Nunciate patri meo universam gloriam
meam et cuncta que vidistis in egipto. Festi-
nate et adducite eum ad me. Cumque amplex-
atus recidisset in collum beniamin fratris sui
flevit. Illo quoque flente similiter super collum
eius osculatusque est ioseph omnes fratres suos et plo-
ravit super singulos. Post que ausi sunt loqui
ad eum. Auditumque est et celebri sermone vulga-
tum in aula regis: Venerunt fratres ioseph.
Et gavisus est pharao et omnis familia eius.
Dixitque ad ioseph ut imperaret fratribus suis
dicens: Onerantes iumenta ite in terram
chanaan et tollite inde patrem vestrum et
cognationem et venite ad me. Et ego dabo
vobis omnia bona egipti ut comedatis me-
dullam terre. Precipe etiam ut tollant plaustra
de terra egipti ad subvectionem parvulorum et
coniugum ac dicito: Tollite patrem vestrum
et properate quantocius venientes, nec dimittatis
quicquam de supellectili vestra, quia omnes opes
egipti vestre erunt. Feceruntque ita filii israel
ut mandatum fuerat. Quibus dedit ioseph
plaustra secundum pharaonis imperium et cibaria
in itinere. Singulis quoque proferri iussit binas
stolas. Beniamin vero dedit trecentos argen-
teos cum quinque stolis optimis, tantundem pecunie
et vestium mittens patri suo, addens eis a-
sinos decem qui subveherent ex omnibus divitiis
egipti et totidem asinas triticum in itinere
panesque portantes. Dimisit ergo ioseph
fratres suos et proficiscentibus ait: Ne irasca-
mini in via. Qui ascendentes ex egip-
to venerunt in terram chanaan ad patrem suum
et nunciaverunt ei dicentes: Ioseph filius
tuus vivit et ipse dominatur in tota terra
egipti. Quo audito quasi de gravi sopno

evigilans, tamen non credebat eis. Illi econtra
referebant omnem ordinem rei. Cumque vidisset
plaustra et universa que miserat, revixit
spiritus eius et ait: Sufficit mihi si adhuc
ioseph filius meus vivit. Vadam et vi-
debo eum antequam moriar.

Capitulum xlvi

Profectusque israel cum omnibus que
habebat ad puteum iuramenti et mac-
tatis ibi victimis deo patris sui ysaac, au-
divit eum per visionem noctis vocantem se et
dicentem sibi: Iacob, iacob. Cui respondit: Ecce
assum. Ait illi deus: Ego sum fortissimus deus
patris tui. Noli timere, descende in egiptum,
quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego des-
cendam tecum illuc et inde ego adducam
te revertentem. Ioseph quoque ponet oculos
suos manu sua super oculos tuos. Sur-
rexit iacob a puteo iuramenti, tulerunt-
que eum filii cum parvulis et uxoribus suis in
plaustris que miserat pharao ad por-
tandum senem et omnia que possederat in terra
chanaan. Venitque in egiptum cum omni
semine suo, filii eius et nepotes, filie et cuncta
simul progenies. Hec sunt autem nomina filiorum
israel qui ingressi sunt in egiptum ipse cum
liberis suis. Primogenitus ruben. Filii ru-
ben: enoch et phallu et esron et charmi.
Filii simeon: iemuel et iamin et ahod
et iachim et sachar et saul filius chanani-
tidis. Filii levi: gerson et caath et merari.
Filii iuda: her et onan et sela et pha-
res et zara. Mortui sunt her et onan in
terra chanaan. Natique sunt filii zabulon
sared et helon et iehel. Hii filii lie quos
genuit in mesopotamia syrie cum dina
filia sua. Omnes anime filiorum eius et filiarum
xxxiij. Filii gad: sephion et haggi, suni
et esbon, heri et arodi, areli. Filii
aser: iamne et iesua et iesui et beria he-
ber. Sara quoque soror eorum. Filii beria
heber et melchiel. Hii filii zelphe
quam dedit laban lye filie sue et hos
genuit iacob, xvi animas. Filii rachel uxoris
iacob: ioseph et beniamin. Natique sunt

ioseph filii in terra egipti quos genu-
it ei aseneth filia putifaris sacerdotis
heliopoleos manasses et effraym filii
beniamin bala et bethor et asbel gera
et naaman hehi et rosmophym et
ophym et hared hii filii rachel quos
genuit iacob omnes anime xiiii filii dan
usim filii neptalim iasiel et guni et
yeser et salem hii filii bale quam dedit
laban racheli filie sue et hos genuit ia-
cob omnes anime vii cuncteque anime que
ingresse sunt cum iacob in egiptum et egresse
sunt de femore illius absque uxoribus filiorum
eius lxvi filii autem ioseph qui nati sunt ei in terra
egipti anime due omnes anime domus iacob que
ingresse sunt egiptum fuerunt lxx misit autem
iudam ante se ad ioseph ut nunciaret ei
et ille occurreret in yessen quo cum pervenisset
iuncto ioseph curru suo ascendit obviam
patri suo ad eundem locum vidensque eum irruit
super collum eius et inter amplexus flevit dixitque
pater ad ioseph iam letus moriar quia vidi
faciem tuam et superstitem te relinquo et ille
locutus est ad fratres et ad omnem domum patris sui
ascendam et nunciabo pharaoni dicamque
ei fratres mei et domus patris mei qui erant
in chanaan venerunt ad me et sunt viri pasto-
res ovium et curam habent alendorum gregum
pecora sua et armenta et omnia que habere
potuerunt adduxerunt secum cumque vocaverit
vos et dixerit quod est opus vestrum respondebi-
tis viri pastores sumus servi tui ab infancia
nostra usque in presens et nos et patres mei hoc
autem dicetis ut habitare possitis in terra yessen
quia detestantur egiptii omnes pastores ovium

Cap xlvii

Ingressus ergo ioseph nunciavit
pharaoni dicens pater meus et fratres mei oves
eorum et armenta et cuncta que possident
venerunt de terra chanaan et ecce consistunt
in terra yessen extremos quoque fratrum suorum
quinque viros statuit coram rege quos ille
interrogavit quid habetis operis responderunt
pastores ovium sumus servi tui et nos et pa-
tres mei ad peregrinandum in terra tua venimus
quoniam non est herba gregibus servorum tuorum
ingravescente fame in regione chanaan pe-
timusque ut esse nos iubeas servos tuos
in terra yessen dixit itaque rex ad ioseph pa-
ter tuus et fratres tui venerunt ad te terra
egipti in conspectu tuo est in optimo loco fac
habitare eos et trade eis terram yessen quod
si nosti esse in eis viros industrios con-
stitue illos magistros pecorum meorum post
hoc introduxit ioseph patrem suum ad re-
gem et statuit illum coram eo qui benedi-
cens illi et interrogatus ab eo quot sunt
dies annorum vite tue respondit iacob dies pe-
regrinationis et vite mee cxxx annorum sunt
parvi et mali et non pervenerunt usque ad dies
patrum meorum quibus peregrinati sunt et benedicto
rege egressus est foras ioseph vero patri et
fratribus suis dedit possessionem in optimo terre
loco solo ramesses ut preceperat pharao
et alebat eos omnemque domum patris sui
prebens cibaria singulis in toto enim orbe
panis deerat et oppresserat terram fames
maxime egipti et chanaan e quibus omnem
pecuniam congregavit pro venditione frumenti
et intulit eam in erarium regis cumque defe-
cisset emptoribus precium venit cuncta egiptus
ad ioseph dicens da nobis panes quare
morimur coram te deficiente pecunia quibus
ille respondit adducite pecora vestra et dabo
vobis pro eis cibos si precium non habetis que
cum adduxissent dedit eis alimenta pro equis
et ovibus et bobus et asinis sustentavitque
illo anno eos pro commutatione pecorum vene-
runtque anno secundo et dixerunt ei non celamus
dominum nostrum et pecora que deficiente
pecunia simul et pecora defecerunt nec clam
te est quod absque corporibus et terra nichil habemus
cur ergo moriemur te vidente et nos et terra
nostra tui erimus eme nos in servitutem
regiam et prebe semina ne pereunte cultore
terra redigatur in solitudinem emit igitur ioseph
omnem terram egipti vendentibus singulis
possessiones suas pre magnitudine famis
subiecitque eam pharaoni et cunctos populos
eius a novissimis terminis egipti usque ad

extremos fines eius pt'r t'ra sacerdotu q
a rege fuat tradita eis quibz 2 statuta
cibaria ex horreis publicis pbebantur
Et idcirco no sut copulsi vende' possessio
nes suas Dixit ergo ioseph ad ppl'os
En ut cernitis et vos et t'ra vram
pharao possidet Accipite semia et serite
agros ut fruges h'ere possitis Quinta pte
regi dabitis quatuor reliquas pmitto
vob in sementē et in cibos familijs et
liberis vris Qui r'nderūt Salus nra i
manu tua e Respiciat nos tm dns nr
Et leti suiem regi Ex eo tpe usqz i pnte
die i vniusa t'ra egipti regibz quīta ps
soluit' Et fcm e qsi in lege Absqz t'ra sa
cerdotali q libā ab hac conditione fuit
Habitauitqz g' isrl in egipto in t'ra yessen
et possedit ea Auctusqz e' z multiplicatz
nis Et vixit in ea xvij anis Facti sūt
oms dies vite illi' Cxlvij annoz Cūqz
appinquare cnere' mortis diem Vocauit
filiu suu ioseph et dixit ad eu Si īveni
graciā in conspectu tuo ipone manu tua
sub femore meo Et facies m' mīaz z veri
tate ut no sepelias me i egipto Sz dor
miā cu pribus meis et auferas me de
t'ra hac Condasqz in sepulchro maioz
meoz Cui r'ndit ioseph Ego faciā qd
iussisti Et ille Iura ergo inqt m' Quo
iurante adorauit israhel deu conu'
sus ad lectuli caput Cap xlviij

Hijs itaqz tnsactis nunciatu e ioseph
qp egrotaret pr suus Qui assumptis duo
bus filijs suis manasse et effraym ad
eu pexit Dictuqz e seni Ecce ioseph
filius tuus venit ad te Qui confortatz
sedit in lectulo Et ingressu ad se ait
Deus ops apparuit m' in luza q e in t'ra
chanaan Benedixitqz m' et ait Ego
te augebo et multiplicabo z faciā te
in t'rmas ppl'oz Dabo qz tibi t'ra hac
et semi tuo post te in possessionem
sempiterna Duo igit' filij tui qui nati
sut tibi in terra egipti anteqz huc
venirem ad te erūt mei effraym et
manasses sicut ruben et symeon repu
tabuntur m' Reliquos at quos genu
eris post eos tui erūt et noie fratru suoz
vocabunt' in possessionibz suis Michi eni qn
veniebā de mesopothamia sirie mortua
e rachel in t'ra chanaan in ipso itine' erat
qz vernu tempus Et ingrediebar effra
ta Et sepeliui ea iuxta via effrata que
alio noie appellat' bethlehem Videns at
iacob filios eius dixit ad eu Qui sut
isti R'ndit Filij mei sut quos dona't m'
deus in hoc loco Adduc inqt illos ad me
ut bndicā illis Oculi eni isrl caligabat
p nimia senectute z vide' clare no poterat
Applicatosqz ad se z deosculatos eos z cir
cuplex' dixit ad filiu suu No su fraudā
tus a conspectu tuo Insup ostendit m' d's
semen tuu Cuqz tulisset eos ioseph de
gremio pris adorauit pn' in t'ra z posuit
effraym ad dextera sua i' ad sinistra
isrl Manassen vo in sinistra sua ad dex
tera sz pris applicuitqz ambos ad eu
Qui extendens manu dextera posuit
sup caput effraym iunioris fris Sinis
tra at sup caput manasse q maior
natu erat comutans man' Bndixitqz
iacob filios et ioseph filio suo z ait Deus
in cui' conspectu ambulauerūt patres
mei abraham et ysaac Deus q pascit
me ab adolescentia mea usqz in pnte die
Angelus q eruit me de cunctis malis bn
dicat pueris istis Et vocet' sup eos no'
tuu et no' meu Noīa qz patru meoru
abraham et ysaac et crescat i multitudie
sup t'ra Videns at ioseph qp posuisset
pr eius dextera manu sup caput ef
fraym grauiter accepit et apphensam
pris manu dextera leuare conatz est
de capite effraym et tnsferre sup capd
manasses Dixitqz ad prem No ita co
uenit pr Quia hic e pmogenitus pone
dextera tua super caput eius q r'ndens
ait Scio fili mi scio et iste quippe erit
in populos z multiplicabitur sed frat'

eius minor maior erit eo et semen eius
crescet in gentes. Benedixitque eis in ipso
tempore dicens: In te benedicetur israel atque
dicet: Faciat tibi deus sicut effraym
et sicut manasse. Constituitque effray
im ante manassen, et ait ad ioseph filium suum:
En ego morior, et erit dominus vobiscum re-
ducetque vos ad terram patrum vestrorum. Do
tibi partem unam extra fratres tuos quam tuli
de manu amorrei in gladio et arcu meo.

Cap. xlix

Vocavit autem iacob filios
suos et ait eis: Congregamini ut
annuntiem que ventura sunt vobis diebus
novissimis. Congregamini et audite fi-
lii iacob, audite israel patrem vestrum. Ru-
ben primogenitus meus, tu fortitudo
mea et principium doloris mei, prior in do-
nis, maior in imperio, effusus es sicut
aqua, non crescas, quia ascendisti cubile
patris tui et maculasti stratum eius. Sy-
meon et levi fratres vasa iniquitatis bel-
lantia. In consilium eorum non veniat
anima mea, et in cetu eorum non sit gloria
mea, quia in furore suo occiderunt virum
et in voluntate sua suffoderunt murum.
Maledictus furor eorum quia pertinax et
indignatio eorum quia dura. Dividam eos
in iacob et dispergam eos in israel. Iuda te
laudabunt fratres tui, manus tue in cer-
vicibus inimicorum tuorum, adorabunt te
filii patris tui. Catulus leonis iuda, ad
predam fili mi ascendisti, requiescens ac-
cubuisti ut leo et quasi leena. Quis sus-
citabit eum? Non auferetur sceptrum de iu-
da et dux de femore eius donec veniat
qui mittendus est, et ipse erit expectatio
gentium. Ligans ad vineam pullum suum
et ad vitem, o fili mi, asinam suam. La-
vabit in vino stolam suam et in sanguine
uve pallium suum. Pulchriores oculi eius
vino et dentes eius lacte candidiores.
Zabulon in litore maris habitabit et
in statione navium pertingens usque ad sy-
donem. Ysachar asinus fortis accubans
inter terminos vidit requiem quod esset bona
et terram quod optima, et supposuit humerum suum
ad portandum factusque est tributis serviens.
Dan iudicabit populum suum sicut et alia tri-
bus in israel. Fiat dan coluber in via, cera-
stes in semita, mordens ungulas equi
ut cadat ascensor eius retro. Salutare
tuum expectabo domine. Gad accinctus prelia-
bitur ante eum et ipse accingetur retrorsum.
Aser pinguis panis eius, et prebebit deli-
cias regibus. Neptalim cervus emissus
et dans eloquia pulchritudinis. Filius
accrescens ioseph, filius accrescens et de-
corus aspectu; filie discurrerunt super murum,
sed exasperaverunt eum et iurgati sunt
invideruntque illi habentes iacula. Se-
dit in forti arcus eius, et dissoluta sunt vin-
cula brachiorum et manuum illius per ma-
nus potentis iacob. Inde pastor egressus
est lapis israel. Deus patris tui erit adiu-
tor tuus, et omnipotens benedicet tibi benedictionibus
celi desuper, benedictionibus abissi deorsum
iacentis, benedictionibus uberum et vulve.
Benedictiones patris tui confortate sunt bene-
dictionibus patrum eius donec veniret desi-
derium collium eternorum. Fiant in capite io-
seph et in vertice nazarei inter fratres suos.
Beniamin lupus rapax mane co-
medet predam et vespere dividet spolia.
Omnes hii in tribubus israel xii. Hec lo-
cutus est eis pater suus benedixitque singulis
benedictionibus propriis. Et precepit eis dicens:
Ego congregor ad populum meum, sepelite
me cum patribus meis in spelunca duplici
que est in agro ephron ethei contra mambre
in terra chanaan, quam emit abraham
cum agro ab ephron etheo in possessionem
sepulchri. Ubi sepelierunt eum et uxorem
eius; ibi sepultus est ysaac cum rebecca
coniuge sua; ibi et alia condita iacet.
Finitisque mandatis quibus filios instru-
ebat, collegit pedes suos super lectulum et
obiit appositusque est ad populum suum.

Cap. l.

Quod cernens ioseph ruit super faciem
patris flens et deosculans eum. Precepitque
servis suis medicis ut aromatibus condirent

to patrem. Quibus iussa explentibus tran
sierunt xl dies. Iste quippe mos erat ca
daverum conditorum. Flevitque eum egiptus
lxx diebus. Expletoque planctus tempore locu
tus est ioseph ad familiam pharaonis. Si
inveni graciam in conspectu vestro loquimini in auri
bus pharaonis eo quod pater meus adiuravit
me dicens. En morior in sepulchro meo
quod fodi mihi in terra chanaan sepelies me.
Ascendam igitur et sepeliam patrem meum ac
revertar. Dixit ei pharao. Ascende et sepe
li patrem tuum sicut es adiuratus. Quo as
cendente ierunt cum eo omnes senes domus
pharaonis. Cunctique maiores natu
terre egipti. Domus ioseph cum fratribus suis
absque parvulis et gregibus atque armentis
que dereliquerant in terra egipti. Habuit
quoque in comitatu currus et equites. Et facta est
turba non modica. Veneruntque ad aream
athad que sita est trans iordanem. Ubi celebran
tes exequias planctu magno atque ve
hementi. Et impleverunt septem dies. Quod
cum vidissent habitatores terre chanaan dix
erunt planctus magnus est iste egipciis.
Et ideo appellaverunt nomen loci illius plan
ctus egipti. Fecerunt ergo filii iacob sicut
preceperat eis. Et portantes eum in terram cha
naan sepelierunt eum in spelunca duplici
quam emerat abraham cum agro in posses
sionem sepulchri ab ephron etheo contra
faciem mambre. Reversusque est ioseph in
egiptum cum fratribus suis et omni comitatu
sepulto patre. Quo mortuo timentes
fratres eius et mutuo colloquentes. Ne
forte memor sit iniurie quam passus
est et reddat nobis malum omne quod fecimus.
Mandaverunt ei dicentes. Pater tuus prece
pit nobis antequam moreretur ut hec tibi
verbis mandaremus. Obsecro ut obli
viscaris sceleris fratrum tuorum et peccati atque
malicie quam exercuerunt in te. Nos quoque o
ramus ut servis tuis dimittas iniquitatem
hanc. Quibus ille auditis flevit ioseph.
Veneruntque ad eum fratres sui et proni ad
terram adoraverunt et dixerunt. Servi tui

sumus. Quibus respondit. Nolite timere.
Numquid dei possumus resistere volun
tati. Vos cogitastis de me malum sed deus vertit
illud in bonum ut exaltaret me sicut
in presentiarum cernitis et salvos faceret multos populos.
Nolite metuere. Ego pascam vos et parvu
los vestros. Consolatusque est eos et blan
de ac leniter locutus est. Et habitavit in egipto
cum omni domo patris sui. Vixitque cen
tum decem annis et vidit filios effraym usque ad
terciam generacionem. Filii quoque machir filii ma
nasse nati sunt in genibus ioseph. Qui
bus transactis locutus est fratribus suis.
Post mortem meam deus visitabit vos
et ascendere faciet de terra ista ad terram
quam iuravit abraham ysaac et iacob. Cumque
adiurasset eos atque dixisset. Deus visi
tabit vos. Asportate vobiscum ossa mea
de loco isto. Mortuusque est ioseph comple
tis centum decem annis vite sue et conditus a
romatibus repositus est in loculo in egipto.

Explicit genesis. Incipit exodus.

Cap. I.

Hec sunt nomina filiorum israel
qui ingressi sunt egiptum
cum iacob singuli cum do
mibus suis introierunt.
Ruben Symeon Levi
Iudas Ysachar Zabu
lon et Beniamyn Dan et Neptalim
Gad et Aser. Erant igitur omnes anime eorum
que egresse sunt de femore iacob lxx.
Ioseph autem in egipto erat. Quo mortuo
et universis fratribus eius omnique cognacione

sua. Filii israel creverunt et quasi germinantes
multiplicati sunt ac roborati nimis imple-
verunt terram. Surrexit interea rex novus
super egiptum qui ignorabat ioseph et ait
ad populum suum. Ecce populus filiorum israel multus
et fortior nobis est. Venite et sapienter
opprimamus eum ne forte multiplicetur. Et
si ingruerit contra nos bellum addatur
inimicis nostris. Expugnatisque nobis
egrediatur de terra. Preposuit itaque eis
magistros operum ut affligerent eos oneribus.
Edificaveruntque urbes tabernaculorum pharao-
nis, phiton et ramesses. Quantoque
opprimebant eos tanto magis multiplicabantur
et crescebant. Oderantque filios israel egiptii
et affligebant eos illudentes eis et in-
videntes atque ad amaritudinem perduce-
bant vitam eorum. Et operibus duris luti et
lateris omnique famulatu quo in terre opi-
bus premebantur. Dixit autem rex egipti
obstetricibus hebreorum quarum una
vocabatur sephora, altera phua, precipiens
eis. Quando obstetricabitis hebreas et
partus tempus advenerit si masculus fuerit in-
terficite illum si femina reservate. Ti-
muerunt autem obstetrices deum et non fece-
runt iuxta regis preceptum egipti sed conser-
vabant mares. Quibus ad se accersitis
rex ait. Quidnam est hoc quod facere vo-
luistis ut pueros servaretis. Que responderunt.
Non sunt hebree sicut egiptie mulieres.
Ipse enim obstetricandi habent scientiam
et priusquam veniamus ad eas pariunt. Bene
ergo fecit deus obstetricibus et crevit
populus confortatusque est nimis. Et quia ti-
muerunt obstetrices deum edificavit illis
domos. Precepit ergo pharao omni populo
suo dicens. Quicquid masculini sexus
natum fuerit in flumen proicite. Quicquid
vero feminini sexus reservate. Capitulum II

Egressus est post hoc vir de domo
levi accepta uxore stirpis sue que
concepit et peperit filium et videns eum
elegantem abscondit eum tribus mensibus.
Cumque iam celare non posset sumpsit
fiscellam scirpeam et linivit eam bitumine
ac pice posuitque intus infantulum et ex-
posuit eum in carecto ripe fluminis stante
procul sorore eius et considerante eventum
rei. Ecce autem filia pharaonis descendebat
ut lavaretur in flumine et puelle eius gra-
diebantur per crepidinem alvei. Que cum
vidisset fiscellam in papirione misit u-
nam de famulabus suis et allatam aperiens
cernensque in ea parvulum vagientem miserta
eius ait. De infantibus hebreorum hic est.
Cui soror pueri. Vis inquit ut vadam et vocem
tibi hebream mulierem que nutrire possit in-
fantulum. Respondit. Vade. Perrexit puel-
la et vocavit matrem suam. Ad quam locuta
est filia pharaonis. Accipe ait puerum istum
et nutri eum michi et ego dabo tibi mercedem
tuam. Suscepit mulier et nutrivit puerum
adultumque tradidit filie pharaonis. Quem
illa adoptavit in locum filii vocavitque no-
men eius moyses dicens quia de aqua tuli eum. In di-
ebus illis postquam creverat moyses egres-
sus ad fratres suos vidit afflictionem eorum
et virum egiptium percutientem quendam hebre-
orum de fratribus suis. Cumque circumspexisset
huc atque illuc et nullum adesse vidisset
percussum egiptium abscondit in sabulo.
Et egressus die altero conspexit duos
hebreos rixantes. Dixitque ei qui faciebat
iniuriam. Quare percutis proximum tuum.
Qui respondit. Quis constituit te iudicem
et principem super nos. Num occidere tu me
vis sicut heri occidisti egiptium. Timuit
moyses et ait. Quomodo palam factum est istud.
Audivitque pharao sermonem hunc et querebat
occidere moysen. Qui fugiens de conspectu
eius moratus est in terra madian et se-
dit iuxta puteum. Erant autem sacerdoti madi-
an vii filie que venerunt ad hauriendam
aquam et impletis canalibus adaquare
cupiebant greges patris sui. Supervene-
runt autem pastores et eiecerunt eas.

Surrexitq moyses et defensis puellis
adaquauit oues earum Que cum reuerse essent
ad ietro patrem suum dixit ad eas Cur
velocius venistis solito Responderunt Vir egip
tius liberauit nos de manu pastorum Insu
per hausit aquam nobiscum potumque dedit o
uibus At ille ubi est inquit Quare dimisistis
hominem Vocate eum ut comedat panem Iu
rauit ergo moyses quod habitaret cum eo Acce
pitque sephoram filiam eius uxorem que pe
perit ei filium quem vocauit gersan dicens Aduena
sum in terra aliena Alterum vero peperit quem
vocauit eleazar dicens Deus enim patris mei ad
iutor meus et eripuit me de manu pha
raonis Post multum vero temporis mortuus est
rex egipti Et ingemiscentes filii israel propter
opera vociferati sunt Ascenditque clamor
eorum ad deum ab operibus et audiuit gemitum
eorum ac recordatus est federis quod pepi
gerat cum abraham ysaac et iacob Et respexit
dominus filios israel et liberauit eos **Capitulum iii**

Moyses autem pascebat oues ietro so
ceri sui sacerdotis madian Cumque
minasset gregem ad interiora deserti venit ad
montem dei oreb Apparuitque ei dominus
in flamma ignis de medio rubi et vide
bat quod rubus arderet et non combureretur
Dixit ergo moyses Vadam et videbo visionem
hanc magnam Quare non comburatur rubus
Cernens autem dominus quod pergeret ad videndum
vocauit eum de medio rubi et ait Moyses
moyses Qui respondit Assum Et ille Non
appropies inquit huc Solue calciamentum
tuum de pedibus tuis Locus enim in quo
stas terra sancta est Et ait Ego sum deus
patris tui deus abraham deus ysaac et
deus iacob Abscondit autem moyses faciem
suam Non enim audebat respicere contra
dominum Cui ait dominus Videns vidi afflictionem
populi mei qui est in egipto et clamorem eius
audiui propter duriciam eorum qui presunt operi
bus et sciens dolorem eius descendi
ut liberem eum de manibus egipciorum et

educerem de terra illa in terram bonam et spa
ciosam in terram que fluit lacte et melle ad
loca chananei et ethei et amorrei pherezei
et euei et iebusei Clamor ergo filiorum israel
venit ad me Vidique afflictionem eorum qua
ab egipciis opprimuntur Sed veni mittam
te ad pharaonem ut educas populum meum
filios israel de egipto Dixitque moyses
ad dominum Quis ego sum ut vadam ad pha
raonem et educam filios israel de egipto
Qui dixit ei Ego ero tecum Et hoc ha
bebis signum quod miserim te Cum eduxeris
populum meum de egipto ymolabis deo su
per montem istum Ait moyses ad dominum Ecce
ego vado ad filios israel et dicam eis Deus
patrum vestrorum misit me ad vos Si dixerint
michi Quod est nomen eius Quid dicam
eis Dixit dominus ad moysen Ego sum qui sum
Qui ait Sic dices filiis israel Qui est
misit me ad vos Dixitque iterum deus ad
moysen Hec dices filiis israel Dominus deus patrum
vestrorum Deus abraham deus ysaac et deus
iacob misit me ad vos Hoc nomen michi est
in eternum et hoc memoriale meum in generacione
et generacionem Vade et congrega seniores
israel et dices ad eos Dominus deus patrum vestrorum
apparuit michi deus abraham deus ysaac et deus
iacob dicens Visitans visitaui vos et omnia
vidi que acciderunt vobis in egipto ~~vidi~~
et dixi ut educam vos de afflictione egip
ti in terram chananei et ethei et amorrei
pherezei euei et iebusei terram fluentem
lacte et melle Et audient vocem tuam
Ingredierisque tu et seniores israel ad regem
egipti et dices ad eum Dominus deus hebre
orum vocauit nos Ibimus viam trium dierum in
solitudinem ut ymolemus domino deo nostro
Sed ego scio quod non dimittet vos rex egip
ti ut eatis nisi per manum validam Extende
enim manum meam et percuciam egiptum
in cunctis mirabilibus meis que facturus
sum in medio eorum post hec dimittet vos

dabo qz gratiam populo huic coram egip-
tijs ut cum egrediemini non exibitis vacui
sed postulabit mulier a vicina sua et ab
hospita vasa argentea et aurea ac ves-
tes ponetisqz ea super filios et filias ves-
tras et spoliabitis egiptum / Cap iiij

Respondens moyses ait Non credent
michi neqz audient vocem meam sed
et dicent Non apparuit tibi dns Ad eum
Quid est quod tenes in manu tua Respondit
virga est Et ait dns Proice eam in terram
proiecit Et versa est in colubrum ita ut fu-
geret moyses Dixitqz dns Extende manum
tuam et apprehende caudam eius Extendit
et tenuit versaqz est in virgam ut credant
inquit quod apparuit tibi deus patrum tuorum deus
abraham deus ysaac et deus iacob Dixitqz
dns rursum Mitte manum tuam in sinum tuum
Quam cum misisset in sinum protulit leprosam
ad instar nivis Retrahe ait manum
tuam in sinum tuum Retraxit et protulit iterum
Et erat similis carni reliquae Si non credi-
derint inquit tibi neqz audierint sermonem
signi prioris credent verbo signi sequentis
Quod si nec duobus quidem signis his cre-
diderint neqz audierint vocem tuam Sume
aquam fluminis et effunde eam super aridam
Et quicquid hauseris de fluvio vertetur in
sanguinem Ait moyses Obsecro domine Ego
non sum eloquens ab heri et nudiustertius
et ex quo locutus es ad servum tuum impe-
ditioris et tardioris lingue sum Dixitqz
dns ad eum Quis fecit os hominis aut quis
fabricatus est mutum et surdum videntem
et cecum Nonne ego Perge igitur et ego
ero in ore tuo Doceboqz te quid loquaris
At ille Obsecro inquit domine Mitte quem
missurus es Iratus dns ad moysen
ait Aaron frater tuus levites scio quod elo-
quens sit Ecce ipse egredietur in occursum
tuum Vidensqz te letabitur corde Loquere
ad eum et pone verba mea in ore eius
et ego ero in ore tuo et in ore eius Et
ostendam vobis quid agere debeatis
Ipse loquetur ad populum pro te Et erit os tuum
tu autem eris ei in his que ad deum pertinent
Virgam quoqz hanc sume in manu tua qua factu-
rus es signa Abiit moyses et re-
versus est ad iethro socerum suum Dixitqz ei
Vadam et revertar ad fratres meos in egip-
tum ut videam si adhuc vivunt Cui ait iethro
Vade in pace Dixit ergo dns ad moysen
in madian Vade et revertere in egiptum mor-
tui enim sunt omnes qui querebant animam tuam
Tulit ergo moyses uxorem et filios suos et
imposuit eos super asinum Reversusqz est in egip-
tum portans virgam dei in manu sua Dixitqz
ei dns revertenti in egiptum Vide ut omnia
ostenta que posui in manu tua facias co-
ram pharaone Ego indurabo cor eius et non
dimittet populum Dicesqz ad eum Hec dicit dns
Filius meus primogenitus israel est Dixi tibi
Dimitte populum meum ut serviat michi et noluisti
dimittere eum Ecce ego interficiam filium tuum primo-
genitum Cumqz esset in itinere in diversorio occur-
rit ei dns et volebat occidere eum Tulit il-
lico sephora acutissimam petram et circumci-
dit preputium filij sui Tetigitqz pedes eius
et ait Sponsus sanguinum tu michi es Et
dimisit eum postquam dixerat Sponsus san-
guinum tu michi es ob circumcisionem
Dixit autem dns ad aaron Vade in occursum
moysi in desertum Qui perrexit ei obviam
in montem dei Et osculatus est eum Narravitqz
moyses aaron omnia verba domini pro quibus mise-
rat eum dns et signa que mandaverat
Veneruntqz simul et congregaverunt cunctos se-
niores filiorum israel Locutusqz est aaron omnia
verba que dixerat dns ad moysen Et fecit
signa coram populo et credidit populus Audierunt-
qz quod visitasset dns filios israel et quod re-
spexisset afflictionem eorum et proni adoraverunt

Post hec ingressi sunt Caplm v
moyses et aaron et dixerunt
pharaoni Hec dicit dns deus israhel

Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in
deserto. At ille respondit. Quis est dominus ut
audiam vocem eius et dimittam Israel? Nescio
dominum et Israel non dimittam. Dixeruntque: Deus
Hebreorum vocavit nos ut eamus viam trium
dierum in solitudinem et sacrificemus domino
deo nostro. Ne forte accidat nobis pestis
aut gladius. Ait ad eos rex Egipti:
Quare Moyses et Aaron sollicitatis
populum ab operibus suis? Ite ad onera vestra.
Dixitque Pharao: Multus est populus terre. Videtis
quod turba succreverit; quanto magis si de-
deritis eis requiem ab operibus. Precepit
ergo in die illo prefectis operum et exactori-
bus populi dicens: Nequaquam dabitis ultra
paleas populo ad conficiendos lateres sicut
prius, sed ipsi vadant et colligant stipu-
la et mensuram laterum quam prius faci-
ebant imponetis super eos nec minuetis
quicquam. Vacant enim et ideo vociferantur
dicentes: Eamus et sacrificemus domino deo nostro.
Opprimantur operibus et compleant ea ut
non acquiescant verbis mendacibus. Igitur
egressi prefecti operum et exactores ad populum
dixerunt: Sic dicit Pharao: Non do vobis
paleas. Ite et colligite sicubi invenire
poteritis, nec minuetur quicquam de
opere vestro. Dispersusque est populus per omnem terram
Egipti ad colligendas paleas. Prefecti
quoque operum instabant dicentes: Complete
opus vestrum cotidie ut prius facere solebatis
quando dabantur vobis palee. Flagellatique
sunt qui preerant operibus filiorum Israel ab ex-
actoribus Pharaonis dicentibus: Quare non
implestis mensuram laterum sicut prius nec
heri nec hodie? Veneruntque prepositi filiorum
Israel et vociferati sunt ad Pharaonem dicentes:
Cur ita agis contra servos tuos? Palee
non dantur nobis et lateres similiter imperantur.
En famuli tui flagellis cedimur et iniuste
agitur contra populum tuum. Qui ait: Vacatis
otio et idcirco dicitis: Eamus et sacri-
ficemus domino. Ite ergo et operamini. Palee non
dabuntur vobis et reddetis consuetum
numerum laterum. Videbantque se prepositi filiorum
Israel in malo eo quod diceretur eis: Non mi-
nuetur quicquam de lateribus per singulos dies.
Occurreruntque Moysi et Aaron qui sta-
bant ex adverso egredientes a Pharaone
et dixerunt ad eos: Videat dominus et iudi-
cet quoniam fetere fecistis odorem nostrum coram
Pharaone et servis eius et prebuistis ei gla-
dium ut occideret nos. Reversusque Moyses
ad dominum ait: Domine cur afflixisti populum
istum? Quare misisti me? Ex eo enim quo
ingressus sum ad Pharaonem ut loquerer in
nomine tuo afflixit populum tuum et non liberasti eos.

Cap. VI

Dixitque dominus ad Moysen: Nunc vide-
bis que facturus sim Pharaoni;
per manum enim fortem dimittet eos et in manu
robusta eiciet eos de terra sua. Locutusque
est dominus ad Moysen dicens: Ego dominus qui apparui
Abraham et Ysaac et Iacob in deo omnipotente
et nomen meum Adonay non indicavi eis.
Pepigique cum eis fedus ut darem illis terram
Chanaan terram peregrinationis eorum in qua fuerunt
advene. Ego audivi gemitum filiorum
Israel quo Egiptii oppresserunt eos et recor-
datus sum pacti mei. Ideo dic filiis Israel:
Ego dominus qui educam vos de ergastulo
Egiptiorum et eruam vos de servitute ac
redimam in brachio excelso et iudiciis
magnis et assumam vos mihi in populum et ero ve-
ster deus. Et scietis quod ego dominus deus vester qui eduxe-
rim vos de ergastulo Egiptiorum et induxe-
rim in terram super quam levavi manum meam
ut darem eam Abraham Ysaac et Iacob. Da-
boque illam vobis possidendam. Ego dominus.
Narravit ergo Moyses omnia filiis
Israel qui non acquieverunt ei propter angustiam
spiritus et opus durissimum. Locutusque est dominus
ad Moysen dicens: Ingredere et loquere ad Phara-
onem regem Egipti ut dimittat filios Israel de
terra sua. Respondit Moyses coram domino: Ecce
filii Israel non me audiunt et quomodo audiet
Pharao me presertim cum sim incircumcisus
labiis? Locutusque est dominus ad Moysen et

aaron z dixit madatu ad filios ifrl z
ad phaone rege egipti ut ducant fili
os ifrl de tra egipti Iſti ſut pncipes
domoꝝ ꝑ familias ſuas filij ruben ꝑ
mogenti ifrl enoch z phallu ephron
et charmi hec gnationes ruben Filij
ſymeon iamuel et iamin z ood z ia
chin et zoar et ſaul filij chananeam
tidis Iſti ꝙ gentes ſymeon Et hec nomi
filioꝝ leui ꝑ rogniones ſuas gerſon
et chaad et merari Anni ad vite leui
fuerut Cyprioni filij gerſon labni et
ſemei ꝑ gnationes ſuas filij chaad am
ram et iſuar et ebron z oziel Anni
ꝙꝫ vite chaad Cyprioni filij merari
et mooli et muſi hec cognationes leui
ꝑ familias ſuas Accep at amra ypotem
et iochabeth patruele ſua ꝙ pepit ei
aaron et moyſen et maria ſuerutq;
ani vite aniram Cyprioni filij aaron
iſuar chore et ualphegeth z zachri
filij ꝙꝫ oziel miſael et elſaphan et
ſethri Accepit at aaron vxore elize
beth filia aminadab ſorore naaſſon
q pepit ei nadab et abiu et eleazar
ythamar filij ꝙꝫ ephod aſſer z helca
na et abiaſab hec ſut cognationes
choritaꝝ Et vo eleazar filij aaron
ſacerdotib accepit vxore de filiabus
futiel q pepit ei phinees hi ſt pn
cipes familiaꝝ leuitaꝝ ꝑ rogniones
ſuas Iſte e aaron et moyſes quib
pcepit dns ut ducerent filios ifrl de
tra egipti p tmas ſuas hi ſt qui
locuti ſut ad phaonem regem egipti ut
ducat filios ifrl de egypto Iſte e
moyſes et aaron m dic qua locutꝰ
e dns ad moyſen in tra egipti ego
dns loquꝰ ad phaonem regem egipti
ona que loqr tibi Et ait moyſes co
ra dno En incircumciſus labijs ſu quo
audiet me phara

Cap vij

Dixit dns ad moyſen Ecce conſtitu
te deu pharaonis Et aaron fr at

tuus erit ꝓphta tuus Et tu loquer ei
cta que mando tibi Et ipe loqtur ad pha
raonem ut dimittat filios ifrl de tra ſua
Ego aut indurabo cor eius z multiplica
bo ſigna portenta z oſtenta mea i tra
egipti et no audiet vos Immittetq; ꝙ
manu mea ſup egiptu et educa exer
citu meu et ꝓplm meum filios ifrl de
tra egipti p indicia maxima Et ſcient
egipcij q ego ſm dns q extenderim
manu mea ſup egiptu et eduxerim
filios ifrl de medio eorum Fecit ita
q moyſes et aaron ſicut preceperat eis
dns et ita egerunt Erat at moyſes
lxxta annoꝝ Et aaron lxxxta iii an
norum cum dixit ad phaonem Dixitq; dns ad
moyſen et aaron Cumq; dixerit vobis
pha dicens Ostendite nob ſigna Dices ad
aaron Tolle virgam tuam et proice eam
coram phara et fiet in draconem
Vocatis at ſapientibus et maleficis
ipi q incantatores maleficis egiptiacis
et arcanis quibuſdam ſimiliter fecerunt
ſinguli virgas ſuas que verſe ſut in dra
cones ſed devorauit virga aaron virgas
eoꝝ et indurauit e cor phaonis z no
audiuit eos ſicut preceperat dns Dixit
at dns ad moyſen Indurauit e cor pha
raonis z no vult dimittere ꝓplm meum
Vade ad eu mane Ecce egredietur ad
aquas et ſtabis obuiꝰ ei ſup ripam
fluui Et virgam q conuſa e in draconem
tolles in manu tua Dicesq; ad eu dns
deus hebreoꝝ miſit me ad te dicens
Dimitte ꝓplm meum ut ſacrificet mi in deſto
Et uſq; ad pnc audire noluiſti hec q
dicit dns In hoc ſcies q dns ſm Ecce
percutiam virga q in manu mea e i aqua
fluui et vertent in ſanguinem pisces q
qui ſut in fluuio morientq; et computrescent

aque & affligentur egipcij bibentes aq
fluuij Dixit quoque moyses ad dominum Dic
aaron Tolle virgam tuam Et extende
manum tuam super aquas egipti & super fluuios
eorum et riuos ac paludes & omnes lacus
aquarum ut vertantur in sanguinem & sit cru
or in omni terra egipti tam in ligneis va
sis quam in saxeis Feceruntque ita moyses
et aaron sicut preceperat dominus Et eleuans
virgam percussit aquam fluminis coram pharaone
et seruis eius que versa est in sanguinem et
pisces qui erant in flumine mortui sunt
Computruitque flumen & non poterant e
gipcij bibere aquam fluminis & fuit sanguis
in tota terra egipti Feceruntque similiter male
fici egipciorum incantacionibus suis Et
induratum est cor pharaonis nec audiuit
eos sicut preceperat dominus Auertitque se et
ingressus est in domum suam nec apposuit
cor etiam in hac vice Foderunt autem omnes
egipcij per circuitum fluminis aquam ut bibe
rent Non enim poterant bibere de aqua fluminis
Impletique sunt vij dies postquam percussit
dominus flumen in egipto

Capitulum viij

Dixit quoque dominus ad moysen Ingre
dere ad pharaonem & dices ad eum hec
dicit dominus Dimitte populum meum ut sacrificet
michi Sin autem nolueris dimittere Ecce ego percu
ciam omnes terminos tuos ranis et ebulli
et flumen ranas que ascendent & ingre
dientur domum tuam & cubiculum lectuli tui
et super stratum tuum & in domos seruorum tuorum & in
populum tuum & in furnos tuos & in reliquias
ciborum tuorum & ad te et ad populum tuum
& ad omnes seruos tuos intrabunt rane
Dixitque dominus ad moysen Dic ad aaron
Extende manum tuam super fluuios et
super riuos & paludes & educ ranas
super terram egipti Et extendit aaron
manum super aquas egipti Feceruntque
autem et malefici per incantaciones similiter
Eduxeruntque ranas super terram egipti Vo
cauit autem pharao moysen & aaron et
dixit eis Orate dominum ut auferat ra
nas a me et a populo meo & dimittam populum ut
sacrificet domino Dixitque moyses ad pha
raonem Constitue michi quando deprecer pro te

et seruis tuis et populo tuo ut abigantur
rane a te & a domo tua & a seruis tuis
& a populo tuo et tantum in flumine remaneant
Qui respondit Cras At ille Iuxta verbum tuum
inquit faciam ut scias quoniam non est sicut
dominus deus noster & recedent a te rane et a
domo tua et a pueris tuis & a populo tuo
tantum in flumine remanebunt Egressique sunt
moyses & aaron a pharaone & clamauit
moyses ad dominum pro sponsione ranarum
quam condixerat pharaoni Fecitque dominus
iuxta verbum moysi Et mortue sunt rane de
domibus et de villis & de agris Con
gregaueruntque eas in immensos aggeres
et computruit terra Videns autem pharao
quod data esset requies Ingrauauit cor suum
non audiuit eos sicut preceperat dominus
Dixitque dominus ad moysen Loquere ad a
aron Extende manum tuam & percute
puluerem terre et sint sciniphes in vniuersa
terra egipti Feceruntque ita & extendit
aaron manum virgam tenens & percussit
puluerem terre Et facti sunt sciniphes in hominibus
et in iumentis Omnis puluis terre versus
est in sciniphes per totam terram egipti Feceruntque
& malefici similiter incantacionibus suis ut
educerent sciniphes et non potuerunt Erant
quoque sciniphes tam in hominibus quam in iumentis
Et dixerunt malefici ad pharaonem Digi
tus dei est hic Induratumque est cor pha
raonis et non audiuit eos sicut preceperat
dominus Dixit quoque dominus ad moysen Consurge
diluculo Et sta coram pharaone Egre
dietur enim ad aquas et dices ad eum hec
dicit dominus deus Dimitte populum meum ut sacri
ficet michi Quod si non dimiseris eum Ecce
ego immittam in te & in seruos tuos et
in populum tuum & in domos tuas omne genus
muscarum Et implebuntur domus egip
ciorum muscis diuersi generis Et vniuersa
terra in qua fuerint Faciamque mirabile
in die illa terram gessen in qua est populus meus
ut non sint ibi musce ut scias quoniam ego
sum dominus in medio terre Ponamque diuisionem
inter populum meum et populum tuum Cras erit signum
istud Fecitque dominus ita Et venit musca

gen musca in domos pharaonis et servorum
eius et in omnem terram egipti corrupta
que est terra ab huiuscemodi muscis. Vocavit
que pharao moisen et aaron et ait eis. Ite
et sacrificate domino deo vestro in terra hac.
Et ait moyses. Non potest ita fieri. Abhominaciones
enim egipciorum ymolabimus domino deo
nostro. Quod si mactaverimus ea que colunt
egipcij coram eis lapidibus nos obru-
ent. Viam trium dierum pergemus in solitudine
et sacrificabimus domino deo nostro sicut prece-
pit dominus nobis. Dixitque pharao. Ego dimit-
tam vos ut sacrificetis domino deo vestro in
deserto. Verumptamen longius ne abeatis. Ro-
gate pro me. Et ait moyses. Egressus
a te orabo dominum et recedet musca
a pharaone et a servis suis et a populo suo cras.
Verumptamen noli me ultra fallere. Egressusque
est moyses a pharaone oravit dominum qui fecit
iuxta verbum illius et abstulit muscas a pha-
raone et a servis eius non superfuit nec una quidem.
Et ingravatum est cor pharaonis ita ut nec
hac quidem vice dimitteret populum. Cap ix

Dixit autem dominus ad moysen. Ingre-
dere ad pharaonem et loquere ad eum.
Hec dicit dominus deus hebreorum. Dimitte
populum meum ut sacrificet mihi. Quod si adhuc re-
nuis et retines eos. Ecce manus mea
erit super agros tuos super equos et asinos
et camelos tuos et boves et oves
pestis valde gravis et faciet dominus mirabile
inter possessiones israel et possessiones egip-
ciorum ut nichil omnino pereat ex hiis que
pertinent ad filios israel. Constituitque dominus
tempus dicens. Cras faciet dominus verbum istud
in terra. Fecitque deus verbum hoc die altera.
Mortuaque sunt omnia animancia egipciorum.
De animalibus vero filiorum israel nichil omnino periit.
Et misit pharao ad videndum nec erat quicquam
mortuum de hiis que possidebat israel.
Ingravatumque est cor pharaonis et non dimisit
populum. Et dixit dominus ad moysen et aaron.
Tollite plenas manus cineris de camino
et spargat illum moyses in celum coram pha-
raone. Sitque pulvis super omnem terram egip-
ti. Eruntque in hominibus et iumentis vlcera et
vesice turgentes in universa terra egipti.
Tuleruntque cinerem de camino et steterunt
coram pharaone. Et sparsit illud moyses in
celum. Factaque sunt vlcera vesicarum turgencium in
hominibus et iumentis. Nec poterant malefici
stare coram moise propter vlcera que in illis
erant et in omni terra egipti. Induravitque dominus
cor pharaonis et non audivit eos sicut locutus
est dominus ad moisen. Dixitque dominus ad moy-
sen. Mane consurge et sta coram pharaone
et dices ei. Hec dicit dominus deus hebreorum.
Dimitte populum meum ut sacrificet mihi quia in hac vice
mittam omnes plagas meas super cor tuum
et super servos tuos et super populum tuum ut scias
quod non sit similis mei in omni terra. Nunc enim ex-
tendens manum meam percuciam te et populum
tuum peste peribisque de terra. Ideo autem
posui te ut ostendam in te fortitudinem
meam et narretur nomen meum in omni terra. Ad-
huc retines populum meum et non vis dimittere eum.
En pluam cras hac ipsa hora grandinem
multam nimis qualis non fuit in egipto a
die qua fundata est usque in presens tempus. Mitte
ergo iam nunc et congrega iumenta tua
et omnia que habes in agro. Homines enim et
iumenta et universa que inventa fuerint
foris nec congregata de agris cecideritque
super ea grando morientur. Qui timuit
verbum domini et de servis pharaonis fecit confugere
servos suos et iumenta in domos. Qui
autem neglexit sermonem domini dimisit servos
suos et iumenta in agris. Et dixit dominus
ad moisen. Extende manum tuam in celum ut
fiat grando in universa terra egipti super
homines et super iumenta et super omnem herbam agri
in terra egipti. Extenditque moyses virgam
in celum et dominus dedit tonitrua et grandinem
ac discurrencia fulgura super terram. Pluitque
dominus grandinem super terram egipti et grando
et ignis mixta pariter ferebantur. Tanteque
fuit magnitudinis quanta antea numquam
apparuit in universa terra egipti ex quo
gens illa condita est. Et percussit grando
in omni terra egipti cuncta que fuerunt in a-
gris ab homine usque ad iumentum. Cunctam herbam

agri percussit grando et omne lignum regionis
confregit. Tamen in terra gessen ubi e-
rant filii israel grando non cecidit. Misitque
pharao et vocavit moysen et aaron dicens
ad eos: Peccavi etiam nunc. Dominus iustus,
ego et populus meus impii. Orate dominum ut de-
sinant tonitrua dei et grando, et dimittam vos
et nequaquam hic ultra maneatis. Ait
moyses: Cum egressus fuero de urbe, ex-
tendam palmas meas ad dominum et cessa-
bunt tonitrua et grando non erit, ut sci-
as quia domini est terra. Novi autem quod et tu et servi
tui nondum timeatis dominum deum. Linum ergo
et ordeum lesum est, eo quod ordeum esset virens
et linum iam folliculos germinaret. Tri-
ticum autem et far non sunt lesa quia serotina
erant. Egressusque moyses a pharaone ex
urbe extendit manus suas ad dominum, et
cessaverunt tonitrua et grando, nec ultra stil-
lavit pluvia super terram. Videns autem pharao
quod cessasset tonitrua et grando et pluvia,
auxit peccatum et ingravatum est cor eius et servorum
illius nimis, nec dimisit eos sicut preceperat
dominus per manum moysi. Capitulum x

Et dixit dominus ad moysen: Ingredere
ad pharaonem. Ego enim induravi cor
eius et servorum eius ut faciam signa mea hec in
eo et narres in auribus filii tui et nepotum
tuorum quotiens contriverim egiptios
et signa mea fecerim in eis, et sciatis quia
ego sum dominus. Introierunt ergo moises et aaron
ad pharaonem et dixerunt ei: Hec dicit dominus deus
hebreorum: Usquequo non vis subici mihi? Dimitte
populum meum ut sacrificet mihi. Sin autem resistis et non
vis dimittere eum, ecce ego inducam cras locus-
tam in fines tuos, que operiat superficiem ter-
re, nec quicquam eius appareat, sed comedatur
quod residuum fuerit grandini. Corrodet enim
omnia ligna que germinant in agris, et imple-
bunt domos tuas et servorum tuorum et omnium e-
giptiorum, quanta non viderunt patres tui et
avi, ex quo orti sunt super terram usque in presen-
tem diem. Avertitque se moyses et egressus est
a pharaone. Dixerunt autem servi pharaonis
ad eum: Usquequo patiemur hoc scandalum?
Dimitte homines ut sacrificent domino deo suo.
Nonne vides quod perierit egiptus? Revo-
caveruntque moysen et aaron ad pharaonem,
qui dixit eis: Ite et sacrificate domino deo
vestro. Quinam sunt qui ituri sunt? Ait ei
moyses: Cum parvulis nostris et senibus perge-
mus, cum filiis et filiabus, cum ovibus et
armentis. Est enim sollempnitas domini dei
nostri. Et respondit pharao: Sic dominus sit vobiscum
quomodo ego dimittam vos et parvulos vestros.
Cui dubium est quod pessime cogitatis? Non fiet
ita, sed ite tantum viri et sacrificate domino.
Hoc enim et ipsi petistis. Statimque eiecti
sunt de conspectu pharaonis. Dixit autem dominus
ad moysen: Extende manum tuam super terram
egipti ad locustam ut ascendat super eam
et devoret omnem herbam que residua fuerit gran-
dini. Extendit moyses virgam super terram
egipti. Et dominus induxit ventum urentem
tota illa die et nocte. Et mane facto ventus
urens levavit locustas, que ascenderunt
super universam terram egipti et sederunt in cunctis
finibus egiptiorum innumerabiles, quales an-
te tempus non fuerant nec postea future sunt. Operu-
eruntque universam superficiem terre vastantes
omnia. Devorata est igitur herba terre et quicquid
pomorum in arboribus fuit, que grando
dimiserat. Nichil quoque omnino virens relic-
tum est in lignis et in herbis terre in
cuncta egipto. Quamobrem festinus pha-
rao vocavit moysen et aaron et dixit
eis: Peccavi in dominum deum vestrum et in vos.
Sed nunc dimitte peccatum meum etiam hac vice
et rogate dominum deum vestrum ut auferat
a me mortem istam. Egressusque est moises
de conspectu pharaonis et oravit dominum. Qui
flare fecit ventum ab occidente vehemen-
tissimum et arreptam locustam proiecit in
mare rubrum. Non remansit ne una quidem
in cunctis finibus egipti. Et induravit dominus
cor pharaonis nec dimisit filios israel.
Dixit autem dominus ad moysen: Extende
manum tuam in celum et sint tenebre super
terram egipti tam dense ut palpari que-
ant. Extenditque moyses manum in celum et

facte sunt tenebre horribiles in vniuer
sa terra egipti / tribus diebus nemo vidit
fratrem suum nec movit se de eo loco in quo
erat / Vbicumque autem habitabat filij israel lux
erat / Vocavitque pharao moysen et aaron et
dixit eis / Ite et sacrificate domino deo
vestro / oves tantum vestre et armenta remane
ant / Paruuli vestri eant vobiscum / Ayt
moyses / Hostias quoque et holocausta
dabis nobis que offeramus domino deo
nostro / Cuncti greges pergent nobiscum / Non
remanebit ex eis vngula / que necessaria
sunt in cultum domini dei nostri / presertim cum ig
noremus quid debeat immolari donec ad ipsum
locum perveniamus / Induravit autem dominus cor pha
raonis et noluit dimittere eos / Dixit pharao
ad moysen / Recede a me et caue ne vlterius
videas faciem meam quocumque die apparue
ris mihi morieris / Respondit moyses / Ita
fiat ut locutus es / Non videbo ultra faciem tuam

Et dixit dominus ad moysen / Capitulum XI

Adhuc vna plaga tangam pharau
onem et egiptum post hec dimittet vos
et exire compellet / Dices ergo omni plebi ut
postulet vir ab amico suo et mulier a
vicina sua vasa argentea et aurea et
vestes / Dabit autem dominus gratiam populo suo co
ram egipcijs / Fuitque moyses vir ma
gnus valde in terra egipti coram servis
pharaonis et omni populo et ait / Hec dicit
dominus / Media nocte egrediar in egiptum
et morietur omne primogenitum in terra egiptiorum
a primogenito pharaonis qui sedet in solio
eius usque ad primogenitum ancille que est ad
molam et omnia primogenita iumentorum
Eritque clamor magnus in vniversa terra egip
ti qualis nec ante fuit nec postea futurus
est / Apud autem omnes filios israel non mutiet
canis ab homine usque ad pecus ut sciatis
quanto miraculo dividat dominus egiptios
et israel / Descendentque omnes servi tui isti ad
me et adorabunt me dicentes / Egredere
tu et omnis populus qui subiectus est tibi post hec
egrediemur / Et exivit a pharaone iratus
nimis / Dixit autem dominus ad moysen / Non
audiet vos pharao ut multa signa fiant
in terra egipti / Moyses autem et aaron fe
cerunt omnia ostenta que scripta sunt coram pha
raone / Et induravit dominus cor pharaonis nec
dimisit filios israel de terra sua

Capitulum XII

Dixit quoque dominus ad moysen et aaron
in terra egipti / Mensis iste vobis
principium mensium primus erit in mensibus anni
Loquimini ad vniversum cetum israel filiorum et di
cite eis / Decima die mensis huius tollat
vnusquisque agnum per familias et domos
suas ab ovibus et edis / Sin autem minor
est numerus ut sufficere non possit ad vescen
dum agnum / Assumat vicinum suum qui
coniunctus est domui sue iuxta numerum animarum
que sufficere possint ad esum agni / Erit
autem agnus absque macula masculus
anniculus / iuxta quem ritum tolletis et edum
et servabitis eum usque ad quartamdecimam
diem mensis huius / Immolabitque eum vniversa
multitudo filiorum israel ad vesperam et su
ment de sanguine eius ac ponent super
utrumque postem et in superliminaribus
domorum in quibus comedent illum et edent
carnes nocte illa assas igni et azimos
panes cum lactucis agrestibus / Non comedetis
ex eo crudum quid nec coctum aqua sed assum
tantum igni / Caput cum pedibus eius et in
testinis vorabitis nec remanebit ex eo
quicquam usque mane / Si quid residuum fuerit
igni comburetis / Sic autem comedetis illum
Renes vestros accingetis / et calciamenta
habebitis in pedibus ~~in pedibus~~ tenentes
baculos in manibus vestris / et comedetis
festinanter / Est enim phase id est transitus domini
Et transibo per terram egipti nocte illa percu
tiamque omne primogenitum in terra egipti
ab homine usque ad pecus et in cunctis diis
egipti faciam iudicia ego dominus / Erit autem
sanguis vobis in signum in edibus in quibus
eritis / Et videbo sanguinem ac transibo
vos / Nec erit in vobis plaga disperdens
quando percussero terram egipti / Habebitis autem
hunc diem in monimentum et celebrabitis

ea sollempne dno in generacionibus vris cultu
rituque sempiterno Septem diebus azima
comedetis In die primo non erit fermentum
in domibus vris Quicumque comederit
fermentatum peribit anima illa de israel a prima
die usque in diem septimum Dies prima erit
sancta atque sollempnis et dies septima eadem
festiuitate venerabilis Nichil operis facie
tis in eis exceptis hiis que ad vescendum
pertinent et obseruabitis azima In eadem
enim ipsa die educam exercitum vrm de ter
ra egipti et custodietis diem istum in genera
cionibus vris ritu perpetuo Primo mense
xiiij die mensis ad vesperam comedetis
azima usque ad diem xxi eiusdem mensis
ad vesperam vij diebus fermentatum non
inuenietur in domibus vris Qui comederit
fermentatum peribit anima eius de cetu filiorum
israel tam de indigenis quam de aduenis
terre Omne fermentatum non comedetis
in cunctis habitacionibus vris Sed comedetis
azima Vocauit autem moyses omnes seniores
filiorum israel et dixit ad eos Ite tollentes
animal per familias vras ymolate phase
fasciculumque ysopi tingite in sanguine
qui in limine est et aspergite ex eo superli
minare et utrumque postem Nullus vrm
egrediatur ostium domus sue usque mane
Transibit enim dns percuciens egiptios
Cumque viderit sanguinem in superliminari
et in utroque poste transcendet ostium domus
et non sinet percussorem ingredi domos
vras et ledere Custodi verbum istud legiti
mum tibi et filiis tuis usque in eternum Cum
que intraueritis in terram quam dns daturus
est vobis ut pollicitus est obseruabitis cere
monias istas Et cum dixerint vobis filii
vri Que est ista religio dicetis eis
victima transitus dni est qui transiuit super
domos filiorum israel in egipto percuciens
egiptios et domos nras liberans In
curuatusque populus adorauit Et egressi

filii israel fecerunt sicut preceperat dns
moysi et aaron Factum est autem in noctis
medio percussit dns omne primogenitum in
terra egipti A primogenito pharaonis qui se
debat in solio eius usque ad primogeni
tum captiue que erat in carcere et omne primo
genitum iumentorum Surrexitque pharao
nocte et omnes serui eius cunctaque egiptus
Et ortus est clamor magnus in egipto
Neque enim erat domus in qua non iaceret mor
tuus Vocatisque pharao moyse et aaron
nocte ait Surgite egredimini a populo
meo et vos et filii israel Ite ymola
te dno sicut dicitis Oues vras
et armenta vra ut petieratis assumite
Et abeuntes benedicite mihi Urgebantque
egipcii populum de terra exire velociter
dicentes Omnes moriemur Tulit igitur
populus conspersam farinam antequam ferme
taretur et ligans in palliis posuit super
humeros suos Feceruntque filii israel sicut
preceperat moysi dns et petierunt ab egip
ciis vasa argentea et aurea vestemque
plurimam Dedit autem dns graciam populo suo
coram egipciis ut accomodarent eis
et spoliauerunt egiptios Profectique
sunt filii israel simul de ramasse in sochot
sexcenta fere milia peditum virorum
absque infantibus et paruulis sed et vulgus
promiscuum innumerabile ascendit cum eis
Oues et armenta et animancia diuersi
generis multa nimis Coxeruntque farinam
quam dudum conspersam de egipto tule
rant et fecerunt subcinericios panes azi
mos Neque enim poterant fermentari co
gentibus exire egipciis et nullam facere
sinentibus moram nec pulmenti quicquam
occurrerat preparare Habitacio autem filiorum
israel qua manserunt in egipto fuit
cccc xxx annorum Quibus expletis
eadem die egressus est omnis exercitus
dni de terra egipti Nox est ista obser

uabilis dm qn eduxit eos de tra
egipti hac gº obsuac debet omis
filij isrl in gnacoibus suis Dixitqz
dns ad moisen z aaron hec e reli
gio phase Ois alienigena no come
det ex eo Ois aut suus empticius
circuicidet et sic comedet Aduena
et mercenarius no comedet ex eo In vna
domo comedet illud nec efferetis de
carnibus eius foras nec os illius confri
getis Ois cetus filioz isrl faciet id
Qz si quis pegrinoz in vram volue
rit transire coloma et facere phase dm cir
cuncidet prius ome masculinum eius
et tunc rite celebrabit / Eritqz similis
indigene tre Si quis aut circuncisus
no fuerit no vescet ex eo Eadem lex erit
indigene et colono qui pegrinat apud
vos Feceruntqz omis filij isrl sicut pre
cepat dns moisi z aaron Et i eade
die eduxit dns filios isrl de terra
egipti p turmas suas / Cap xiii

Locutusqz e dns ad moisen dicens
Scifica ome pmogenitu michi
quod apit vuluam in filijs isrl tam de
hoibus qz de iumentis / mea sunt enim oia
Et ait moises ad ppfm Mementote di
ei huius in qua egressi estis de egipto
et de domo suitutis qm i manu forti
eduxit vos dns de loco isto ut no
comedatis fermentatum panem Hodie
egredimini mense nouarum frugum Cumqz
introduxerit vos dns in tram chananei
et ethei et amorrei et euei z iebusei
quam iurauit patribus tuis ut daret tibi tram
fluentem lacte et melle celebrabitis
hunc morem sacroz Mense isto vij
diebus vesceris azimis Et i die vij
erit sollempnitas dm Azima comedetis
vij diebus No apparebit apud te aliquid
fermentatum nec in cunctis finibus tuis
Narrabisqz filio tuo in die illa dicens

hoc e qd fecit michi dns in die qn egssus
sum de egipto Et erit qsi signum i manu
tua et qsi monimentu an oculos tuos
et ut lex dm semp sit in ore tuo In manu
enim forti eduxit te dns de egipto et
de domo suitutis Custodies huiuscemodi
cultum statuto tpe a diebus in dies Cu
qz introduxerit te dns in tra chananei
sicut iurauit tibi et patribus tuis z dederit
tibi eam Separabis ome qd apit vuluam
dno et qd primitiuu e in pecoribus tuis
quodcumqz habueris masculini sexus conse
crabis dno Pmogenitu asini mutabis oue
qd si no redemeris interficies Ome autem
pmogenitu hois de filijs tuis pcio redi
mes Cumqz interrogauerit te filius tuus cras
dicens Quid e hoc Respondebis ei In manu
forti eduxit nos dns de tra egipti
et de domo suitutis Nam cu induratus
esset pharao et nollet nos dimittere Occidit
dns oe pmogenitu in tra egipti a pmo
genito hois usqz ad pmogenitu iume
toz Ideo ymolo dno oe pmogenitu
qd apit vuluam masculini sexus Et oia
pmogenita filioz meoz redimo Erit
igitur qsi signum in manu tua et qsi appensu
quid ob recordacionem inter oculos tuos eo
qz in manu forti eduxit vos dns de tra
egipti Igitur cu emisisset pharao ppm no
duxit eos dns p viam tre philistiim
que vicina e reputans ne forte peniteret
eu si vidisset aduersu se consurgere bella
et reuerteretur egiptum sed circu duxit
p viam deserti que e iuxta mare rubrum Et ar
mati filij isrl ascenderunt de tra egipti
Tulit qz moyses ossa ioseph secum eo qz
adiurasset filios isrl dicens Visitabit
vos dns Efferte hinc ossa mea vobiscu
Pfectiqz de sochod castrametati sunt
in etham in extremis finibus solitudinis
Dns aut pcedebat eos ad ostendendam viam
per diem in columpna nubis p noctem i colup
na ignis ut dux esset itineris vtroqz tpe

numquam defuit columpna nubis per diem nec
columpna ignis per noctem coram populo. XIIII
Locutus est dominus ad moisen dicens
loquere filiis israel. Reversi castrame-
tentur e regione phiaphiroth que est inter
magdalum et mare contra belsephon
in conspectu eius castra ponetis super
mare. Dicturusque est pharao super filios
israel. Coartati sunt in terra conclusit eos
desertum et indurabo cor eius ac persequetur
vos et glorificabor in pharaone et in omni
exercitu eius. Scientque egipcij quia ego sum
dominus. Feceruntque ita. Et nunciatum est regi
pharaoni egipciorum quod fugisset populus. Immu-
tatum est cor pharaonis et servorum eius super
populo. Et dixerunt. Quid voluimus facere
ut dimitteremus israel ne serviret nobis.
Iunxit ergo currum et omnem populum assumpsit
secum. Tulitque sexcentos currus electos
et quicquid in egipto curruum fuit et duces
totius exercitus. Induravitque dominus cor pha-
raonis regis egipti et persecutus est filios
israel. At illi egressi erant in manu excelsa.
Cumque persequerentur egipcij vestigia
precedencium repperierunt eos in castris super
mare. Omnis autem equitatus et currus pharaonis et
et universus exercitus erant in phiaphiroth
contra belsephon. Cumque appropinquasset
pharao levantes filij israel oculos viderunt
egipcios post se et timuerunt valde. Cla-
maveruntque ad dominum et dixerunt ad moisen.
Forsitan non erant sepulchra in egipto
ideo tulisti nos ut moreremur in solitudine.
Quid hoc facere voluisti ut educeres
nos de egipto. Nonne iste est sermo quem
loquebamur ad te in egipto dicentes. Rece-
de a nobis ut serviamus egipcijs. Multo
enim melius est servire eis quam mori in solitudine.
Et ait moises ad populum. Nolite timere
state et videte magnalia dei que
facturus est hodie. Egipcios enim quos
nunc videtis nequaquam ultra videbitis
usque in sempiternum. Dominus pugnabit pro
vobis et vos tacebitis. Dixitque dominus
ad moysen. Quid clamas ad me. Loquere
filiis israel ut proficiscantur. Tu autem eleva
virgam tuam et extende manum tuam super
mare et divide illud ut gradiantur filij israel
in medio mari per siccum. Ego autem indurabo
cor egipciorum ut persequantur vos et glori-
ficabor in pharaone et in omni exercitu eius et in
curribus et equitibus illius. Et scient egip-
cij quia ego sum dominus deus cum glorificatus fuero
in pharaone et in curribus et equitibus illius.
Tollensque se angelus dei qui precedebat
castra israel et abijt post eos et cum eo pariter
columpna nubis priora dimittens post tergum
stetit inter castra egipciorum et castra
israel et erat nubes tenebrosa et illumi-
nans noctem ita ut ad se invicem in toto
noctis tempore accedere non valerent. Cumque
extendisset manum suam moises super mare
abstulit id dominus flante vento vehementi
et urenti tota nocte et vertit in siccum. Di-
visaque est aqua et ingressi sunt filij israel per
medium sicci maris. Erat enim aqua quasi murus
a dextra eorum et a leva. Persequentesque
egipcij ingressi sunt post eos. Et omnis equi-
tatus pharaonis et currus eius et equites
per medium maris. Iamque advenerat vigilia
matutina. Et ecce respiciens dominus super
castra egipciorum per columpnam ignis et nubis
interfecit exercitum eorum et subvertit rotas cur-
ruum ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo
egipcij. Fugiamus israhelem. Dominus enim pug-
nat contra nos pro eis. Et ait dominus ad
moisen. Extende manum tuam super mare ut
revertantur aque ad egipcios super currus et equi-
tes eorum. Cumque extendisset moises manum
contra mare reversum est mare primo diluculo
ad priorem locum. Fugientibusque egipcijs oc-
currerunt aque et involuit eos dominus in me-
dijs fluctibus. Reversaeque sunt aque et operue-
runt currus et equites tocius exercitus pharaonis
qui sequentes ingressi fuerant mare. Ne
unus quidem superfuit ex eis. Filij autem israel
perrexerunt per medium sicci maris et aque eis

erat quasi pro muro a dextris et a sinistris
Liberavitque dominus in die illo filios israel de manu
egyptiorum et viderunt egyptios mortuos
super littus maris et manum magnam quam
exercuerat dominus contra eos Timuitque populus
dominum et crediderunt domino et moisi servo eius

Tunc cecinit moyses et CXV
filii israel hoc carmen domino et dixerunt
Cantemus domino gloriose enim magnificatus est
equum et ascensorem deiecit in mare
Fortitudo mea et laus mea dominus et factus
est mihi in salutem Iste deus meus et glorificabo
eum deus patris mei et exaltabo eum Dominus
quasi vir pugnator omnipotens nomen eius currus pha
raonis et exercitum eius proiecit in mare Electi
principes eius submersi sunt in mari rubro abis
si operuerunt eos descenderunt in profundum
quasi lapis Dextera tua domine magnifica
ta est in fortitudine dextera tua domine percussit
inimicum et in multitudine glorie tue depo
suisti omnes adversarios meos Misisti
iram tuam que devoravit eos sicut stipu
lam et in spiritu furoris tui congregate sunt
aque Stetit unda fluens congregate sunt
abissi in medio mari Dixit inimicus perse
quar et comprehendam Dividam spolia et
implebitur anima mea Evaginabo gladium
meum interficiet eos manus mea [illegible]
flavit spiritus tuus et operuit eos mare
submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus
Quis similis tui in fortibus domine quis similis
tui magnificus in sanctitate terribilis atque
laudabilis et faciens mirabilia Ex
tendisti manum tuam et devoravit eos terra
Dux fuisti in misericordia tua populo tuo quem re
demisti et portasti eum in fortitudine tua
ad habitaculum sanctum tuum Ascenderunt
populi et irati sunt dolores obtinuerunt
habitatores philistiim Tunc conturbati sunt
omnes principes edom robustos moab
obtinuit tremor Obriguerunt omnes habita
tores chanaan Irruat super eos formi
do et pavor in magnitudine brachii tui
Fiant inmobiles quasi lapis donec pertranseat
populus tuus domine iste quem possedisti Intro
duces eos et plantabis in monte hereditatis
tue firmissimo habitaculo tuo quod operatus
es domine Sanctuarium tuum domine quod firmave
runt manus tue Dominus regnabit in eternum
et ultra Ingressus est enim eques pharao
cum curribus et equitibus eius in mare et re
duxit super eos dominus aquas maris Filii
autem israel ambulaverunt per siccum in medio eius
Sumpsit ergo maria prophetissa soror aa
ron timpanum in manu sua Egresseque
sunt omnes mulieres post eam cum tympanis et
choris quibus precinebat dicens Cantemus
domino gloriose enim magnificatus est equum et
ascensorem deiecit in mare Tulit autem
moyses et aaron israel de mari rubro
et egressi sunt in desertum sur Ambula
verunt que tribus diebus per solitudinem
et non inveniebant aquam et venerunt
in marath nec poterant bibere aquas
de marath eo quod amare essent Unde et
congruum loco nomen imposuit Vocans illud
marath id est amaritudinem Et murmuravit
populus contra moysen dicens Quid bibemus At ille
clamavit ad dominum qui ostendit ei lignum
quod cum misisset in aquas in dulcedinem
verse sunt Et ibi constituit ei precepta
atque iudicia Et ibi temptavit eum dicens
Si audieris vocem domini dei tui et quod rec
tum est coram eo feceris et obedieris man
datis eius custodierisque omnia precepta illius
cunctum languorem quem posui in egipto
non inducam super te Ego enim sum dominus salvator tuus

Venerunt autem in helim Cap XVI
ubi erant xii fontes aquarum et
lxx palme et castrametati sunt super
aquas Profectique sunt de helim et venit
omnis multitudo filiorum israel in desertum syn
quod est inter helym et synai quintodecima
die mensis secundi postquam egressi sunt de terra
egipti Et murmuravit omnis congregatio
filiorum israel contra moisen et aaron in solitudine

Dixeruntque ad eos filii israel Utinam mortui essemus per manum domini in terra egipti quando sedebamus super ollas carnium et comedebamus panem in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud ut occideretis omnem multitudinem fame. Dixit autem dominus ad moysen Ecce ego pluam vobis panes de celo. Egrediatur populus et colligat que sufficiunt per singulos dies ut temptem eum utrum ambulet in lege mea an non. Die autem sexta parent quod inferant et sit duplum quam colligere solebant per singulos dies. Dixeruntque moises et aaron ad omnes filios israel Vespere scietis quod dominus eduxerit vos de terra egipti et mane videbitis gloriam domini. Audivit enim murmur vestrum contra dominum. Nos vero quid sumus quia mussitastis contra nos. Et ait moyses Dabitque vobis dominus vespere carnes edere et mane panes in saturitate eo quod audierit murmurationes vestras quibus murmurati estis contra eum. Nos enim quid sumus nec contra nos est murmur vestrum sed contra dominum. Dixit quoque moises ad aaron Dic universe congregationi filiorum israel Accedite coram domino. Audivit enim murmur vestrum. Cumque loqueretur aaron ad omnem cetum filiorum israel respexerunt ad solitudinem. Et ecce gloria domini apparuit in nube. Locutus est autem dominus ad moysen dicens Audivi murmurationes filiorum israel. Loquere ad eos Vespere comedetis carnes et mane saturabimini panibus. Scietisque quod ego sum dominus deus vester. Factum est ergo vespere et ascendens coturnix operuit castra. Mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum. Cumque operuisset superficiem terre apparuit in solitudine minutum et quasi pilo tusum in similitudinem pruine super terram. Quod cum vidissent filii israel dixerunt ad invicem Manhu quod significat quid est hoc. Ignorabant enim quid esset. Quibus ait moyses Iste est panis quem dedit vobis dominus ad vescendum. Hic est sermo quem precepit dominus Colligat ex eo unusquisque quantum sufficiat ad vescendum gomor per singula capita iuxta numerum animarum vestrarum que habitant in tabernaculo sic tolletis. Feceruntque ita filii israel et collegerunt alius plus alius minus et mensi sunt ad mensuram gomor. Nec qui plus collegerat habuit amplius nec qui minus paraverat repperit minus sed singuli iuxta id quod edere poterant congregaverunt. Dixitque moyses ad eos Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt eum sed dimiserunt quidam ex eis usque mane et scatere cepit vermibus atque computruit. Et iratus est contra eos moises. Colligebant autem mane singuli quantum sufficere poterat ad vescendum. Cumque incaluisset sol liquefiebat. In die vero sexta collegerunt cibos duplices id est duo gomor per singulos homines. Venerunt autem omnes principes multitudinis et narraverunt moysi. Qui ait eis Hoc est quod locutus est dominus Requies sabbati sanctificata est domino cras. Quodcumque operandum est facite et que coquenda sunt coquite. Quicquid autem reliquum fuerit reponite usque in mane. Feceruntque ita ut preceperat moises et non computruit neque vermis inventus est in eo. Dixitque moises Comedite illud hodie quia sabbatum est domini et non invenietur hodie in agro. Sex diebus colligite. In die autem septimo sabbatum est domini ideo non invenietur. Venitque septima dies et egressi de populo ut colligerent non invenerunt. Dixit autem dominus ad moysen Usquequo non vultis custodire mandata mea et legem meam. Videte quod dominus dederit vobis sabbatum et propter hoc tribuit vobis cibos duplices. Maneat unusquisque apud semetipsum. Nullus egrediatur de loco suo die septimo. Et sabbatizavit populus die septimo. Appellavitque domus israel nomen eius man quod erat quasi semen coriandri album gustusque eius quasi simile cum melle. Dixit autem moises

Iste e s͞mo que p͞cepit dn͞s Imple
gomor ex eo et custodiat in futuras
ret gn͞acoes ut nouerit pane quo
alui vos i solitudie qn educti estis
de t͞ra egipti Dixitq moyses ad a
aron Sume vas unu et mitte ibi
man quatu cape pt gomor et repone
cora dn͞o ad suandu in gn͞acoes vr͞as
sicud p͞cepit moisi dn͞s Posuitq i
aaron in tabernaclo reseruandu filij
at isrl comederunt mana in desto xl
anis donec venirent in t͞ra habitabilem
hoc cibo aliti sut usq q tangerent
fines t͞re chanaan Gomor autem
decima ps est ephi

Cap xvij

Igitur psecta e ois multitudo filioru
isrl de desto sin p mansiones suas
iuxta vbm dn͞i Castrametati i rapha
dim ubi no erat aqua ad bibendu p͞plo
q iurgatus cotra moysen ait Da nob
aquam ut bibamus Quibus moyses ra
tus rn͞dit Quid iurgamini cotra me
Cur teptatis dn͞m Sitiuit g° p͞ple
ibi p aq penuria et murmurat cotra moi
sen dicens Cur nos exire fecisti de
egipto ut occideres nos et liberos nr͞os
ac iumeta siti Clamauit at moyses
ad dn͞m d. Quid faciam p͞p° huic Adhuc
paululu et lapidabit me Ait aut
dn͞s ad moisen Anteceda p͞plm et sume
tecu de senioribus isrl et vga q pcussisti
fluuiu tolle in manu tua et vade En
ego ibi stabo cora te sup petra oreb
pcutiesq petra et exibit ex ea aqua
ut bibat p͞plus Fecit itaq moises co
ra senioribus isrl Et vocauit no͞ loci illius
teptatio ppt iurgiu filioru isrl Et q
teptauerut dn͞m dicentes Est ne deus
in nob an no Venit at amalech et pug
nauit cont filios isrl in raphadim
Dixitq moises ad iosue Elige viros
et egressus pugna cotra amalech cras

Et ego stabo i v͞tice collis habes vga
dei i manu mea Fecit iosue ut locutus
ei erat moises et pugnauit cont amalech
Moises at et aaro et hur ascenderut
sup v͞tice collis Cuq leuaret moises
manus vincebat isrl Si at paululu re
misisset supabat amalech Manus at
moisi erat graues Sumetes g° lapide
posuere subt eu i q sedit Aaron et hur
sustetabat manus ei ex utraq pte Et fcm
e ut manus illius no lassarentur usq ad
occasu solis Fugauitq iosue amalech
et p͞p͞lm ei i ore gladij Dixit at dn͞s ad
moisen Scribe hec ob monimetu i libro
et trade i aurib iosue Delebo ei memo
ria amalech de sub celo Edificauitq
moises altare et vocauit no͞ ei Dn͞s exaltacio
mea dicens Quia manus solij dn͞i et bel
lu dei erit cont amalech a gn͞acone i gn͞acone

Cap xviij

Cumq audisset ietro
sacerdos madian cognatus moi
si omnia que fecerat dn͞s moisi et isrl p͞p͞lo
suo eo q eduxisset dn͞s filios isrl de egipto
Tulit zephora uxore moisi qua remi
serat et duos filios suos quoru vnus voca
batur gerson dicente pre Aduena fui in
t͞ra aliena Alter vo eliezer Deus enim
inquit pris mei adiutor meus et eruit me
de gladio pharaonis Venit g° ietro cog
natus moisi et filij ei et uxor eius ad mo
ysen in desertu ubi erat castrametatus iuxta
monte dei Et mandauit moisi dicens
Ego cognatus tuus ietro venio ad te
et uxor tua et duo filij tui cu ea Qui
ingressus i occursu cognati sui adorauit
et osculatus e eu Salutaueruntq se
mutuo vbis pacificis Cuq intrasset in
tabernaculu Narrauit moises cogna
to suo cuncta que fecerat dn͞s pharaoni et
egipcijs ppt isrl Et vniuersu laborem
q accidisset ei in itinere q liberauerat eos
dn͞s Letatusq e ietro sup oibus bonis
que fecerat dn͞s israheli eo q eruisset

eum de manu egiptiorum et ait Benedictus
dominus qui vos liberavit de manu egiptiorum et de
manu pharaonis et qui eruit populum suum de manu
egipti Nunc cognovi quia magnus dominus
super omnes deos eo quod superbe egerint contra
illos Obtulit ergo yetro cognatus moysi
holocausta deo et hostias Veneruntque
aaron et omnes seniores filiorum israel ut come-
derent panem cum eo coram deo Altera autem die
sedit moyses ut iudicaret populum qui assis-
tebat moysi de mane usque ad vesperam
Quod cum vidisset yetro cognatus eius omnia scilicet
que agebat in populo ait Quid est hoc quod
facis in plebe Cur solus sedes et omnis
populus prestolatur de mane usque ad vesperam Cui
respondit moyses Venit ad me populus querens
sententiam dei Cumque acciderit eis aliqua discep-
tacio veniunt ad me ut iudicem inter illos
et ostendam illis precepta dei et leges eius
At ille Non bonam rem inquit facis Stulto
labore consumeris et tu et populus iste qui tecum
est Ultra vires tuas negocium est solus id
non poteris sustinere Sed audi verba mea atque
consilia et erit dominus tecum Esto tu populo in hiis
que ad deum pertinent ut referas que dicuntur
ad eum ostendasque populo cerimonias et ritum co-
lendi viamque per quam ingredi debeant et
opus quod faciant Provide autem de omni ple-
be viros potentes et timentes deum in quibus
sit veritas et qui oderint avariciam et constitue
ex eis tribunos et centuriones et quinqua-
genarios et decanos qui iudicent populum
omni tempore Quicquid autem maius fuerit referant
ad te et ipsi minora tantummodo iudicent
Leviusque sit tibi partito in alios onere Si
hoc feceris implebis imperium dei et
precepta eius poteris sustentare Et omnis populus
hic revertetur ad loca sua cum pace Quibus
auditis moyses fecit omnia que ille suggesserat
Et electis viris strenuis de cuncto israel con-
stituit eos principes populi tribunos et centuriones
et quinquagenarios et decanos qui iudicabant
plebem omni tempore Quicquid autem gravius erat refere-

bant ad eum faciliora autem tantummodo iudicantes
Dimisitque cognatum suum qui reversus abiit in terram suam

Ca^m xix

Mense tercio egressionis israel
de terra egipti in hac die venerunt
in solitudinem synai Nam profecti de ra-
phidim et pervenientes usque in desertum sy-
nay Castrametati sunt in eodem loco ibique
israel fixit tentoria ex regione montis Moyses
autem ascendit in montem ad deum Vocavitque
eum dominus de monte et ait Hec dices do-
mui iacob et annunciabis filiis israel
Vos ipsi audistis et vidistis que fe-
cerim egipciis quomodo portaverim vos
super alas aquilarum et assumpserim mihi
Si ergo audieritis vocem meam et custodieri-
tis pactum meum eritis mihi in peculium de
cunctis populis Mea est enim omnis terra Et vos
eritis michi in regnum sacerdotale et gens
sancta Hec sunt verba que loqueris ad filios
israel Venit ergo moyses et convocatis ma-
ioribus natu populi exposuit eis omnes sermo-
nes quos mandaverat dominus Responditque u-
niversus populus simul Cuncta que locutus
est dominus faciemus Cumque retulisset moyses
verba populi ad dominum Ait ei dominus Iam nunc ve-
niam ad te in caligine nubis ut audiat
me populus loquentem ad te et credat tibi
in perpetuum Nunciavit ergo moyses verba populi ad
dominum Qui dixit ei Vade ad populum et sanctifica
illos hodie et cras Laventque vestimenta
sua et sint parati in diem tercium In die enim
tercio descendet dominus coram omni plebe super
montem synay Constituesque terminos populo
per circuitum et dices ad eos Cavete ne
ascendatis ad montem nec tangatis fines
illius Omnis qui tetigerit montem morte morietur
Manus non tanget eum sed lapidibus
opprimetur aut confodietur iaculis sive
iumentum fuerit sive homo non vivet Cumque ce-
perit clangere buccina tunc ascendant in mon-
tem Descenditque moyses ad populum de monte
et sanctificavit eum Cumque lavissent vestimenta
sua ait ad eos Estote parati in diem tercium

et ne appropinquetis uxoribus vestris Iam
qz advenat tercius dies et mane inclau
erat Et ecce ceperunt audiri tonitrua
ac micare fulgura et nubes densissima
operire montem clangorque bucine vehemen
tissime perstrepebat Et timuit populus qui erat
in castris Cumque eduxisset eos moyses
in occursum dei de loco castrorum Steterunt
ad radices montis Totus autem mons synai
fumigabat eo quod descendisset dominus super
eum in igne et ascenderet fumus ex eo quasi
de fornace Eratque mons omnis terribilis
et sonitus bucine paulatim crescebat in
maius et prolixius tendebatur Moyses autem
loquebatur et dominus respondebat ei Descendit
que dominus super montem synay in ipso montis
vertice et vocavit moysen in cacumine eius
Quo cum ascendisset dixit ad eum Descen
de et contestare populum ne forte velit tran
scendere terminos ad videndum dominum et pereat
ex eis plurima multitudo Sacerdotes
quoque qui accedunt ad dominum sanctificentur ne per
cuciat eos Dixitque moyses ad dominum
Non poterit vulgus ascendere ad montem synai
Tu enim testificatus es et iussisti dicens
Pone terminos circa montem et sanctifica illum
Cui ait dominus Vade et descende Ascen
desque tu et aaron tecum Sacerdotes autem
et populus ne transeant terminos nec ascendant
ad dominum ne forte interficiat illos Descen
ditque moyses ad populum et omnia narravit eis **Cap. XX.**

Locutusque est dominus ad moisen
dicens cunctos sermones hos Ego sum
dominus deus tuus qui eduxi te de terra egip
ti et de domo servitutis Non habebis deos
alienos coram me Non facies tibi sculp
tile neque omnem similitudinem que est in celo de
super et que in terra deorsum nec eorum que sunt
in aquis sub terra Non adorabis ea ne
que coles Ego sum dominus deus tuus fortis
zelotes visitans iniquitates patrum in fi
lios in terciam et quartam generationem eorum
qui oderunt me et faciens misericordiam in milia
bus his qui diligunt me et custodiunt precep
ta mea Non assumes nomen domini dei tui in
vanum nec enim habebit insontem dominus eum
qui assumpserit nomen domini dei sui frustra
Memento ut diem sabbati sanctifices Sex di
ebus operabis et facies omnia opera tua
Septimo autem die sabbati domini dei tui non
facies in eo omne opus tu et filius tuus et
filia tua servus tuus et ancilla tua iumen
tum tuum et advena qui est intra portas tuas
Sex enim diebus fecit deus celum et terram
mare et omnia que in eis sunt et requievit
in die septimo Idcirco benedixit dominus diei
sabbati et sanctificavit illum Honora patrem tuum
et matrem tuam ut sis longevus super terram quam
dominus deus tuus dabit tibi Non occides
Non mechaberis Non furtum facies Non
loqueris contra proximum tuum falsum testimonium
Non concupisces domum proximi tui nec desi
derabis uxorem eius Non servum Non ancil
lam Non ovem Non bovem Non asinum nec omnia
que illius sunt Cunctus autem populus audiebat
voces et lampades videbat sonitumque buc
cine montemque fumigantem et perteriti ac
pavore concussi steterunt procul dicentes
moysi Loquere tu nobis et audiemus Non lo
quatur nobis dominus ne forte moriamur
Et ait moyses ad populum Nolite timere
Ut enim probaret vos venit deus
et ut terror illius esset in vobis et non
peccaretis Stetitque populus de longe Moy
ses autem accessit ad caliginem in qua erat deus
Dixit preterea dominus ad moisen Hec dices
filiis israel Vos vidistis quod de celo locutus
sum vobis Non facietis deos argenteos
coram me nec deos aureos facietis vobis
Altare de terra facietis mihi et offeretis
super eo holocausta et pacifica vestra oves
vestras et boves in omni loco in quo
memoria fuerit nominis mei veniam ad te et
benedicam tibi Quod si altare lapideum feceris

michi non edificabis illud de sectis lapi-
dibus vel dolatis. Si enim leuaueris cultrum
tuum super eo polluetur. Non ascendes per
gradus ad altare meum ne reueletur
turpitudo tua. Capitulum xxi

Hec sunt iudicia que propones eis. Si
emeris seruum hebreum, sex
annis seruiet tibi. In septimo autem anno egre-
dietur liber gratis. Cum quali veste intra-
uerit cum tali exeat. Si habens vxorem, et vx-
or egredietur simul. Sin autem dedit illi
dominus suus vxorem et peperit filios et filias
mulier et liberi eius erunt domini sui. Ipse
vero exibit cum vestitu suo. Quod si dixerit
seruus. Diligo dominum meum et vxorem ac
liberos non egrediar liber. Offeret eum
dominus diis et applicabitur ad ostium et postes
perforabitque aurem eius subula et erit ei
seruus usque in seculum. Si quis vendiderit
filiam suam in famulam non egredietur
sicut ancille exire consueuerunt. Si dis-
plicuerit oculis domini sui cui tradita fuerit
dimittet eam. Populo autem alieno vendendi potestatem
non habebit. Si autem sponsauerit eam iuxta morem
filiarum faciet illi. Si autem filio suo despon-
derit eam iuxta morem filiarum faciet illi.
Quod si alteram ei acceperit prouidebit puel-
le nuptias et vestimenta et pretium pudi-
citie non negabit. Si tria ista non fecerit
egredietur gratis absque pecunia. Qui per-
cusserit hominem volens occidere morte moriatur.
Qui autem non est insidiatus sed deus tradidit
illum in manus eius constituam tibi locum quo
fugere debeat. Si quis per industriam oc-
ciderit proximum suum et per insidias, ab altari
meo euelles eum ut moriatur. Qui autem
percusserit patrem aut matrem suam morte
moriatur. Qui maledixerit patri aut matri
morte moriatur. Qui furatus fuerit
hominem et vendiderit eum conuictus noxe
morte moriatur. Si rixati fuerint viri
et percusserit alter proximum suum lapide vel
pugno et ille mortuus non fuerit sed iacuerit
in lectulo. Si surrexerit et ambulauerit
foris super baculum suum, innocens erit qui percusserit
Ita tamen ut opera eius et impensas in medicos
restituat. Qui percusserit seruum suum
vel ancillam virga et mortui fuerint in manibus
eius, criminis reus erit. Si autem vno die
superuixerit vel duobus non subiacebit pene
quia pecunia illius est. Si rixati fuerint viri
et percusserit quis mulierem pregnantem et ab-
ortiuum quidem fecerit sed ipsa quidem vixerit
subiacebit dampno quantum expetierit
maritus mulieris illius et arbitri iudica-
uerint. Si autem mors eius fuerit subsecuta
reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem
pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, a-
dustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, li-
uorem pro liuore. Si percusserit quispiam
oculum serui sui aut ancille et luscos eos
fecerit dimittet eos liberos pro oculo quem eruit.
Dentem quoque si excusserit seruo suo vel ancille
sue similiter dimittet eos liberos. Si bos
cornu percusserit virum aut mulierem et mor-
tui fuerint lapidibus obruetur et non come-
dentur carnes eius, dominus quoque bouis inno-
cens erit. Quod si bos cornupeta fuerit ab
heri et nudiustercius et contestati sunt dominum
eius nec recluserit dominus eum, occideritque virum
aut mulierem, et bos lapidibus obruetur
et dominum eius occident. Quod si pretium ei fuerit
impositum dabit pro anima sua, quicquid pro anima
eius fuerit postulatus. Filium quoque et filiam
si cornu percusserit, simili sententie subiacebit.
Si seruum ancillamque inuaserit, triginta siclos
argenti dabit domino et restituet, bos vero
lapidibus obruetur. Si quis aperuerit
cisternam et foderit et non operuerit eam, ceci-
deritque bos vel asinus in eam, dominus cisterne
reddet pretium iumentorum. Quod autem
mortuum est ipsius erit. Si bos alienus bo-
uem alterius vulnerauerit et ille mortuus fuerit
vendent bouem viuum et diuident pretium, ca-
dauer autem mortui inter se dispartient.

Si autem sciebat quod bos cornupeta esset
ab heri et nudius tertius et non custodivit
eum dominus suus, reddet bovem pro bove et
cadaver integrum accipiet. Cap. xxij

Si quis furatus fuerit bovem aut ovem
et occiderit vel vendiderit, quinque bo-
ves pro uno bove restituet, et quatuor
oves pro una ove. Si effringens fur do-
mum sive suffodiens fuerit inventus et ac-
cepto vulnere mortuus fuerit, percussor non
erit reus sanguinis. Quod si orto sole hoc
fecerit, homicidium perpetravit et ipse morietur.
Si non habuerit quod pro furto reddat, ipse
venundabitur. Si inventum fuerit apud eum quod
furatus est vivens sive bos sive asinus
sive ovis, duplum restituet. Si leserit quispiam
agrum aut vineam et dimiserit iumentum
suum ut depascatur aliena, quicquid
optimum habuerit estimatione restituet.
Si egressus ignis invenerit spinas et comprehen-
derit acervos frugum sive stantes segetes
in agris, reddet dampnum qui ignem succenderit.
Si quis commodaverit amico suo pecuniam
aut vas in custodia et ab eo qui susceperat
furto ablata fuerint, si invenitur fur du-
plum reddat. Si latet fur, dominus domus
applicabitur ad deos et iurabit quod non ex-
tenderit manum in rem proximi sui ad per-
petrandam fraudem tam in bove quam in asino
et ove ac iumento vel vestimento et quicquid
dampnum inferre potest, ad deos utriusque causa
perveniet et si illi iudicaverint, duplum
restituet proximo suo. Si quis commoda-
verit proximo suo bovem ovem asinum et omne
iumentum ad custodiam et mortuum fuerit
aut debilitatum vel captum ab hostibus
nullusque hoc viderit, iusiurandum erit in medio
quod non extenderit manum ad rem proximi sui
suscipietque dominus iuramentum et ille reddere
non cogetur. Quod si furto ablatum fuerit re-
stituet dampnum domino suo. Si comestum
a bestia portetur ad eum quod occisum est et
non restituet. Qui a proximo suo quicquam
horum mutuo postulaverit et debilitatum
aut mortuum fuerit domino non presente reddere
compelletur. Quod si inpresentiarum fuerit dominus non
restituet et maxime si conductum venerat
pro mercede operis sui. Si seduxerit quis vir-
ginem nondum desponsatam dormieritque cum ea
dotabit eam et habebit eam uxorem. Si pater
virginis dare noluerit, pecuniam reddet iuxta morem
dotis quam virgines accipere consueverant.
Maleficos non patieris vivere. Qui
coierit cum iumento morte moriatur. Qui
immolat diis occidetur preter domino soli. Ad-
venam non contristabis neque affliges
eum. Advene enim et ipsi fuistis in terra
Egipti. Vidue et pupillo non nocebitis.
Si leseritis eos vociferabuntur ad me
et ego exaudiam clamorem eorum et indig-
nabitur furor meus percutiamque vos
gladio et erunt uxores vestre vidue
et filii vestri pupilli. Si pecuniam mu-
tuam dederis populo meo pauperi qui habitat
tecum, non urgebis eum quasi exactor
nec usuris opprimes. Si pignus a
proximo tuo acceperis vestimentum, ante
solis occasum reddes ei. Ipsum enim solum
est quo operitur indumentum carnis eius
nec habet aliud in quo dormiat. Si
clamaverit ad me exaudiam eum quia
misericors sum. Diis non detrahes et prin-
cipi populi tui non maledices. Decimas
tuas et primitias tuas non tarda-
bis offerre. Primogenitum filiorum tuorum
dabis michi. De bobus quoque et ovibus
similiter facies. Septem diebus sit cum
matre sua, die octavo reddes michi eum.
Viri sancti eritis michi. Carnem que a bestiis
fuerit pregustata non comedetis sed pro-
iicietis eam canibus. Cap. xxiij

Non suscipies vocem mendacii
nec iunges manum tuam ut pro impio

dicas falsum testimonium. Non sequeris tur-
bam ad faciendum malum. Nec in iudicio
plurimorum acquiesces sententie ut a vero de-
vies. Pauperis quoque non misereberis in
negotio. Si occurreris bovi inimici
tui aut asino erranti reduc ad eum.
Si videris asinum odientis te iacere
sub onere non pertransibis sed sublevabis
cum eo. Non declinabis in iudicio
pauperis. Mendacium fugies. Insontem
et iustum non occides quia adversor impium.
Ne accipias munera que excecant
etiam prudentes et subvertunt verba iustorum.
Peregrino molestus non eris. Scitis enim
advenarum animas quia et ipsi peregrini fuistis
in terra egipti. Sex annis seminabis terram
tuam et congregabis fruges eius. Anno
autem septimo dimittes eam et requiescere facies
ut comedant pauperes populi tui et quicquid
reliquum fuerit edant bestie agri. Ita
facies in vinea et in oliveto tuo.
Sex diebus operabis, septima die cessabis
ut requiescat bos et asinus tuus
et refrigeretur filius ancille tue et ad-
vena. Omnia que dixi vobis facite et
custodite. Et per nomen externorum deorum
non iurabitis neque audietur ex ore vestro.
Tribus vicibus per singulos annos mihi
festa celebrabitis. Sollempnitatem azimorum
custodietis. Septem diebus
comedes azima sicut precepi tibi tempore
mensis novorum quando egressus es de egip-
to. Non apparebis in conspectu meo va-
cuus. Et sollempnitatem mensis primi-
tivorum operis tui quecumque seminaveris in
agro. Sollempnitatem quoque in exitu anni
quando congregaveris omnes fruges tuas
de agro tuo. Ter in anno apparebit omne
masculinum tuum coram domino deo tuo.
Non ymolabis super fermento sanguinem
victime mee nec remanebit adeps sol-
lempnitatis mee usque mane. Primitias
frugum terre tue deferes in domum domini
dei tui. Non coques edum in lacte matris
sue. Ecce ego mittam angelum meum qui
precedat te et custodiat in via et introducat
ad locum quem paravi tibi. Observa eum et
audi vocem eius nec contempnendum putes quia
non dimittet cum peccaveris. Et est nomen
meum in illo. Quod si audieris vocem eius et feceris
omnia que loquor inimicus ero inimicis
tuis et affligentes te affligam. Precedet-
que te angelus meus et introducet te
ad amorreum et etheum et pherezeum et cha-
naneum et eveum et iebuseum quos
ego conteram. Non facies opera eorum sed
destrues eos et confringes statuas
eorum. Servietisque domino deo vestro. Ut bene-
dicam panibus tuis et aquis et auferam
infirmitatem de medio tui. Non erit in-
fecunda nec sterilis in terra tua. Numerum dierum
tuorum implebo. Terrorem meum mittam in pre-
cursum tuum et occidam omnem populum ad quem
ingredieris. Cunctorumque inimicorum tuorum
coram te terga vertam. Emittens scrabrones
prius qui fugabunt eveum et chananeum
et etheum antequam introeas. Non eiciam eos
a facie tua anno uno ne terra in solitudinem
redigatur et crescant contra te bestie. Pau-
latim expellam eos de conspectu tuo do-
nec augearis et possideas terram. Ponam
autem terminos tuos a mari rubro usque ad
mare palestinorum et a deserto usque ad flu-
vium. Tradam in manibus vestris habitatores
terre et eiciam eos de conspectu vestro. Non
inibis cum eis fedus nec cum diis eorum. Non
habitent in terra tua ne forte peccare te
faciant in me si servieris diis eorum quod
certe tibi erit in scandalum. Cap. xxiiii

Moysi quoque dixit. Ascende ad dominum
tu et aaron, nadab, et abiu et
lxx senes ex israel et adorabitis procul.
Solusque moyses ascendet ad dominum
et illi non appropinquabunt et sic populus ascen-
det cum eo. Venit ergo moises et narravit plebi
omnia verba domini atque iudicia. Responditque cunctus
populus voce una. Omnia verba domini que locutus

est faciemus. Scripsit autem moyses universos
sermones domini. Et mane consurgens edi-
ficavit altare ad radices montis, et xii ti-
tulos per xii tribus israel. Misitque iuve-
nes de filiis israel et obtulerunt holo-
causta et victimas immolaverunt pacifi-
cas domino vitulos xii. Tulit itaque moy-
ses dimidiam partem sanguinis et misit in
crateras; partem autem residuam fudit super al-
tare. Assumensque volumen federis legit
audiente populo. Qui dixerunt: Omnia que
locutus est dominus faciemus et erimus obedientes.
Ille vero sanguinem sumptum respersit in populum
et ait: Hic est sanguis federis quod
pepigit dominus vobiscum super cunctis sermoni-
bus his. Ascenderuntque moyses et aaron
nadab et abiu et lxx de senioribus
israel et viderunt dominum deum israel sub pedi-
bus eius quasi opus lapidis saphirini
et quasi celum cum serenum est. Nec non super eos
qui procul recesserant de filiis israel mi-
sit manum suam. Videruntque deum et comede-
runt ac biberunt. Dixit autem dominus ad moy-
sen: Ascende ad me in montem et esto ibi.
Daboque tibi duas tabulas lapideas
et legem ac mandata que scripsi ut doceas
eos. Surrexerunt moyses et iosue mi-
nister eius. Ascendensque in montem dei mo-
yses senioribus ait: Expectate hic donec
revertamur ad vos. Habetis aaron et hur
vobiscum. Si quid natum fuerit questionis
referetis ad eos. Cumque ascendisset moy-
ses operuit nubes montem et habitavit gloria domini
super synai tegens illum nube sex diebus.
Septimo autem die vocavit eum de medio
caliginis. Erat autem species glorie domini quasi ignis
ardens super verticem montis in conspectu filiorum
israel. Ingressusque moyses medium nebu-
le ascendit in montem et fuit ibi xl
diebus et xl noctibus. Cap. xxv.

Locutusque est dominus ad moysen dicens:
Loquere filiis israel ut tollat michi
primicias ab omni homine qui offert vl-
neus accipietis eas. Hec sunt autem que ac-
cipere debeatis: Aurum et argentum et es
et iacinctum et purpuram coccumque bis tinc-
tum et bissum, pilos caprarum et pelles ari-
etum rubricatas, pellesque iacinctinas et
ligna sethim, oleumque ad luminaria con-
cinnanda, aromata in unguentum et thymi-
amata boni odoris, lapides onichinos
et gemmas ad ornandum ephod ac rationale.
Facientque mihi sanctuarium et habitabo in medio
eorum iuxta omnem similitudinem tabernaculi
quod ostendam tibi et omnium vasorum in cultum
eius. Sicque facietis illud. Archam de lig-
nis sethim compingite, cuius longitudo ha-
beat duos et semis cubitos, et latitudo
cubitum et dimidium. Altitudo cubitum
similiter ac semissem. Et deaurabis eam
auro mundissimo intus et foris. Faciesque
supra coronam auream per circuitum. Et iiii
circulos aureos quos pones per iiii^or
arche angulos. Duo circuli sint in latere
uno et duo in altero. Facies quoque vectes de
lignis sethim et operies eos auro. Indu-
cesque per circulos qui sunt in arche
lateribus ut portetur in eis qui semper
erunt in circulis nec umquam extrahentur
ab eis. Ponesque in archa testificationem
quam dabo tibi. Facies et propiciatorium
de auro mundissimo. Duos cubitos et dimi-
dium tenebit longitudo eius. Cubitum et se-
missem latitudo. Duos quoque cherubin au-
reos et productiles facies ex utraque parte
oraculi. Cherub unus sit in latere uno ora-
culi et alter in altero. Utrumque latus propicia-
torii tegant, expandentes alas suas
et operientes oraculum. Respiciantque
se se mutuo versis vultibus in propiciatorium
quo operienda est archa domini, in qua pones
testimonium quod dabo tibi. Inde precipiam
et loquar ad te supra propiciatorium scilicet ac
medio duorum cherubin qui fuerint
super archam testimonii cuncta que man-
dabo per te filiis israel. Facies et mensam

de lignis sethim habente duos cubitos
longitudinis et in latitudine cubitum ac
semissem et inaurabis eam auro purissimo
faciesque illi labium per circuitum et ipsi
labio coronam interrasilem altam
quatuor digitis et super illam alteram
coronam aureolam quatuor quoque circulos
aureos parabis et pones eos in quatuor
angulis eiusdem mense per singulos pedes
subter coronam erunt circuli aurei ut
mittantur vectes per eos ut possit portari
mensa ipsos quoque vectes facies de lig-
nis sethim et circumdabis auro ad
subuehendam mensam parabis thu-
ribula et acetabula ac fialas et ciatos
in quibus offerenda sunt libamina ex auro
purissimo et pones super mensam panes propo-
sitionis in conspectu meo semper facies
et candelabrum de auro ductili mundis-
simo hastile eius et calamos et cy-
phos et sperulas ac lilia ex ipso pro-
cedentia sex calami egredientur de
lateribus eius tres ex uno latere et tres
ex altero tres cyphi quasi in modum nucis
per calamos singulos sperulaque simul
et lilium et tres similiter ciphi instar nu-
cis in calamo altero sperulaque simul et
lilium hoc erit opus sex calamorum
qui producendi sunt de hastili in ipso
autem candelabro erunt quatuor ciphi
in modum nucis speruleque et lilia per singu-
los sperule sub duobus calamis
per tria loca qui simul sex fiunt proceden-
tes de hastili uno et sperule igitur
et calami ex ipso erunt universa duc-
tilia de auro purissimo facies et lucer-
nas septem et pones eas super candelabrum
ut luceant ex adverso emunctoria quoque et
ut ea que emuncta sunt extinguantur
fiant ex auro purissimo omne pondus can-
delabri cum universis vasis suis ha-
bebit talentum auri purissimi inspice

et fac secundum exemplar quod tibi mon-
stratum est in monte. Capitulum XXVI
Tabernaculum vero ita fiet decem
cortinas de bysso retorta iacinto
ac purpura cocco que bis tincto variatas
opere polimitario facies longitudo cortine
unius habebit xxviii cubitos latitudo
iiii^or cubitorum erit unius mensure fient uni-
versa tentoria cortinarum quinque sibi iungentur
mutuo et alie quinque nexu simili cohere-
bunt ansulas quoque iacinctinas in lateribus
ac summitatibus facies cortinarum ut
possint invicem copulari quinquagenas ansu-
las cortina una habebit ex utraque parte
ita ut ansis insertas ut ansa contra
ansam veniat et altera alteri possit ap-
tari facies et quinquaginta circulos
aureos quibus cortinarum vela iungenda
sunt ut unum tabernaculum fiat facies et
saga cilicina undecim ad operiendum
tectum tabernaculi longitudo sagi unius
habebit xxx cubitos et latitudo iiii^or
equa erit mensura sagorum omnium e quibus
quinque iunges seorsum et sex sibi mutuo
copulabis ita ut sextum sagum in fronte
tecti duplices facies et quinquaginta
ansas in ora sagi unius ut iungi cum altero
possit et quinquaginta ansas in ora sagi
alterius ut cum altero copuletur quinqua-
ginta fibulas facies eneas quibus
iungantur anse ut unum ex omnibus operi-
mentum fiat quod autem superfuerit in sagis
que parantur tecto id est unum sagum quod
amplius est ex medietate eius operies
posteriora tabernaculi et cubitus ex
una parte pendebit et alter ex altera magnitudine
quod plus est in sagorum longitudine utrumque
latus tabernaculi et cubitus protegens
facies et operimentum aliud tecto de pellibus
arietum rubricatis et super hoc rursum
aliud operimentum de iacintinis pellibus
facies et tabulas stantes tabernaculi

de lignis sethim que singule denos
cubitos in longitudine habeant et
in latitudine singulos cubitos ac
semissem. In lateribus tabule due
incastrature fient quibus vna ta-
bula alteri tabule conectatur. Atque
in hunc modum cuncte tabule parabuntur
Quarum xx erunt in latere meridiano
quod vergit ad austrum. Quibus xl
bases argenteas fundes ut bine ba-
ses singulis tabulis per duos angu-
los subiciantur. In latere quoque secundo ta-
bernaculi quod vergit ad aquilonem xx
tabule erunt, xl habentes bases arge-
nteas bine bases singulis tabulis
ad supponentur. Ad occidentalem vero plagam
tabernaculi facies sex tabulas et
rursum alias duas que in angulis
erigantur post tergum tabernaculi
eruntque coniuncte deorsum usque sursum
et vna omnes compago retinebit.
Duabus quoque tabulis que in angulis
ponende sunt similis iunctura seruabitur
Et erunt simul octo tabule et
bases earum argentee xvj. Duabus
basibus per vna tabula supputatis.
Facies et vectes de lignis sethim
quinque ad continendas tabulas in
vno latere tabernaculi. Et quinque ali-
os in altero et eiusdem numeri ad occiden-
talem plagam qui mittentur per medias
tabulas a summo usque ad summum
Ipsas quoque tabulas deaurabis et fun-
des in eis anulos aureos per quos
vectes tabulata contineant quos
operies laminis aureis. Et eriges
tabernaculum iuxta exemplar quod tibi mon-
stratum est in monte. Facies et velum
de iacincto et purpura coccoque bis
tincto et bysso retorta opere pluma-
rio et pulcra varietate contextum
quod appendes ante iiij^{or} columpnas

de lignis sethim que ipse quidem de-
aurate erunt et habebunt capita aurea
sed bases argenteas. Inseretur autem velum
per circulos intra quod intus mittes quos pones
archam testimonii et ex quo sanctuarium et
sanctuarii sanctuaria diuidentur.
Pones et propiciatorium super archam
testimonii in sancta sanctorum. Mensamque extra
velum. Et contra mensam candelabrum
in latere tabernaculi meridiano. Mensa
enim stabit in parte aquilonis. Facies
et tentorium in introitu tabernaculi
de iacincto et purpura coccoque bis
tincto et bysso retorta opere plumario
et quinque columpnas deaurabis se-
thim lignorum ante quas adducetur
tentorium quarum capita erunt aurea
et bases enee. Capitulum xxvij

Facies et altare de lignis sethim
quod habebit quinque cubitos in lon-
gitudine et totidem in latitudine
id est quadrum et tres cubitos in altitudine
Cornua autem per iiij^{or} angulos ex ipso
erunt et operies illud ere. Facies quoque in
vsus eius lebetes ad suscipiendos
cineres et forcipes atque fuscinulas
et ignium receptabilia. Omnia vasa
ex ere fabricabis. Craticulamque in
modum retis eneam per cuius iiij^{or} an-
gulos erunt iiij^{or} anuli enei quos
pones subter arulam altaris. Eritque
craticula altaris usque ad medium al-
taris. Facies et vectes de lignis
sethim duos quos operies laminis
eneis et induces per circulos. Et erunt
ex utroque latere altaris ad portandum
Non solidum sed inane et cauum in-
trinsecus. Facies illud sicut tibi in monte
monstratum est. Facies et atrium ta-
bernaculi In cuius plaga australi
contra meridiem erunt tentoria de bysso
retorta. C cubitos vnum latus tenebit.

logitudie z colupnas xx cu basis
totide eneis que capita cu celatu
suis hebut argetea Similit i late
aquilois p longu erut tetoria c cu
bitoz Colupne xx et bases enee
eiusde nu et capita eaz cu celatu
rib suis argetea In latitudie vo
atrij qd respicit ad occidete erut
tetoria p quinquagita cubitos et
colupne x / basesqz totide In ea qz
latitudie atrij q respicit ad oriete
quiqagita cubiti erut in quibz xv
cubitoz tentoria lati vno deputa
but Colupne qz tres et bases to
tide Et i late alto erut tetoria cu
bitos obtinetia xv Colupnas tes
et bases totidem In itroitu vo
atrij fiet tetoriu cubitoz xx ex
iacicto et purpura coccoqz bis tieto
et bisso retorta ope plumario Co
lupnas hebit iiij^{or} cu basis totide
Omnes colupne atrij p circuitu ves
tite erut argeteis laminis / capiti
bus argeteis / et basis eneis In
longitudie occupabit atriu cubi
tos centu In latitudie quiqagita
Altitudo vo v. cubitoz erit Fiet
qz de bisso retorta z hebit bases
eneas Cuncta vasa tabernacli
i omes vsus et ceimonias tm paxo
illos eius qz atrij ex ere facies
Precipe filijs isrl ut afferat tibi
oleu de arboribz oliuaz purissim
pilo qz cotusu ut ardeat lucna
semp i tabernaclo testioij ext
velu qd appensu e testioio z col
locabut ea aaron et filij eius usqz
mane lucat cora dno ppetuu cultus
eius p sucessiones eoz cora filijs israhel

Capi^{m} xxviij

Applica qz ad te aaro / fratrem tuu cu filijs suis /
de medio filioz isrl ut sacdotio
fungat^{r} michi Aaro nadab z abiu
et eleazar et ythamar Faciesqz
veste scam aaro fri tuo i gliaz et
decorem et loqris cuctis sapictibz
corde quos repleui spu prudetie
ut faciat vestes aaron i quibz
scificatus ministret m Hec aute erut
vesti^{ta} que faciet Racionale z sup
humerale / tunicam lineam strictam
cidarim et balteu facient vesti^{ta}
scta fri tuo aaron et filijs suis ut
sacerdotio fungant^{r} m Accipietqz
auru et ppura coccuqz bis tinctu
et bissu / Facient aut superhumerale de
auro et iacincto ac purpa coccoqz
bis tieto et bisso retorta ope plu
mario polimito Duas horas iuctas
hebit in vtroqz late summitatu
ut i vnu redeant Ipa q^{o} qz textura
et cuncta opis varietas erit ex auro
et iacincto ac purpa coccoqz bis tieto
et bisso retorta Sumesqz lapides
duos onichinos et sculpes i eis noia
filioz isrl Sex noia i lapide vno
et sex reliqua i altero iuxta ordinez
natiuitatis eoz Ope sculptoris z cela
toris et celatura gemarij sculpes eos
noibz filioz isrl inclusos auro
atqz circudatos et pones i vtroqz
late superhumeralis memoriale filijs
isrl Portabitqz aaron noia eoz
cora dno sup vtruqz humeru ob recor
dacoem Facies et vncinos ex auro
et duas cathenulas auri purissi
sibimet i vice coherentes quas inse
res vncinis Racionale qz iudicij
facies ope polimito iuxta texturam
superhumeralis ex auro et iacincto et
purpa coccoqz bis tieto z bisso retor
ta ope plumario / quadrangulu erit

et duplex et ille mensuram palmi
habebit tam in longitudine quam in latitudine.
Ponesque in eo quatuor ordines la-
pidum. In primo versu erit lapis sardi-
nus et topasius et smaragdus.
In secundo carbunculus saphirus et iaspis.
In tercio ligurius, achates et ame-
tistus. In quarto crisolitus onichi-
nus et berillus. Inclusi auro erunt
per ordines suos. Habebuntque nomina
filiorum israel. xii nominibus singuli scula-
bentur lapides nominibus singulorum
per xii tribus. Facies in racionali ca-
thenas sibi invicem coherentes ex
auro purissimo et duos anulos
aureos quos pones in utraque ra-
cionalis summitate, cathenasque au-
reas iunges anulis qui sunt in
marginibus eius. Et ipsarum cathe-
narum extrema duobus copulabis unci-
nis in utroque latere superhumeralis quod
racionale respicit. Facies et duos a-
nulos aureos quos pones in summi-
tatibus racionalis et in horis que e con-
tra se sunt superhumeralis et posteriora
eius aspiciunt. Necnon et alios du-
os anulos aureos qui ponendi sunt
in utroque latere superhumeralis deor-
sum quod respicit contra faciem iuncture
inferioris ut aptari possit superhu-
merali. Et stringatur racionale anulis
suis cum anulis superhumeralis, vit-
ta iacinctina ut maneat iuncta
fabrefacta et a se invicem racionale et
superhumerale nequeant separari. Por-
tabitque aaron nomina filiorum israel in
racionali iudicii super pectus suum quando
ingredietur sanctuarium memoriale coram
domino in eternum. Pones autem in racionali
iudicii doctrinam et veritatem que
erunt in pectore aaron quando ingredietur coram

domino et gestabit iudicium filiorum israel
in pectore suo in conspectu domini semper.
Facies et tunicam superhumeralis to-
tam iacinctinam in cuius medio supra erit
capicium et hora per gyrum eius textilis
sicut fieri solet in extremis partibus
vestium ne facile rumpatur. Deorsum
vero ad pedes eiusdem tunice per circuitum
quasi mala punica facies ex iacincto
et purpura et cocco bis tincto et bisso re-
torta mixtis in medio tintinabulis
ita ut tintinabulum sit aureum et ma-
lum punicum. Rursumque tintinabulum a-
ureum et malum punicum. Et vestietur
ea aaron in officio ministerii ut audiatur
sonitus quando ingreditur et egreditur
sanctuarium in conspectu domini et non moriatur.
Facies et laminam de auro purissimo
in qua sculpes opere celatoris sanctum
domino. Ligabisque eam vitta iacinctina
et erit super tiaram imminens fronti
pontificis. Portabitque aaron iniqui-
tates eorum que obtulerunt et sanctifica-
verunt filii israel in cunctis muneribus
et donariis suis. Erit autem lamina semper
in fronte eius ut placatus eis sit dominus.
Stringensque tunicam bisso et tyaram
bissinam facies et balteum opere plu-
marii. Porro filiis aaron tunicas
bissinas vel lineas parabis et balthe-
os ac tyaras in gloriam et decorem. Ves-
tiesque hiis omnibus aaron fratrem tuum et
filios eius cum eo et cunctorum consecra-
bis manus sanctificabisque illos ut sacer-
dotio fungantur michi. Facies et feminalia
linea ut operiant carnem turpitudinis
sue a renibus usque ad femora et utentur
eis aaron et filii eius quando ingredientur taber-
naculum testimonii vel quando appropinquant ad
altare ut ministrent in sanctuario ne
iniquitatis rei moriantur. Legittimum sem-
piternum erit aaron et semini eius post eum.

Sed et hoc facies ut Cap xxix
mihi in sacerdocio consecrentur. Tol-
le vitulum de armento et arietes duos
inmaculatos panesque azimos et crus-
tula absque fermento que conspersa sit
oleo. Lagana quoque azima oleo lita de
simila triticea cuncta facies et posi-
ta in canistro offeres vitulum autem et duos
arietes. Et aaron ac filios eius
applicabis ad hostium tabernaculi tes-
timonii. Cumque laveris patrem cum filiis
suis aqua induces aaron vestimentis
suis et linea et tunica iacinctina et
superhumerali et rationali quod constringes
baltheo et pones tyaram in capite
eius et laminam sanctam super tiaram
et oleum unctionis fundes super caput
eius atque hoc ritu consecrabitur.
Filios quoque illius applicabis et indues
tunicis lineis, cingesque baltheo
aaron scilicet et liberos eius et impones
eis mitras. Eruntque sacerdotes mei
religione perpetua. Postquam iniciaveris
manus eorum applicabis et vitulum co-
ram tabernaculo testimonii. Imponentque
aaron et filii eius manus super caput
illius et mactabis eum in conspectu
domini iuxta ostium tabernaculi testimonii. Sump-
tumque de sanguine vituli pones super
cornua altaris digito tuo. Reliquum
autem sanguinem fundes iuxta basem eius.
Sumes et totum adipem qui operit in-
testina et reticulum iecoris ac
duos renes et adipem qui super eos
est et offeres incensum super altare. Car-
nes vero vituli et corium et fimum com-
bures foris extra castra eo quod pro peccato sit.
Unum quoque arietem sumes super cuius caput
ponet aaron et filii eius manus.
Quem cum mactaveris tolles de sanguine
eius ac fundes circa altare. Ipsum autem arie-
tem secabis in frusta lotaque intes-
tina eius ac pedes pones super concisas
carnes et super caput illius. Et offeres
totum arietem in incensum super altare. Obla-
cio est domino odor suavissimus victime domini.
Tolles quoque arietem alterum super cuius
caput aaron et filii eius ponent manus.
Quem cum immolaveris sumes de sanguine
ipsius et pones super extremum dextre
auricule aaron et filiorum eius et super
pollices manus eorum ac dextri pedis.
Fundesque sanguinem super altare per
circuitum. Cumque tuleris de sanguine
qui est super altare et de oleo unctionis
asperges aaron et vestes eius, filios
et vestimenta eorum. Consecratisque ipsis
et vestibus eorum. Tolles adipem de
ariete et caudam et arvinam que operit
vitalia ac reticulum iecoris et duos
renes atque adipem qui super eos est
armumque dextrum eo quod sit aries con-
secrationis. Tortamque panis unius, crus-
tulam conspersam oleo et laganum de ca-
nistro azimorum quod positum est in conspectu
domini. Ponesque omnia super manus aaron
et filiorum eius et sanctificabis eos ele-
vans coram domino. Suscipiesque universa
de manibus et incendes super altare in
holocaustum odorem suavissimum in con-
spectu domini quia oblacio eius est. Sumes quoque pec-
tusculum de ariete quo iniciatus est aaron.
Sanctificabisque illud elevatum coram domino
et cedet in partem tuam. Sanctificabis
quoque pectusculum consecratum et armum
que ab ariete consecrasti separasti quo
iniciatus est aaron et filii eius cedentque
in partem aaron et filiorum eius iure perpe-
tuo a filiis israel quia primicialia sunt et
inicia de victimis eorum pacificis que
offerunt domino. Vestem autem sanctam qua utitur
aaron habebunt filii eius post eum ut un-
gantur in ea et consecrentur manus
eorum. Septem diebus utetur illa qui pontifex
pro eo fuerit constitutus de filiis eius
et qui ingredietur tabernaculum testimonii
domini ut ministret in sanctuario. Arietem

at consecrationis tolles et coques car-
nes eius in loco sancto quibus vescentur aaron
et filii eius. Panes quoque qui sunt in canistro
in vestibulo tabernaculi testimonii come-
dent ut sit placabile sacrificium et sanctifi-
centur offerentium manus. Alienigena non
vescetur ex eis quia sancta sunt. Quod si remanserit
de carnibus consecratis sive
panibus usque mane conbures reliquias
igni, non comedentur quia sanctificata sunt.
Omnia que precepi tibi facies super aaron
et filiis eius. Septem diebus consecrabis
manus eorum. Et vitulum pro peccato offeres
per singulos dies ad expiandum. Munda-
bisque altare cum immolaveris expiationis
hostiam et unges illud in sanctificationem. Sep-
tem diebus expiabis altare et sanctificabis
et erit sanctum sanctorum. Omnis qui tetigerit illud
sanctificabitur. Hoc est quod facies in altari.
Agnos anniculos duos per singulos
dies iugiter, agnum unum mane et alterum
vespere. Decimam partem simile conspersi oleo
tunsoque quod habebit mensuram quartam
partem hin et vinum ad libandum eiusdem
mensure in agno uno. Alterum vero agnum
offeres ad vesperam iuxta ritum matutine
oblationis et iuxta ea que diximus in o-
dorem suavitatis sacrificium est domino oblati-
one perpetua in generationes vestras ad ostium
tabernaculi testimonii coram domino ubi con-
stituam ut loquar ad te ibique precipiam
filiis israel et sanctificabitur altare in glo-
ria mea. Sanctificabo et tabernaculum tes-
timonii cum altari et aaron cum
filiis eius ut sacerdotio fungantur mihi. Et
habitabo in medio filiorum israel. Eroque eis deus
et scient quia ego dominus deus eorum qui eduxi
eos de terra egipti ut manerem inter
illos ego dominus deus ipsorum. Cap. XXX.

Facies quoque et altare ad adolendum
thimiama de lignis sethim
habens cubitum longitudinis et alterum
latitudinis quadrangulum et duos cu-
bitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent.
Vestiesque illud auro purissimo tam craticulam
eius quam parietes per circuitum et cornua.
Facies quoque ei coronam aureolam per girum
et duos anulos aureos sub corona
per singula latera ut mittantur in eos vec-
tes et altare portetur. Ipsos quoque vectes fa-
cies de lignis sethim et inaurabis. Po-
nesque altare contra velum quod ante ar-
cham pendet testimonii coram propiciatorio
quo testimonium tegitur ubi loquar tibi. Et ado-
lebit incensum super eo aaron suave
flagrans mane quando componet lucernas
incendet illud. Et quando collocat eas ad
vesperam uret thimiama sempiternum
coram domino in generationes vestras. Non offe-
retis super eo thimiama compositionis
alterius nec oblationem et victimam. Libabitis
Et deprecabitur aaron super cornua eius
semel per annum in sanguine quod oblatum
est pro peccato et placabit super eo in generatio-
nibus vestris. Sanctum sanctorum erit domino. Locutusque
est dominus ad moysen dicens: Quando tuleris
summam iuxta numerum filiorum israel dabunt singuli
pretium pro animabus suis domino et non erit plaga
in eis cum fuerint recensiti. Hoc autem dabit
omnis qui transit ad nomen dimidium sicli iuxta
mensuram templi. Siclus viginti obolos habet. — Siclus
Media pars sicli offeretur domino. Qui
habetur in numero a viginti annis et supra dabit
pretium. Dives non addet ad medium sicli
et pauper nichil minuet. Susceptam-
que pecuniam que collecta est a filiis israel tra-
des in usus tabernaculi testimonii ut
sit in monumentum eorum coram domino et propi-
cietur animabus eorum. Locutusque est dominus ad
moysen dicens: Facies et labium eneum
cum basi sua ad lavandum. Ponesque illud
inter tabernaculum testimonii et altare. Et
missa aqua lavabunt in eo aaron et filii eius
manus suas ac pedes quando ingressuri sunt
tabernaculum testimonii et quando accessuri
sunt ad altare ut offerant in eo thimiama
domino ne forte moriantur. Legitimum

sempiternu erit ipi et semi ei p succes-
siones. Locutusq; e dns ad moisen
d. Sume tibi aromata prime mirre et
electe quingentos siclos et cynamomi
mediu i. ccl siclos. Calami simili
ccl siclos. Cassie aut quingentos siclos
in pondere sanctuarii olei de olivetis me-
suram hin. Faciesq; oleu unctionis scm
ungentu compositu ope ungentarii et
unges ex eo tabernaclm testimonij
et archam testamenti. Mensamq; cu
vasis suis candelabru et utensilia eius
Altaria thimiamatis et holocausti et
universa supellectile q ad cultu eor
ptinet. Sanctificabisq; oia et erunt
sca scor. Qui tetigerit ea sctificabit.
Aaron et filios ei unges scificabis
q eos ut sacerdotio fungantur michi. Filijs
q isrl dices. Hoc oleu unctionis scm
erit m i gnatos vris. Caro hois non
ungetur ex eo et iuxta compositionem ei no
facietis aliud q scificatu e et scm
erit vobis. Homo quicuq; tale compo-
suerit et dederit ex eo alieno exterminabi-
tur de plo suo. Dixitq; dns ad moysen
Sume tibi aromata stacten et onicha
galbanu boni odoris et thus lucidissi-
mu equalis ponderis erit oia. Faciesq; thi-
miama compositu ope ungentarij mix-
tu diligenter et puru et scificatione dig-
nissimu. Cuq; i tenuissim pulverem uni-
versa contuderis pones ex eo cora tab-
naculo testion in q loco appebo tibi
Scm scor erit vob thimiama. Tale
compositionem no facietis in usus vros
q scm dno e. Ho quicuq; fecerit
simile ut odore eius perfruatur
peribit de populis suis. Cap xxxi

Locutusq; e dns ad moysen dicens
Ecce vocavi beseleel ex noie filiu
huri filij hur de tribu iuda et im-
plevi eu spu dei sapia et intelligentia
et scia in oi ope ad excogitand fabre
quicqd fieri pt ex auro et argento et ere
marmore et gemmis et diversitate lignor
Dedique ei sociu ooliba filiu achisameth
de tribu dan et i corde ois eruditi po-
sui sapiaz ut faciat cucta que pcepi
tibi et tabernaclm federis et archa
testion et ppiciatoriu qd sup eam
e et cuncta vasa tabnacli mensaq;
et vasa eius. Candelabru purissim
cu vasis suis et altare thimiamatis
et holocausti et oia vasa eor labru
cu basi sua. Vestes scas i ministerio aa-
ron sacerdoti et filijs ei ut fungantur
officio suo in sacris oleu unctionis et
thimiama aromatu i scuario oia
que pcepi tibi faciet. Et locutus e
dns ad moysen d. Loquere filijs isrl et
dices ad eos. Videte ut sabbm meu
custodiatis q signu e int me et vos
i gnationibus vris ut sciatis q ego su
dns q scifico vos. Custodite sabbm
meu scm e ei vobis. Qui polluerit
illud morte moriatur. Qui fecerit in eo
opus peribit aia illius de medio pp sui
Sex diebus facietis opus. Die septio
sabbm e requies sca dno. Ois q fecerit
opus in hac die morietur. Custodiat
filij isrl sabbm et celebrent id i gnera-
tionibus suis. Pactu e sempiternu int me
et filios isrl signumq; ppetuu. Sex eni
diebus dns fecit celu et tram et i septio
ab ope cessavit. Deditq; dns moysi
completis huiusmodi sermonibus i monte synai
duas tabulas testionij lapideas scrip-
tas digito dei. Capitulm xxxij

Videns aut ppls q moram faceret
descendendi de monte moyses
congregatus adversus aaron ait
Surge fac nobis deos qui nos

precedat. Moisi enim huic viro qui nos eduxit
de terra egipti ignoramus quid acciderit.
Dixitque ad eos aaron. Tollite inaures
aureas de uxorum filiorumque et filiarum
vestrarum auribus et afferte ad me. Fe-
citque populus quod iusserat deferens inau-
res ad aaron. Quas cum ille accepisset
formavit opere fusorio et fecit ex eis
vitulum conflatilem. Dixeruntque hii sunt
dii tui israel qui te eduxerunt de terra egip-
ti. Quod cum vidisset aaron edificavit
altare coram eo et preconis voce clamavit
dicens. Cras sollempnitas domini est. Surgen-
tesque mane obtulerunt holocausta et vic-
timas pacificas et sedit populus comme-
dere et bibere et surrexerunt ludere. Locu-
tus est dominus ad moysen dicens. Vade descen-
de peccavit populus tuus quem eduxisti de
terra egipti. Recesserunt cito de via quam
ostendisti eis. Feceruntque sibi vitulum
conflatilem et adoraverunt atque ymola-
tes ei hostias dixerunt. Isti sunt dii tui
israel qui te eduxerunt de terra egipti. Rur-
susque dominus ait ad moysen. Cerno quod
populus iste dure cervicis sit. Dimitte me ut
irascatur furor meus contra eos et deleam
eos faciamque te in gentem magnam. Moy-
ses autem orabat dominum deum suum dicens. Cur
domine irascitur furor tuus contra populum tuum quem
eduxisti de terra egipti in fortitudine
magna et in manu robusta. Ne quaeso
dicant egiptii. Callide eduxit eos ut
interficeret in montibus et deleret eos de
terra. Quiescat ira tua et esto pla-
cabilis super nequicia populi tui. Recordare
abraham ysaac et iacob et israel servorum
tuorum quibus iurasti per temetipsum dicens.
Multiplicabo semen vestrum sicut stel-
las celi et universam terram hanc de qua locu-
tus sum dabo semini vestro et possidebitis
eam semper. Placatusque est dominus ne faceret
malum quod locutus fuerat contra populum suum.

Et reversus est moises de monte portans
duas tabulas lapideas testimonii in manu
sua scriptas ex utraque parte et factas opere
dei. Scriptura quoque dei erat sculpta in
tabulis. Audiens autem iosue tumultum
populi vociferantis ait ad moysen. Ulu-
latus pugne auditur in castris. Qui re-
spondit. Non est clamor adhortantium ad
pugnam nec vociferacio compellencium ad
fugam sed vocem cantancium ego audio. Cum-
que appropinquasset ad castra vidit vitu-
lum et choros. Iratusque valde proiecit
de manu tabulas et confregit eas ad
radicem montis. Arripiensque vitulum
quem fecerant combussit et contrivit
usque ad pulverem quem sparsit in aquam
et dedit ex eo potum filiis israel. Dixit-
que moyses ad aaron. Quid tibi fecit
populus hic ut induceres super eum peccatum
maximum. Cui respondit. Ne quaeso indignetur
dominus meus. Tu enim nosti populum istum
quod pronus sit ad malum. Dixerunt michi.
Fac nobis deos qui nos precedant. Huic
enim moysi qui nos eduxit de terra egipti
nescimus quid acciderit. Quibus ego dixi
Quis vestrum habet aurum. Tulerunt et dederunt
michi et proieci illud in ignem et egressusque est
hic vitulus. Videns ergo moyses populum
quod esset nudatus. Spoliaverat enim eum
aaron propter ignominiam sordis et inter
hostes nudum constituerat. Et stans in porta
castrorum ait. Si quis est domini iungatur
michi. Congregatique sunt ad eum omnes filii levi
quibus ait. Hec dicit dominus deus israel. Po-
nat vir gladium super femur suum. Ite
et redite de porta usque ad portam per medium
castrorum et occidat unusquisque fratrem et
amicum et proximum suum. Feceruntque filii
levi iuxta sermonem moysi. Cecideruntque
in die illo quasi xxiii milia hominum. Et
ait moyses. Consecrastis hodie ma-
nus vestras domino unusquisque in filio et

in fre suo ut det bndico Facto at
die altero locutus e moyses ad ppm
Peccastis pctm maxim et ascenda
ad dnm Si quo eu quiuo depcari
p scelere vro Reuersusqz ad dnm ait
Obsecro dne peccauit pps iste pcm mag
fecerutqz sibi deos aureos aut dimitte
eis hanc noxa aut si no fac dele me
de libro tuo que scripsisti Cui rndit dns
Qui peccauit in me delebo eu de
libro meo Tu at vade educ ppim
istu quo locutus su tibi Angelus
meus precedet te Ego at in die vlcois
visitabo hoc pctm eorz Percussit g
dns ppim p reatu vituli que fecat aaro

Locutus e dns ad moysen XXXIII
dicens Vade ascende de loco isto
tu et pps tuus que eduxisti de tra egip
ti in tra qua iuraui abraha ysaac et
iacob d Semini tuo dabo ea et mitta
angelu precursore tui ut eicia chana
neu amorreu et etheu et phereseu et
eueu et yebuseu et intres terram
fluentem lacte et melle No ei ascen
da tecu qr pps duce ceruicis e Ne forte
disperda te in via Audiens pps sermone
hunc pessim luxit et nullg ex more in
dutus e cultu suo Dixitqz dns ad moy
sen Loquere filijs isrl pps duce ceruicis
es Semel ascenda in medio tui et
delebo te Ia nunc depoe ornatu tuu
ut sciam quid facia tibi Deposuerut
g filij isrl ornatu suu a monte oreb
Moyses qz tollens tabernaclm teten
dit ext castra procul Vocauitqz nomen eius
tabnaclm federis Et ois pps q hebat
aliqua qstione egrediebatur ad tab
naculu federis extra castra Cuqz egre
deretur moyses ad tabernaclm surge
bat vniusa plebs et stabat vnus
quisqz in ostio papilionis sui aspici
ebantqz post tergu moysi donec ingre
deretur tectoru Ingresso at illo ta
bernaculu federis descendebat colup
na nubis et stabat ad ostiu tabnacli
Loquebatur at dns cu moyse cernenti
bus vniusis qp colupna nubis staret
ad ostiu tabnacli Stabat qz et ipi
et adorabat dnm p fores tabnacloz
suoz Loquebatur at dns ad moysen
facie ad facie sicut loqui solet ho
ad amicu suu Cuqz ille reuerteretur i castra
minister eius iosue filius nun puer no
recedebat de tabnaclo Dixit at
moyses ad dnm Precipis ut educa
ppim istu et no indicas mi que mis
surus sis mecu et presertim cu dixis
Noui te ex noie et inuenisti gracia
me Si g inueni gratia in conspectu tuo
Ostende mi facie tua ut sciam te
et inueniam gratia an oculos tuos Re
spice ppim tuu et gente hanc Dixitqz
dns Facies mea precedet te et requie
dabo tibi Et ait moyses Si no tu ipe
precedis ne educas nos de loco isto
In quo ei scire poterimus ego et pps tuus
inuenisse nos gratia in conspectu tuo nisi
ambulaueris nobiscu ut glorificemur ab
oibus pplis qui habitant sup tra Dixit
at dns ad moysen Et vbm istud qd
locutus es facia Inuenisti eni gratia
cora me et teipm noui ex nomine
Qui ait Ostende mi gloria tua Rndit
dns Ego ostendam ome bonu tibi et
vocabor in noie dni cora te et miserebor
cui voluero et clemens ero i que
mi placuerit Rursuqz ait No poteris
videre facie mea No ei videbit me
ho et viuet Et iterz Ecce inqt e locus apud
me et stabis sup petram Cuqz transibit gla mea
pona te i foramie petre et protega te dextera
mea donec transea et tollam manu mea i
posteriora videbis facie at mea videre no poteris

Ac deinceps precide ait Cap. xxxiiii
tibi duas tabulas lapideas
instar priorum et scribam super eas verba que
habuerunt tabule quas fregisti.
Esto paratus mane ut ascendas statim
in montem synay stabisque mecum super
verticem montis. Nullus ascendat tecum
nec videatur quispiam per totum montem. Boves
quoque et oves non pascantur econtra. Ex-
cidit ergo moyses duas tabulas lapi-
deas quales antea fuerant. Et de nocte
consurgens ascendit in montem synay
sicut preceperat ei dominus portans secum ta-
bulas. Cumque descendisset dominus per nubem
stetit moyses cum eo invocans nomen
domini. Quo transeunte coram eo ait. Dominator
domine deus misericors et clemens paciens
et multe miserationis et verus qui custodis mi-
sericordiam in milia qui aufers iniquitatem
et scelera atque peccata. Nullusque apud te per
se innocens est qui reddis iniquitatem pa-
trum in filiis et nepotibus in terciam et
quartam generationem. Festinusque moises
curvatus est pronus in terram et adorans ait
Si inveni gratiam in conspectu tuo domine obsecro
ut gradiaris nobiscum populus enim dure cervicis
est et ut auferas iniquitates nostras atque
peccata nostra possideasque. Respondit dominus. Ego
inibo pactum videntibus cunctis signa
faciam que numquam visa sunt super terram
nec in ullis gentibus ut cernat populus
iste in cuius es medio opus domini terri-
bile quod facturus sum. Observa cuncta
que hodie mando tibi. Ego ipse ei-
ciam ante faciem tuam amorreum et chana-
neum et etheum pherezeum quoque et eveum et iebuseum.
Cave ne umquam cum habitatoribus terre illius
iungas amicicias que tibi sint in ruinam
sed aras eorum destrue et confringe sta-
tuas eorum lucosque succide. Noli ado-
rare deum alienum dominus zelotes nomen eius

deus est emulator. Ne ineas pactum cum
hominibus illarum regionum ne cum forni-
cati fuerint cum diis suis et adoraverint
simulacra eorum vocet te quispiam
ut comedas de immolatis. Nec
uxorem de filiabus eorum accipies filiis
tuis. Ne postquam ipse fuerint fornicate
fornicari faciant in deos suos et fi-
lios tuos. Deos conflatiles non facies
tibi. Sollempnitatem azimorum custo-
dies. Septem diebus vesceris azimis
sicut precepi tibi in tempore mensis
novorum. Mense enim verni temporis egres-
sus es de egipto. Omne quod aperit
vulvam generis masculini meum erit de cunc-
tis animantibus tam de bobus quam de o-
vibus meum erit. Primogenitum asini re-
dimes ove. Sin autem nec precium pro eo de-
deris occidetur. Primogenitum filiorum tuorum
redimes. Nec apparebis in conspectu meo
vacuus. Sex diebus operaberis die
septimo cessabis arare et metere. Sol-
lempnitatem ebdomadarum facies tibi
in primiciis frugum messis tue tritice
et sollempnitatem quando redeunte anni
tempore cuncta conduntur. Tribus tempori-
bus anni apparebit omne masculinum
tuum in conspectu omnipotentis domini dei israel.
Cumque tulero gentes a facie tua et
dilatavero terminos tuos nullus insidi-
abitur terre tue ascendente te et apparente
in conspectu domini dei tui ter in anno. Non
immolabis super fermento sanguinem hostie
mee neque residebit mane de victima
sollempnitatis phase. Primicias frugum
terre tue offeres in domo domini dei tui. Non
coques edum in lacte matris sue. Dixitque
dominus ad moysen. Scribe tibi verba hec
quibus et tecum et cum israel pepigi fedus. moises
Fuit ergo ibi cum domino xl dies et xl noc-
tes et panem non comedit et aquam non bibit.

Et scripsit in tabulis verba federis decem. Cum
que descenderet moyses de monte synai te-
nebat duas tabulas testimonii et ignora-
bat quod cornuta esset facies sua ex con-
sortio sermonis domini. Videntes autem aaron
et filii israel cornutam faciem moysi timu-
erunt accedere prope. Vocatique ab eo reversi
sunt tam aaron quam principes synagoge.
Et postquam locutus est venerunt ad eum etiam
omnes filii israel quibus precepit cuncta que
audierat a domino in monte synai. Imple-
tisque sermonibus posuit velamen super faciem
suam. Quod ingressus ad dominum et loquens cum
auferebat donec exiret. Et tunc loque-
batur ad filios israel omnia que sibi fue-
rant imperata qui videbant faciem egredi-
entis moysi cornutam esse sed operiebat
rursus ille faciem suam si quando loquebatur ad eos

Igitur congregata omni C.xxxv
turba filiorum israel dixit ad eos hec
sunt que iussit dominus fieri. Sex diebus
facietis opus. Septimus dies erit vobis sanctus
sabbatum et requies domini. Qui fecerit opus
in eo occidetur. Non succendetis ignem in
omnibus habitaculis vestris per diem sabbati. Et
ait moyses ad omnem catervam filiorum israel
Iste est sermo quem precepit dominus dicens. Separate
apud vos primitias domino. Omnis volunta-
rius et prono animo offerat eas domino. Aurum
et argentum et es et iacinctum et purpuram
coccumque bis tinctum et byssum retortam
et pilos caprarum et pelles arietum rub-
ricatas et iacinctinas et ligna sethim et
oleum ad luminaria concinnanda et ut conficiatur
unguentum et thimiama odoris suavis-
simum. Lapides onichinos et gemmas ad
ornatum superhumeralis et racionalis. Quisquis
vestrum est sapiens veniat et faciat quod dominus
imperavit tabernaculum scilicet et tectum eius
atque operimentum anulos et tabulata cum
vectibus axes et vectes paxillos et
bases, propiciatorium et velum quod ante illud
appenditur. Mensam cum vectibus et vasis
et propositionis panibus et candelabrum ad
luminaria sustentanda vasa illius et lucer-
nas et oleum ad nutrimenta ignium. Altare
thimiamatis et vectes et oleum unctionis et
thimiama ex aromatibus tentorium et
ostium tabernaculi. Altare holocausti et
craticulam eius eneam cum vectibus et vasis
suis. Labium et basem eius. Cortinas
atrii cum columpnis et basibus. Tentorium
in foribus vestibuli. Paxillos taber-
naculi et atrii cum funiculis suis. Vestimenta
quorum usus est in ministerio sanctuarii. Vestes
aaron pontificis et filiorum eius ut sacerdo-
tio fungantur mihi. Egressaque omnis multitudo
filiorum israel a conspectu moysi obtulit
mente promptissima atque devota primici-
as domino ad faciendum opus tabernaculi
testimonii et quidquid ad cultum eius et ad ves-
tes sanctas necessarium erat. Viri cum mu-
lieribus prebuerunt armillas et inaures
anulos et dextralia omne vas aureum
in donaria domini separatum est. Si quis habebat
iacinctum et purpuram coccumque bis tinctum
et byssum et pilos caprarum pelles arie-
tum rubricatas et iacinctinas. Argentum
et eris metalla obtulerunt domino ligna-
que sethim in varios usus. Sed et mulieres
docte que venerant dederunt iacinctum
et purpuram et vermiculum ac byssum et
pilos caprarum sponte propria cuncta tri-
buentes. Principes vero multitudinis
obtulerunt lapides onichinos et gemmas
ad superhumerale et racionale. Aromataque
et oleum ad luminaria concinnanda et ad preparandum
unguentum ac thimiama odoris sua-
vissimi componendum. Omnes viri et mulieres
mente devota obtulerunt donaria ut
fierent opera que iusserat dominus per manum
moysi. Cuncti itaque filii israel mente de-
vota dedicaverunt domino. Dixitque moyses

ad filios israel. Ecce vocavit dominus ex
nomine Beseleel filium Huri filii Hur de
tribu Iuda. Impletvitque eum spiritu intelli-
gentie et sapientie et scientie dei et omni doctrina ad
excogitandum et faciendum opus in auro
et argento et ere sculpendisque la-
pidibus et opere carpentario quicquid
fabre adinveniri potest dedit in corde
eius. Ooliab quoque filium Achisamech de
tribu Dan. Ambos erudivit sapientia
ut faciant opera abietarii polimita-
rii ac plumarii de iacincto ac pur-
pura coccoque bis tincto et bisso et
texant omnia ac nova quaeque repperiant.

Fecit ergo Beseleel et C. xxxvi
Ooliab et omnis vir sapiens qui-
bus dedit dominus sapientiam et intellectum
ut scirent fabre operari que in usum
sanctuarii necessaria sunt et que
precepit dominus fieri. Cumque vocasset
eos Moyses et omnem eruditum virum
cui dederat dominus sapientiam et intellectum
et qui sponte sua obtulerant se ad fa-
ciendum opus. tradidit eis universa
donaria filiorum Israel. Qui cum insisterent
operi cotidie mane plebs vota offe-
rebat. Unde artifices venire compulsi
ad Moysen et dixerunt. Plus offert populus
quam necessarium est. Iussit ergo
Moyses preconis voce cantari. Nec
vir nec mulier quicquam ultra offerat
in opere sanctuarii. Sicque cessatum est
a muneribus offerendis eo quod oblata
sufficerent et superhabundarent.
Feceruntque omnes sapientes corde
ad explendum opus tabernaculi
Cortinas decem de bisso retorta
et iacincto et purpura coccoque bis
tincto opere vario et arte polimitaria
quarum una habebat in longitudine
xxviii cubitos. In latitudine iv

quatuor. Una mensura erat omnium cor-
tinarum. Coniunxitque cortinas quinque al-
teram alteri. Et alias quinque sibi invi-
cem copulavit. Fecit et ansas iacinctinas
in ora cortine unius ex utroque latere
et in ora cortine alterius similiter ut
contra se invicem venirent anse et mu-
tuo sibi iungerentur. Unde et fudit et quin-
quaginta circulos aureos qui morderent
cortinarum ansas et fieret unum taber-
naculum. Fecit et saga xi de pilis
caprarum ad operiendum tectum tabernaculi.
Unum sagum habebat in longitudine cu-
xxx bitos et in latitudine quatuor cubitorum.
Unius mensure erant omnia saga quorum
v iunxit seorsum et sex alia separatim.
Fecitque ansas l in ora sagi unius
et l in ora sagi alterius ut sibi invicem
iungerentur. et fibulas ~~aureas~~ eneas
l quibus necteretur tectum et ut pallium
unum ex omnibus ~~ex omnibus~~ sagis fieret.
Fecit et opertorium tabernaculi de pelli-
bus arietum rubricatis aliudque de-
super velamen de pellibus iacinctinis.
Fecitque tabulas tabernaculi de
lignis setim stantes. x cubitorum
erat longitudo tabule unius et unum
cubitum ac semisse latitudo re-
tinebat. Bine incastrature erant
per singulas tabulas ut altera alteri
iungeretur. Sic fecit in omnibus tabulis
tabernaculi. Ex quibus xx erant
ad plagam meridianam contra austrum
cum xl basibus argenteis. Due bases
sub una tabula ponebantur ex utraque
parte angulorum ubi incastrature laterum
in angulis terminabantur. Ad plagam
quoque tabernaculi que respicit ad aquilo-
nem fecit xx tabulas cum xl argen-
teis basibus duas bases per singu-
las tabulas. Contra occidentem vero
id est ad eam partem tabernaculi que mare
respicit fecit sex tabulas et duas

alias per singulos angulos tabernaculi
retro que iuncte erant sepitem deorsum usque
ad sursum in una parte compage usque ad
sursum ferebantur. Ista fecit ex una parte
per angulos ut octo essent simul tabule
et haberent bases argenteas xvi binas
scilicet bases sub singulis tabulis. Fecit
et vectes de lignis sethim quinque ad
continendas tabulas unius lateris taber-
naculi. Et quinque alias ad alterius lateris
tabulas coaptandas et extra hos quinque
alios vectes ad occidentalem plagam
tabernaculi contra mare. Fecit quoque vectem alium
qui per medias tabulas ab angulo usque
ad angulum perveniret. Ipsa autem tabula-
ta deauravit fusis basibus earum ar-
genteis et circulos eorum fecit aureos
per quos vectes eorum induci possent
et ipsos aureis laminis operuit. Fecit
et velum de iacincto et purpura vermiculo
ac bisso retorta opere polimitario
coccoque varium atque bis tinctum. Et quatuor
columpnas de lignis sethim quas cum
capitibus deauravit fusis basibus earum
argenteis. Fecit et tentorium in introitu
tabernaculi ex iacincto purpura et
vermiculo bissoque retorta opere plumario.
Et columpnas quinque cum capitibus suis
quas operuit auro basesque earum fudit
eneas quas operuit auro. Cap xxxvii

Fecit autem Beseleel et archam de lig-
nis sethim habentem duos et semi-
cubitos in longitudine ac cubitum et
semissem in latitudine. Altitudo quoque
unius cubiti fuit et dimidii. Vestivitque
eam auro purissimo intus ac foris et fecit
illi coronam auream per gyrum conflans
in quatuor anulos aureos per quatuor
angulos eius. Duos anulos in latere
uno et duos in altero. Vectes quoque eius
fecit de lignis sethim quos vestivit
auro et quos misit in anulos qui
erant in lateribus arche ad portandam eam.

Fecit et propiciatorium id est oraculum de
auro mundissimo duorum cubitorum et dimidii
in longitudine et cubiti ac semis in
latitudine. Duos etiam cherubin ex auro
ductili quos posuit in utraque parte
propiciatorii. Cherub unum in summitate
unius partis et cherub alterum in summitate
alterius partis. Duos cherubin in singulis
summitatibus propiciatorii extendentes
alas et protegentes propiciatorium seque
mutuo ad illud respicientes. Fecit
et mensam de lignis sethim in longitudine
duorum cubitorum et in latitudine unius
cubiti que habebat cubitum in latitudine
ac semissem. Circumdeditque eam auro
mundissimo et fecit illi labium aureum
per gyrum. Et ipsi quoque labio coronam auream
interrasilem quatuor digitorum et super
eandem alteram coronam aureolam. Fudit
et quatuor circulos aureos quos posuit in
quatuor angulis per singulos pedes mense
contra coronam. Misitque in eos vectes ut
possit mensa portari. Ipsos vectes fecit
de lignis sethim et circumdedit eos
auro. Et vasa ad diversos usus mense
acetabula fialas et ciatos et thuri-
bula ex auro puro in quibus offerenda
sunt libamina. Fecit et candelabrum
ductile de auro mundissimo de cuius
vecte calami ciphi sperule ac lilia
procedebant sex in utroque latere. Tres
calami ex parte una et tres ex parte
altera. Tres ciphi in nucis modum per
calamos singulos sperule que simul
et lilia. Et tres ciphi instar nucis
in calamo altero sperule que simul
et lilia. Equum erat opus sex cala-
morum qui procedebant de stipite cande-
labri. In ipso autem vecte erant quatuor
ciphi in nucis modum sperule que per sin-
gulos et lilia. Et sperule sub duobus
calamis per loca tria qui simul sex

fiunt calami procedentes de vecte uno
Sperule ergo et calami ex ipso erant v-
niversa ductilia ex auro purissimo. Fecit
et lucernas septem cum emunctoriis suis
et vasa ubi ea que emuncta sunt ex-
tinguntur de auro purissimo. Talentum au-
ri appendebat candelabrum cum omnibus
vasis suis. Fecit et altare thimia-
matis de lignis setthim habens per
quadrum singulos cubitos in altitudine
duos, de cuius angulis procedebant
cornua. Vestivitque illud auro mun-
dissimo cum craticula ac parietibus et
cornibus. Fecitque ei coronam aure-
olam per girum et duos anulos aureos
sub corona per singula latera ut mit-
tantur in eos vectes ut possit altare
portari. Ipsos autem vectes fecit de lig-
nis setthim et operuit laminis aureis.
Composuitque et oleum ad sanctificationis
unguentum et thimiama de aroma-
tibus mundissimis opere pigmentarii. XXXVIII

Fecit et altare holocausti de lig-
nis setthim quinque cubitorum per
quadrum et trium in altitudine cuius cor-
nua de angulis procedebant operuitque
eis laminis eneis. Et in usus eius parauit
ex ere vasa diversa: lebetes, forci-
pes, fuscinulas, uncinos, et ignium
receptacula. Craticulamque eius in
modum retis fecit eneam et subter
eam in altaris medio arulam sustentans
quatuor anulis per totidem reticuli
summitates ad immittendos vectes
ad portandum quos et ipsos fecit de lig-
nis setthim et operuit laminis eneis.
Induxitque in circulos qui in altaris
lateribus eminebant. Ipsum autem altare
non erat solidum sed cavum ex tabulatis
et intus vacuum. Fecit et labrum eneum
cum basi sua de speculis mulierum
que excubabant in ostio tabernaculi.

Fecit et atrium in cuius australi pla-
ga erant tentoria de bysso retorta cubi-
torum centum. Columpne enee XX cum ba-
sibus suis. Capita columpnarum eiusdem
mensure et tota operis celatura arge-
ntea. Eque ad septentrionalem plagam
tentoria, columpne, basesque et capita co-
lumpnarum eiusdem mensure et operis ac
metalli erant. In ea vero plaga que
ad occidentem respicit fuerunt tentoria
cubitorum L et columpne decem cum basi-
bus suis. Et capita columpnarum et
tota operis celatura argentea. Porro
contra orientem L cubitorum parauit ten-
toria, e quibus XV cubitos columpnarum
trium cum basibus suis unum tenebat
latus. Et in parte altera quia inter utrumque
introitum tabernaculi faciet eque cubi-
torum XV erant tentoria columpne tres
et bases totidem. Cuncta atrii tento-
ria bissus retorta texuerat. Bases
columpnarum fuerunt enee capita autem
earum cum cunctis celaturis suis argentea.
Sed et ipsas columpnas atrii vestivit
argento et in introitu eius opere plum-
arii fecitque tentorium ex iacincto pur-
pura vermiculo ac bisso retorta quod
habebat XX cubitos in longitudine.
Altitudo vero quinque cubitorum erat iuxta
mensuram quam cuncta atrii habebant
tentoria. Columpne autem in ingressu in-
fuerunt cum basibus eneis, capitaque earum
et celature argentee. Paxillos quoque ta-
bernaculi et atrii fecit per girum eneos.
Hec sunt instrumenta tabernaculi
testimonii que numerata sunt iuxta preceptum
moysi in cerimoniis levitarum per manum
ythamar sacerdotis filii aaron quae
beseleel filius huri filii hur de tribu
iuda domino per moysen iubente compleuerat
iuncto sibi socio ooliab filio achisa-
mech de tribu dan qui et ipse artifex

lignorum egressus fuit et polimitarius
atque plumarius ex iacincto purpura
vermiculo et bisso. Omne aurum quod ex-
pensum est in opere sanctuarii et quod oblatum
est in donariis xxix talentorum fuit et
septingentorum xxx siclorum ad mensuram
sanctuarii. Oblatum est autem ab hiis qui
transierunt ad numerum a xx annis et supra
et de sexcentis tribus milibus et quingentis
l armatorum. Fuerunt preterea centum ta-
lenta argenti ex quibus conflate sunt
bases sanctuarii et introitus ubi velum
pendet. Centum bases facte sunt de talentis
centum singulis talentis per bases singulas
supputatis. De mille autem septingentis
lxxv siclis fecit capita columpnarum
quas et ipsas vestivit argento. Eris
quoque oblata sunt talenta lxx duo milia
et quadringenti supra sicli ex quibus
fuse sunt bases in introitu tabernaculi
testimonii et altare eneum cum craticula
sua. Omniaque vasa que ad usum eius
pertinent et bases atrii tam in circuitu
quam in ingressu eius et paxilli taber-
naculi atque atrii per gyrum. Capitulum XXXIX

De iacincto vero et purpura et ver-
miculo ac bisso fecit vestes
quibus indueretur aaron quando ministra-
bat in sanctis sicut precepit dominus moisi.
Fecit igitur superhumerale de auro iacin-
to et purpura coccoque bis tincto
et bisso retorta opere plumario. Inci-
ditque bratteas aureas et extenu-
avit in fila ut possint torqueri cum priorum
colorum subtegmine. Duasque oras
sibi invicem copulatas utroque latere
summitatum et balteum ex eisdem colo-
ribus sicut preceperat dominus moisi.
Paravit et duos lapides onichi-
nos inclusos auro et sculptos arte
gemmaria nominibus filiorum israel. Sex nomina
in lapide uno et sex in altero iuxta
ordinem nativitatis eorum. Posuitque eos
in lateribus superhumeralis in monimen-
tum filiorum israel sicut preceperat dominus moy-
si. Fecit et rationale opere polimito iuxta
opus superhumeralis ex auro iacincto
purpura coccoque bis tincto et bisso re-
torta quadrangulum duplex mensure
palmi et posuit in eo gemmarum ordines
iiii. In primo versu erat sardius topa-
sius et smaragdus. In secundo carbun-
culus saphirus et iaspis. In tercio
ligurius achates amestistus. In quarto
crisolitus onichinus et berillus
circumdati et inclusi auro per ordines
suos. Ipsique lapides xii sculpti erant
xii nominibus filiorum israel tribuum singuli
per nomina singulorum in rationali. Fecerunt
et cathenulas sibi invicem coherentes
de auro purissimo et duos uncinos
totidemque anulos aureos. Porro
anulos posuerunt in utroque latere rationa-
lis e quibus penderent due cathene au-
ree quas inseruerunt uncinis qui in
superhumeralis angulis eminebant.
Hec et ante et retro ita conveniebant
sibi ut superhumerale et rationale mu-
tuo necterentur stricta ad balteum
anulis fortius copulata quos iunge-
bat vitta iacinctina ne laxa fluerent
et a se invicem moverentur sicut precepit
dominus moisi. Fecerunt quoque tunicam superhu-
meralis totam iacinctinam et capitium in
superiori parte contra medium. Oramque per
gyrum capitii textilem. Deorsum autem ad
pedes mala punica de iacincto purpura
vermiculo ac bisso retorta et tintinna-
bula de auro purissimo que posuerunt
inter malagranata in extrema parte tunice
per gyrum. Tintinabulum autem aureum et
malum punicum quibus ornatus incedebat
pontifex quando ministerio fungebatur sicut dominus
precepit moisi. Fecerunt et tunicas bissi-
nas opere textili aaron et filiis eius
et mitras cum coronulis suis ex bisso

Leu

Femoralia quoque linea byssina. Cingulum
vero de bysso retorta iacincto purpura
ac vermiculo distinctum arte plumaria
sicut preceperat dominus moysi. Fecerunt et lami-
nam sacre veneracionis de auro purissimo.
Scripserunt in ea opere gemmario sanctum domini.
Et strinxerunt eam cum mitra vitta iacin-
tina sicut preceperat dominus moysi. Perfectum
est igitur omne opus tabernaculi et tecti tes-
timonii. Feceruntque filii israel cuncta que
preceperat dominus moysi. Et obtulerunt taber-
naculum et tectum et universam supellec-
tilem et anulos tabulas vectes co-
lumpnas ac bases opertorium de pellibus
arietum rubricatis et aliud opertorium de
iacintinis pellibus velum archam vectes
propiciatorium mensam cum vasis et propo-
sitionis panibus et candelabrum et lucer-
nas et utensilia earum cum oleo. Altare
aureum et unguentum et thimiama ex
aromatibus et tentorium in introitu ta-
bernaculi. Altare eneum reticulum
vectes et vasa eius omnia. Labrum cum basi
sua tentoria atrii et columpnas cum
basibus suis. Tentorium in introitu a-
trii funiculosque illius et paxillos.
Nichil de vasis defuit que in ministe-
rium tabernaculi et in tectum federis
iussa sunt fieri. Vestes quoque quibus utun-
tur sacerdotes in sanctuario aaron
scilicet et filii eius obtulerunt filii israel
sicut preceperat dominus. Que postquam moy-
ses cuncta vidit expleta benedixit eis.

Capitulum xl.

Locutusque est dominus ad
moysen dicens. Mense primo die
prima mensis eriges tabernaculum
testimonii. Et pones in eo archam
dimittesque ante illam velum et illata men-
sa pones super eam que rite precepta
sunt. Candelabrum stabit cum lucernis
suis et altare aureum in quo adoletur
incensum coram archa testimonii. Tento-
rium in introitu tabernaculi pones et
ante illud altare holocausti. Labrum
inter altare et tabernaculum quod imple-
bis aqua. Circumdabisque atrium tentoriis
et ingressum eius. Et assumpto unctionis oleo
unges tabernaculum cum vasis suis
ut sanctificentur et altare holocausti
et omnia vasa eius. Labrum cum basi sua
omnia unctionis oleo consecrabis ut
sint sancta sanctorum. Applicabisque aaron et
et filios eius ad fores tabernaculi tes-
timonii et lotos aqua indues sanctis
vestibus ut ministrent michi et unccio eorum in
sacerdocium proficiat sempiternum. Fecitque
moyses omnia que preceperat ei dominus. Igitur
primo mense anni secundi prima die mensis collocatum
est tabernaculum erexitque illud moyses et posuit
tabulas ac bases et vectes statuitque
columpnas et expandit tectum super tabernaculum
imposito desuper operimento sicut dominus imperat.
Posuit et testimonium in archa subditis infra
vectibus et oraculum desuper. Cumque intulisset
archam in tabernaculum appendit ante eam velum
ut expleret domini iussionem. Posuit et mensam
in tabernaculo testimonii ad plagam septentrionalem
extra velum ordinatis coram propositionis panibus.
Posuit et candelabrum in tabernaculo testimonii e
regione mense in parte australi locatis per or-
dinem lucernis iuxta preceptum domini. Posuit et al-
tare aureum sub tecto testimonii contra velum et
adolevit super eo incensum aromatum sicut preceperat dominus moysi.
Posuit et tentorium in introitu tabernaculi et altare
holocausti in vestibulo testimonii offerens in eo
holocaustum et sacrificia ut dominus imperaverat. Labrum
quoque statuit inter tabernaculum testimonii et altare implens
illud aqua. Laveruntque aaron et filii eius manus suas
ac pedes cum ingrederentur tectum federis et acce-
derent ad altare sicut preceperat dominus moysi.
Erexit et atrium per girum tabernaculi
et altaris ducto in introitu eius tentorio.
Postquam cuncta perfecta sunt operuit nubes
tabernaculum testimonii et gloria domini
implevit illud nec poterat moyses ingredi

tectum scilicet deus nube operiente omnia et ma-
gestate domini corruscante quia cuncta
nubes operuerat. Si quando nubes taber-
naculum deserebat, proficiscebantur filij
israel per turmas suas. Si pendebat de-
super, manebat in eodem loco. Nubes
quippe domini incubabat per diem taber-
naculo et ignis per nocte videntibus
cunctis populis israel per cunctas mansiones suas

Explicit exodus Incipit leviticus

Vocavit autem dominus
moysen et locutus est
ei de tabernaculo testimonij
dicens. Loquere filijs israel
et dices ad eos. Homo
qui obtulerit ex vobis hos-
tiam deo de pecoribus id est de bobus et
de ovibus offerens victimas. Si ho-
locaustum fuerit eius oblacio ac de ar-
mento masculinum immaculatum offeret
ad ostium tabernaculi testimonij ad
placandum sibi dominum. Ponetque manus
super caput hostie et acceptabilis erit
atque in expiacionem eius proficiet immo-
labitque vitulum coram domino. Et offerent
filij aaron sacerdotis sanguinem eius
fundentes per altaris circuitum quod est
ante ostium tabernaculi. Detractaque
pelle hostie artus in frusta concident
et subicient in altari ignem strue lignorum
ante composita. Et membra que sunt cesa
desuper ordinantes, caput videlicet et
cuncta que adherent iecori, intestinis
et pedibus lotis aqua. Adolebitque ea
sacerdos super altare in holocaustum
et suavem odorem domino. Quod si de pecoribus pecudibus
oblacio est de ovibus sive de capris ho-
locaustum agnum anniculum et absque ma-
cula offeret. Immolabitque ad latus al-
taris quod respicit ad aquilonem
coram domino. Sanguinem vero illius fundent
super altare filij aaron per circuitum. Di-
videntque membra caput et omnia que ad-
herent iecori. Et imponent super ligna qui-
bus subiciendus est ignis. Intestina
vero et pedes lavabunt aqua et oblata omnia
adolebit sacerdos super altare in holo-
caustum et odorem suavissimum domino.
Si autem de avibus holocausti oblacio
fuerit domino de turturibus et pullis
columbe. Offeret eam sacerdos ad altare
et retorto ad collum capite ac rupto
vulneris loco decurrere faciet sanguinem
super crepidinem altaris. Vesiculam vero
gutturis et plumas proiciet prope al-
tare ad orientalem plagam in loco
in quo cineres effundi solent. Confrin-
getque ascellas eius et non secabit neque
ferro dividet eam et adolebit super
altare lignis et igne supposito. Ho-
locaustum est et oblacio suavissimi odoris domino

Anima cum obtulerit Capitulum ij
oblacionem sacrificij domino simila
eius oblacio erit. Fundetque super eam
oleum et ponet thus ac deferet ad
filios aaron sacerdotis, quorum unus
tollet pugillum plenum simile et olei
ac totum thus et ponet memoriale
super altare in odorem suavissimum
domino. Quod autem reliquum fuerit de sacri-

ficiis erit aaron et filiorum eius sanctum
sanctorum de oblationibus domini. Cum autem obtu
leris sacrificium coctum in clibano de simila
panes scilicet absque fermento conspersos oleo
et lagana azima oleo lita. Si oblatio
tua fuerit de sartagine simile conspersae
oleo et absque fermento divides eam mi
nutatim et fundes super eam oleum. Si
autem de craticula fuerit sacrificium eque
simila conspergetur oleo quam offerens
domino trades in manibus sacerdotis. Qui cum
tu obtuleris eam tollet memoriale de
sacrificio et adolebit super altare in odorem
suavitatis domino. Quicquid autem reliquum
est erit aaron et filiorum eius sanctum sanctorum
de oblationibus domini. Omnis oblatio que
offertur domino absque fermento fiet. Nec
quicquam fermenti ac mellis adolebitur
in sacrificio domini. Primicias tantum eorum
offeretis ac munera super altare vero non
imponetis in odorem suavitatis domino.
Quicquid obtuleris sacrificii sale con
dies nec auferes sal federis dei tui de
sacrificio tuo. In omni oblatione offeres
sal. Si autem obtuleris munus primi
tiarum frugum tuarum domino de spicis ad
huc virentibus torrebis eas igni et
confringes in modum farris et sic of
feres primicias tuas domino fundens super
eas oleum et thus imponens quia oblatio
domini est. De qua adolebit sacerdos in
memoria muneris partem farris fracti
et olei ac totum thus. Capitulum iii

Quod si hostia pacificorum fuerit
eius oblatio et de bubus volu
erit offerre marem sive feminam
immaculata offeret coram domino. Ponet
que manum super caput victime sue que
ymolabitur in introitu tabernaculi
testimonii. Fundentque filii aaron sacerdotis
sanguinem per altaris circuitum et offerent
de hostia pacificorum in oblatione domino adipem
que operit vitalia et quicquid pinguedinis
est extrinsecus duos renes cum adipe
quo teguntur ilia et reticulum iecoris
cum renunculis adolebuntque ea
super altare in holocaustum lignis et
igne supposito in oblationem suavissimi
odoris domino. Si vero de ovibus erit fuerit
oblatio et pacificorum hostia sive mas
culum sive feminam obtulerit immacu
lata erunt. Si agnum obtulerit coram
domino ponet manum super caput victime
sue que ymolabitur in vestibulo taber
naculi testimonii. Fundentque filii aaron
sanguinem eius per circuitum altaris et of
ferent de pacificorum hostia sacrificium
domino adipem et caudam totam cum renibus
et pinguedinem que operit ventrem atque
universa vitalia et utrumque renunculum
cum adipe que est iuxta ilia reticulumque
iecoris cum renunculis et adolebit ea
sacerdos super altare in pabulum ignis
oblationem domini. Si capra fuerit eius
oblatio et obtulerit eam domino ponet
manum suam super caput eius ymola
bitque eam in introitu tabernaculi testimonii
et fundent filii aaron sanguinem eius
per altaris circuitum tollentque ex ea in
pastum ignis dominici adipem que operit
ventrem et que tegit universa vitalia
duos renunculos cum reticulo quod est super
eos iuxta ilia et arvinam iecoris cum
renunculis suis adolebitque ea sacer
dos super altare in alimoniam ignis et
suavissimi odoris domino. Omnis adeps
domini erit iure perpetuo in generationibus
et cunctis habitaculis vestris nec adipem
nec sanguinem omnino comedetis sed
offerent super altare domino. Capitulum iiii

Locutus est dominus ad moysen dicens
Loquere filiis israhel. Anima que pec
caverit per ignorantiam et de universis

madatis dni que precepit ut no fieret
quippiam fecerit. Si sacerdos qui e unctus
peccaverit delinquere faciens ppl'm offeret
pro pcto suo vitulum imaculatum dno
et adducet illu ad ostium tabnaculi
testimonij coram dno. Ponetque manum
sup caput eius et ymolabit eum dno.
Hauriet de sanguine vituli inferens
illu in tabnaclm testimonij. Cumque intin
xerit digitum in sanguine/ asperget eu sep
ties coram dno contra velum sanctuarij.
Ponetque de eod sanguine sup cornua
altaris thimiamatis gratissi dno qd
e in tabnaclo testimonij. Omne aut re
liquum sanguinem fundet in basim al
taris holocausti in introitu tabnaculi
et adipe vituli pro pcto offeret tam eu
qui vitalia operit q oia que intrinsecus
sunt. Duos renunculos et reticulum
qd e sup eos iuxta ilia et adipe iecoris
cum renunculis sicut offert de vitulo
hostie pacificorum et adolebit ea super
altare holocausti pellem vo et oes
carnes cum capite et pedibus et intestinis
et cum fimo et reliquo corpe efferet extra
castra in locum mundum ubi cineres effundi
solent. Incendetque ea sup lignorum struem
qui in loco effusorum cinerum cremabuntur.
Quod si ois turba filiorum israel ignoraverit
et per imperitiam fecerit quod contra
mandatum dni est et postea intellexerit
pctm suum offeret pro pcto suo vitulum
adducetque eum ad ostium tabernaculi
et ponent seniores ppli manus sup ca
put eius coram dno ymolatoque vi
tulo in conspectu dni inferet sacerdos qui
unctus e de sanguine eius in tabnaclm
testimonij tincto digito asperget septies
contra velum ponetque de eod sanguine
in cornibus altaris qd e coram dno
in tabernaculo testimonij. Reliquum vo

sanguine fundet iuxta basim altaris
holocaustorum quod e in hostio tabnaculi
testimonij. Omne qz adipe eius tollet et
adolebit sup altare sic faciens et de
hoc vitulo quo et prius et roga
te pro eis sacerdote ppiciatus erit ei dns.
Ipm aut vitulum efferet extra castra et
comburet sicut et priorem vitulum qr
e pro pcto multitudinis. Si peccaverit
princeps et fecerit unum ex pluribus per
ignorantiam qd dni lege phibitum
est/ et postea intellexerit pctm suum
offeret hostiam coram dno hircum de ca
pris imaculatum. Ponetque manum
suam sup caput eius. Cumque ymolaverit
eum in loco ubi solet mactari holo
caustum coram dno qr pro pcto e/ tinget
sacerdos digitum in sanguine hostie
pro pcto tangens cornua altaris ho
locausti et reliquum fundens ad ba
sim eius. Adipe vo adolebit sup
sicut in victimis pacificorum fieri solet.
Rogabitque pro eo et pro pcto eius et dimit
tatur ei. Quod si peccaverit aia per igno
rantiam de ppo terre ut faciat quidquam
de hijs que dni lege phibentur atque
delinquat et cognoverit pctm suum of
feret capram imaculatam. Ponetque
manum sup caput hostie que pro pcto est
et ymolabit eam in loco holocausti
tolletque sacerdos de sanguine in digito
suo et tangens cornua altaris holo
causti. Reliquum vo fundet ad basim
eius. Omnem aut adipe auferens sicut
auferri solet de victimis pacificorum
adolebit sup altare in odorem suavitatis
dno. Rogabitque pro eo et dimittetur ei.
Sin aut de pecoribus attulerit vic
timam pro pcto ovem scilicet imaculatam
ponet manum sup caput eius et immo
labit eam in loco ubi solent cedi holo

caustor hostie Tinguetque sacerdos de
sanguine eius digito suo et tanget
cornua altaris holocausti Reliquum
fundet ad basim eius Omnem quoque adi
pem auferens sicut auferri solet
adeps arietis qui immolatur pro pacificis
et cremabit super altare in incensum
domini Rogabitque pro eo et pro peccato eius et dimittetur ei

Capitulum V

Si peccaverit anima et au
dierit vocem iurantis testisque fuerit
quod aut ipse vidit aut conscius est
nisi indicaverit portabit iniquitatem suam
Anima que tetigerit aliquid immundum sive quod
occisum est a bestia aut per se mortuum
aut quodlibet aliud reptile et oblita
fuerit immunditie sue Rea est et deliquit
Et si tetigerit quicquam de immunditia hominis
iuxta omnem impuritatem qua pollui so
let Oblitaque cognoverit postea sub
iacebit delicto Anima que iuraverit et pro
tulerit labiis suis ut vel male quid
faceret vel bene et non fecerit idipsum iu
ramento et sermone firmaverit oblita
que postea intellexerit delictum suum
agat penitentiam pro peccato et offerat de gre
gibus agnam sive capram Orabitque
sacerdos pro eo et pro peccato eius Sin
autem non potuerit offerre pecus offerat
duas turtures vel duos pullos co
lumbarum domino Unum pro peccato et alterum
in holocaustum Dabitque eos sacer
doti qui primum offerens pro peccato retorquebit
caput eius ad pennulas ita ut collo
adhereat et non penitus obrumpatur
et asperget de sanguine eius parietem altaris
Quicquid autem reliquum fuerit faciet dis
tillare ad fundamentum eius quia pro peccato
eius est Alterum vero adolebit in holo
caustum ut fieri solet Rogabitque pro eo
sacerdos et pro peccato eius et dimittetur ei
Quod si non quiverit manus eius duos of

ferre turtures aut duos pullos columbarum
offeret pro peccato suo simile partem ephi decì
mam non mittet in ea oleum nec thuris a
liquid imponet quia pro peccato est Tradetque eam
sacerdoti qui plenum ex ea pugillum hau
riens cremabit super altare in monimentum
eius qui obtulit rogans pro illo et expians
Reliqua vero partem ipse habebit in munere
Locutusque est dominus ad moysen dicens Anima
si prevaricans cerimonias per errorem in
hiis que domino sunt sanctificata peccaverit
offeret pro delicto suo arietem immaculatum
de gregibus qui emi potest duobus siclis
iuxta pondus sanctuarii et ipsum quod intulit
dampni restituet et quintam partem ponet
supra tradens sacerdoti qui rogabit pro eo
offerens arietem et dimittetur ei Anima que pec
caverit per ignorantiam feceritque unum ex
hiis que domini lege prohibentur et peccati
rea intellexerit iniquitatem suam offeret
arietem immaculatum de gregibus sacerdoti
iuxta mensuram estimationemque peccati qui
orabit pro ea quia nesciens fecerit et dimittetur

Capitulum VI

ei quia per errorem deliquit in dominum
Locutusque est dominus ad moysen dicens
Anima que peccaverit et contempto domino
negaverit proximo suo depositum quod fidei
eius creditum fuerat vel aliquid furat vel
vi aliquid extorserit aut calumpniam fe
cerit Sive rem perditam invenerit et
inficiens insuper peieraverit aut quod
libet aliud ex pluribus fecerit in quibus
peccare solent homines Convicta delicti
reddet omnia que per fraudem voluit ob
tinere integra et quintam insuper partem
domino cui dampnum intulerat Pro peccato
autem suo offeret arietem immaculatum de
grege et dabit eum sacerdoti iuxta
estimationem mensuramque delicti qui ro
gabit pro eo coram domino et dimittetur
illi pro singulis que faciendo peccavit

Locutus e dns ad moysen dicens p
cipe aaron et filijs eius Hec e lex ho
locausti Cremabitur in altari tota noc
te usq mane ignis ex eodem altaris erit
Vestietur tunica sacerdos et feminalibus
lineis tolletq cineres quos vorans
ignis exussit et ponens iuxta altare
spoliabitur prioribus vestimentis et
indutus alijs ex castra efferet eos et
i loco mundissimo usq ad favillam con
sumi faciet Ignis aut in altari sep
ardebit quem nutriet sacerdos subi
ciens ligna mane per singulos dies
Et iposito holocausto desup adipes
adolebit pacificorum Ignis iste e ppe
tuus qui nunq deficiet in altari Hec
e lex sacrificij et libamentorum que of
ferent filij aaron cora dno et cora al
tari Tollet sacerdos pugillum simile
que conspersa e oleo et totum thus qd sup
similam positum e adolebitq id i altari
i monimentum suavissimi odoris dno Re
liquam aut partem simile comedet aaron
cum filijs suis absq fermento et comedet
in loco sctuarij tabernaculi Ideo aut
non fermentabitur quia pars eius i dni in
censum offertur sctm sctorum erit sicut p
peccato atq delicto Mares tm stir
pis aaron comedent id Legittimum
sempiternum erit in gnacoibus vris de
sacrificijs dni omnis qui tetigerit illa sc
tificabitur Locutusq e dns ad moysen
d. Hec e oblatio aaron et filiorum eius quam
offerre debent dno in die unctionis sue
Decimam partem ephi offerent simile i sacri
ficio sempiterno medium eius mane et
medium eius vespere que in sartagine
conspersa oleo frigetur Offeret aut eam
calidam in odorem suavissimum dno sacer
dos qui iure patri successerit et tota oblatio
cremabitur in altari Omne eni sacrificium
sacerdotum igne consumetur nec quisquam
comedet ex eo Locutusq est dns

ad moisen dicens Loquere aaron et filijs
eius Ista e lex hostie pro peccato i loco
ubi offertur holocaustum ymolabitur
coram dno sctm sctorum e Sacerdos qui offert
comedet eam i loco sco i atrio taber
naculi quicquid tetigerit carnes eius sctifi
cabitur Si de sanguine illius vestis fuerit
aspersa lavabitur i loco sco Vas aut
fictile in quo cocta e confringetur Qd
si vas eneum fuerit defricabitur et lavabi
tur Omnis masculus de gnere sacerdotali
vescetur de carnibus eius quia sctm sctorum e
Hostia eni que ceditur pro peccato cuius sang
uis infertur i tabernaculum tabnaculi
testimonij ad expiandum i sctuario non co
medetur sed comburetur igni Hec e quoq lex
hostie pro delicto sctm sctorum e Ideirco
ubi ymolabitur holocaustum mactabitur
et victima pro delicto sanguis eius per girum
altaris fundetur Offerent ex ea caudam | Caudam
et adipem qui operit vitalia Duos renu
culos et pinguedinem que iuxta ilia e reti
culumq iecoris cum renunculis et adolebit
ea sacerdos sup altare incensum e domini
pro delicto Omnis masculus de sacerdotali
gnere in loco sco vescetur his carnibus
quia sctm sctorum e Sicut pro peccato offertur
hostia ita pro delicto utriusq hostie
lex una erit ad sacerdotem qui eam obtu
lerit ptinebit Sacerdos qui offert holo
causti victimam habebit pellem eius et
omne sacrificium simile quod coquitur i cli
bano et quicquid i craticula vel i sarta
gine pparatur sacerdotis eius erit a quo
offertur sive oleo conspersa sive ari
da fuerit cunctis filijs aaron mensura
equa per singulos dividetur Cap vij
Hec e lex hostie pacificorum que
offertur dno Si pro gratiarum actione
fuerit oblatio offerent panes absq
fermento et conspersos oleo et la
gana azima uncta oleo coctamq

simila et collirida olei admixtione conspersas. panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum que ymolatur pro pacificis. ex quibus unus pro primiciis offeretur domino et erit sacerdotis qui fundet hostie sanguinem. cuius carnes eadem comedentur die nec remanebit quicquam ex eis usque mane. Si voto vel sponte quispiam obtulerit hostiam eadem die similiter edetur. Sed et si quid in crastinum remanserit vesci licitum est. quicquid autem tercius invenerit dies ignis consumet. Si quis de carnibus victime pacificorum die tercio comederit irrita fiet eius oblatio nec proderit offerenti. quin potius quecumque anima tali se edulio contaminaverit prevaricationis rea erit. Caro que aliquid tetigerit immundum non comedetur sed comburetur igni. qui fuerit mundus vescetur ex ea. Anima polluta que ederit de carnibus hostie pacificorum que oblata est domino peribit de populis suis. et que tetigerit immundiciam hominis vel iumenti sive omnis rei que polluere potest et comederit de huiuscemodi carnibus interibit de populis suis. Locutusque est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israel. Adipem ovium et bovum et caprarum non comedetis. adipem cadaveris morticinii et eius animalis quod a bestia captum est habebitis in varios usus. Si quis adipem qui offerri debet in incensum domini comederit peribit de populo suo. Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo tam de avibus quam de pecoribus. Omnis anima que ederit sanguinem peribit de populis suis. Locutusque est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israel. Qui offert victimam pacificorum domino offerat simul et sacrificium id est libamina eius. tenebit manibus adipem hostie et pectusculum. Cumque ambo oblata domino consecraverit tradet sacerdoti qui adolebit adipem super altare. pectusculum autem erit aaron et filiorum eius. Armus quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primicias sacerdotis. Qui obtulerit sanguinem et adipem filiorum aaron ipse habebit et armum dextrum in porcione sua. Pectusculum enim elevationis et armum separationis tuli a filiis israel de hostiis eorum pacificis et dedi aaron sacerdoti et filiis eius lege perpetua ab omni filiis israel. Hec est unctio aaron et filiorum eius in cerimoniis domini dei in qua obtulit eos moyses ut sacerdotio fungerentur et que precepit eis dari dominus a filiis israel religione perpetua in generationibus suis. Ista est lex holocausti et sacrificii pro peccato atque delicto et pro consecratione et pacificorum victimis quam constituit dominus moysi in monte synay quando mandavit filiis israel ut offerrent oblationes suas domino in deserto synay.

Capitulum viii

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Tolle aaron cum filiis suis vestes eorum et unctionis oleum vitulum pro peccato. duos arietes. canistrum cum azimis. et congregabis omnem cetum ad ostium tabernaculi. Fecit moyses ut imperaverat. congregataque omni turba ante fores tabernaculi ait. Iste est sermo quem dominus iussit fieri. Statimque obtulit aaron et filios eius. Cumque eos lavisset vestivit pontificem subucula linea accingens eum balteo et induens eum tunica iacintina et desuper humerale imposuit quod astringens cingulo aptavit rationali in quo erat doctrina et veritas. cidarim quoque texit caput et super eam contra frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificatione sicut preceperat ei dominus. Tulit et unctionis oleum quo linivit tabernaculum cum omni supellectili sua. Cumque sanctificans aspersisset altare septem vicibus unxit illud et omnia vasa eius. labiumque cum basi sua sanctificavit oleo quod fundens super caput aaron unxit eum et consecravit. Filios quoque eius oblatos consecravit. vestivitque tunicis lineis et cinxit baltheis imposuitque

ministerii ut iusserat dominus. Obtulit et vitu-
lum pro peccato. Cumque super caput eius posuisset
aaron et filii eius manus suas, ymmo-
lavit eum hauriens sanguinem et tincto di-
gito tetigit cornua altaris per gyrum. Quo
expiato et sanctificato fudit reliquum san-
guinem ad fundamenta eius. Adipem vero qui erat
super vitalia et reticulum iecoris, duos-
que renunculos cum arvinulis suis ado-
levit super altare, vitulum cum pelle et
carnibus et fimo cremans extra castra
sicut preceperat dominus. Obtulit et arietem
immaculatum in holocaustum. Super caput eius
cum imposuissent aaron et filii eius manus suas
ymmolavit eum, et fudit sanguinem eius per cir-
cuitum super altare. Ipsumque arietem in frusta
concidens caput eius et artus et adipem
adolevit igni, lotis prius intestinis et
pedibus, totumque arietem simul incendit
super altare eo quod esset holocaustum suavis-
simi odoris domino sicut preceperat ei. Ob-
tulit et arietem secundum in consecrationem sa-
cerdotum. Posueruntque super caput eius
aaron et filii eius manus suas. Quem
cum ymmolasset moyses sumens de sanguine
tetigit extremum auricule dextre aaron
et pollicem manus eius dextre, similiter et pe-
dis dextri. Obtulit et filios aaron. Cumque
de sanguine ymmolati arietis tetigisset
extremum auricule singulorum dextre et
pollices manus ac dextri pedis, reli-
quum fudit super altare per circuitum. Adipem
vero et caudam omnemque pinguedinem que
operit intestina, reticulumque iecoris et duos
renunculos cum adipibus suis et armo
dextro separavit. Tollens autem de canistro
azimorum quod erat coram domino panem
absque fermento et collyridam conspersam
oleo laganumque posuit super adipes
et armum dextrum, tradens simul
omnia aaron et filiis eius. Qui postquam

levaverunt ea coram domino rursum suscepta
de manibus eorum adolevit super altare
holocausti eo quod consecrationis esset oblatio
in odorem suavitatis sacrificii domino. Tu-
litque pectusculum elevans illud coram domino
de ariete consecrationis in partem suam sicut
preceperat ei dominus. Assumensque unguentum
et sanguinem qui erat super altare aspersit
super aaron et vestimenta eius et super filios
illius ac vestes eorum. Cumque sanctificasset
eos in vestitu suo, precepit eis dicens. Co-
quite carnes ante fores tabernaculi et
ibi comedite eas. Panes quoque consecra-
tionis edite qui positi sunt in canistro sicut
precepit michi dominus dicens. Aaron et filii eius
comedent eos. Quicquid autem reliquum fuerit
de carne et panibus ignis consumet. De
ostio quoque tabernaculi non exibitis vii
diebus usque ad diem quo complebitur tempus
consecrationis vestre. Septem enim diebus
finitur consecratio, sicut et inpresentiarum factum
est ut ritus sacrificii compleretur. Die
ac nocte manebitis in tabernaculo
observantes custodias domini ne moriamini.
Sic enim preceptum est michi. Feceruntque aaron
et filii eius cuncta que locutus est dominus
per manum moysi.

Capitulum ix

Facto autem die octavo vocavit moy-
ses aaron et filios eius ac maiores
natu israel. Dixitque ad aaron: Tol-
le de armento vitulum pro peccato et arietem
in holocaustum, utrumque immaculatum, et
offer illos coram domino. Et ad filios israel
loqueris. Tollite hircum pro peccato et vitulum
atque agnum anniculum et sine macula
in holocaustum, bovem et arietem pro paci-
ficis, et ymmolate eos coram domino in sa-
crificio singulorum simila oleo con-
spersam offerentes. Hodie enim dominus appa-
rebit vobis. Tulerunt ergo cuncta que ius-

stat moyses ad ostiu tabnaculi Vbi
cu ois multitudo staret/ ayt moyses
Iste e sermo que precepit dns facite
et apparebit vobis gla eius Dixitq a-
aron Accede ad altare et ymola p
pecto tuo offer holocaustu z deprecare
p te et p pplo Cumq mactaueris hostia
ppli ora p eo sicut precepit dns Stati
q aaron accedens ad altare ymo-
lat vitulu p pecto suo/ cuius sanguine
obtulerut ei filij sui In quo intingens di-
gitu tetigit cornua altaris z fudit
residuu ad basim eius Adipemq et
renunculos ac reticulu iecoris que
p pecto sut adoleuit sup altare sicut
preceperat dns moysi Carnes vero
et pelle eius extra castra combussit
igni Imolat z holocausti victima
Obtuleruntq filij sui sanguine eius
que fudit p altaris circuitu Ipam
q hostia in frusta concisa cu ca-
pite et mebris singulis obtulerut/
Que oia sup altare cremat igni
lotis prius intestinis aq z pedibus/ Et
p pecto ppli offerens mactat hircu Et ro-
piatoq altari fecit holocaustu addes
i sacrificium libamenta que pit offerunt
z adoles ea sup altare absq cerimonijs
holocausti matutini Imolat z bouem
atq ariete hostias pacificas ppli/
Obtuleruntq ei filij sui sanguinem
que fudit sup altare i circuitu Adi-
pes aut bouis et caudam arietis renuncu-
losq cu adipibus suis et reticulu ie-
coris posuerut sup pectora Cumq cre-
mati essent adipes sup altare/ pectora
eoru et armos dexteros separat aaron
eleuans cora dno sicut preceperat moy-
ses Et extendens manu ad pplm
bndixit eis Sicq copletis hostijs p
pecto z holocaustis pacificis descendit

Ingressi aut moyses z aaron tabnaculu
testimonij et deinceps egressi bndixerunt
pplo Apparuitq gla dni omni multitudini
Et ecce ignis egressus a dno deuorauit
holocaustu z adipes qui erat sup al-
tare Quod cu vidissent turbe laudauerunt
dnm ruentes i facies suas Ca x

Arreptisq nadab z abiu filij aa-
ron thuribulis Imposuerunt igne
et incensu desup offerentes cora dno
igne alienu quod eis preceptu no erat
Egressusq ignis a dno deuorauit eos
et mortui sut cora dno Dixitq moy-
ses ad aaron Hoc e qd locutus e dns
Sanctificabor in hijs qui appropinquant
mi et i conspectu ois ppli glificabor Qd
audiens tacuit aaron Vocatis aute
moyses misahel et elysaphan filijs
ozihel patrui aaron ait ad eos Ite
et tollite fres vros de conspectu sanctuarij
et asportate extra castra Confestimq
pgentes tulerut eos sicut iacebant
vestitos lineis tunicis et eiecerunt foras
ut sibi fuerat imperatu Locutusq est
moyses ad aaron z ad eleazar atq
ad ythamar filios eius Capita vra
nolite nudare et vestimenta nolite sci-
dere ne forte moriamini z sup omne cetu
oriatur indignacio Fratres vri z ois
domus isrl plangat incendiu quod
dns suscitauit Vos aut no egrediemi
fores tabnacli alioqui peribitis Oleu
quippe scte vnctois e sup vos Qui fe-
cerut oia iuxta preceptu moysi Dixitq
dns ad aaron Vinu et ome qd ine-
briare pt no bibetis tu et filij tui qn
intrabitis in tabnaculu testimonij ne
moriamini q preceptu sempiternu in gna-
tionibus vris z ut habeatis scientia dis-
cernendi inter sctm et pphanu/ inter pol-
lutu et mudu/ Doceatisq filios isrl
oia legitima mea que locutus e dns
ad eos p manu moysi Locutusq est

moyses ad aaron et ad eleazar atque ad
ythamar filios eius qui residui erant
Tollite sacrificium de oblatione domini et come
dite illud absque fermento iuxta altare
quia sanctum sanctorum est Comedetis autem in loco
sancto quod datum est tibi et filiis tuis de o
blationibus domini sicut preceptum est mihi Pec
tusculum quoque quod oblatum est et armum qui
separatus est edetis in loco mundissimo
tu et filii tui ac filie tue tecum Tibi enim
ac liberis tuis reposita sunt de hostiis
salutaribus filiorum israel eo quod armum et
pectus et adipes qui cremantur in al
tari elevaverunt coram domino et pertineant
ad te et ad filios tuos lege perpetua si
cut precepit dominus Inter hec hircum qui
oblatus fuerat pro peccato cum quereret moy
ses exustum repperit Iratusque contra ele
azar et ythamar filios aaron qui
remanserant ait Cur non comedistis
hostiam pro peccato in loco sancto que sancta sanctorum est
et data vobis ut portetis iniquitatem mul
titudinis et rogetis pro ea in conspectu domini
presertim cum de sanguine illius non sit illa
tum intra sancta et comedere eam debueratis
in sanctuario sicut preceptum est mihi Respondit aa
ron Oblata est hodie victima pro peccato et
holocaustum coram domino Michi autem accidit
quod vides Quomodo potui comedere eam
aut placare deum in ceremoniis mente
lugubri Quod cum audisset moyses recepit
sanctificationem

Capitulum XI

Locutusque est dominus ad moysen et ad
aaron dicens Dicite filiis israhel
Custodite omnia que scripsi vobis ut sim
vester deus Hec sunt animalia que come
dere debetis de cunctis animantibus terre
Omne quod habet divisam ungulam et
ruminaverit in pecoribus comedetis
Quidquid autem ruminat quidem et habet
ungulam sed non dividit eam sicut ca
melus et cetera non comedetis id est et
immunda reputabitis Chyrogrillus qui

ruminat ungulamque non dividit immundus
est Lepus quoque nam ipse ruminat sed ungu
lam non dividit Et sus que cum ungulam
dividat non tamen ruminat Horum carnibus
non vescemini nec cadavera contingetis quia
immunda sunt vobis Hec etiam sunt que
gignuntur in aquis et vesci licitum est
Omne quod habet pennulas et squamas tam
in mari quam in fluminibus et stagnis come
detis Quidquid autem pennulas et squa
mas non habet eorum que in aquis moventur
et vivunt abhominabile vobis et execrandum
erit Carnes eorum non comedetis et morti
cinia non vitabitis Cuncta que non
habent pennulas et squamas in aquis
polluta erunt Hec sunt que de avibus
comedere non debetis et vitanda sunt vobis
Aquilam et grifonem et aliettum et milvum
ac vulturem iuxta genus suum et omne
corvini generis in similitudinem suam Stru
tionem et noctuam et larum et accipitrem
iuxta genus suum bubonem et mergulum
et ibim et cignum et onocratulum et
porfirionem herodium et caradrium iuxta
genus suum upupam quoque et vespertilionem
Omne de volucribus quod graditur super
quattuor pedes abhominabile est vobis Quidquid
autem ambulat quidem super quattuor pedes et habet
longiora retro crura per que salit super
terram comedere debetis ut est bruchus in genere
suo et atthacus atque ophiomachus ac
locusta singula iuxta genus suum Quidquid
autem ex volucribus quattuor tantum habet pedes
execrabile erit vobis Et quicumque morti
cinia eorum tetigerit polluetur et erit
immundus usque ad vesperum Et si necesse fuerit
ut portet quispiam horum lavabit vestimenta
sua et immundus erit usque ad solis occasum
Omne animal quod habet quidem ungulam sed
non dividit eam nec ruminat immundum erit
Et quod tetigerit illud contaminabitur
Quod ambulat super manus ex cunctis

ambulantibus que incedunt quadrupedia immunda erunt. Qui tetigerit morticina eorum polluetur usque ad vesperum. Et qui portauerit huiuscemodi cadauera lauabit vestimenta sua et immundus erit usque ad vesperum quia omnia hec immunda sunt vobis. Hec quoque inter polluta reputabuntur de hiis que mouentur in terra. Mustela et mus et cocodrillus singula iuxta genus suum. migale et cameleon et stellio et lacerta et talpa. Omnia hec immunda erunt vobis. Qui tetigerit morticina eorum immundus erit usque ad vesperum. Et super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum polluetur tam vas ligneum et vestimentum quam pelles et cilicia et in quocumque fit opus tingentur aqua et polluta erunt usque ad vesperum et sic postea mundabuntur. Vas autem fictile in quo quicquam horum intus ceciderit polluetur ideoque frangendum est. Omnis cibus quem comedetis si fusa fuerit super eum aqua immundus erit et omne liquens quod bibitur de vniuerso vase immundum erit. Et quicquid de morticinis huiuscemodi ceciderit super illud immundum erit siue clibani siue citropodes destruentur et immundi erunt. Fontes vero et cisterne. Et omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit polluetur. Et si ceciderit super sementem non polluet eam. Si autem quispiam aqua sementem perfuderit et postea morticinis tacta fuerit illico polluetur. Si mortuum fuerit animal quod licet vobis comedere qui cadauer eius tetigerit immundus erit usque ad vesperum. Et qui comederit ex eo quippiam siue portauerit lauabit vestimenta sua et immundus erit usque ad vesperum. Omne quod reptat super terram abhominabile erit vobis nec assumetur in cibum. Quicquid super pectus quadrupes graditur et multos habet pedes siue per humum trahitur non comedetis quia abhominabile est. Nolite contaminare animas vestras nec tangatis quicquam eorum ne immundi sitis. Ego enim sum dominus deus vester. Sancti estote quia ego sanctus sum. Ne polluatis animas vestras in omni reptili quod mouetur super terram. Ego enim sum dominus qui eduxi vos de terra egipti ut essem vobis in deum. Sancti eritis quia ego sanctus sum. Ista est lex animantium ac volucrum et omnis anime viuentis que mouetur in aqua et reptat in terra ut differentias noueritis mundi et immundi et sciatis quid comedere et quid respuere debeatis.

Capitulum xii

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Mulier si suscepto semine peperit masculum immunda erit vii diebus iuxta dies separationis menstrue et die octauo circumcidetur infantulus. Ipsa vero xxxiii diebus manebit in sanguine purificationis sue. Omne sanctum non tanget nec ingredietur sanctuarium donec impleantur dies purgationis eius. Si autem feminam pepererit immunda erit duabus ebdomadibus iuxta ritum fluxus menstrui et lxvi diebus manebit in sanguine purificationis sue. Cumque expleti fuerint dies purgationis eius pro filio siue pro filia deferet agnum anniculum in holocaustum et pullum columbe siue turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonii et tradet sacerdoti qui offeret illa coram domino et rogabit pro ea et sic mundabitur a profluuio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculum aut feminam. Quod si non inuenerit manus eius nec potuerit offerre agnum sumet duos turtures vel duos pullos columbe [unum] in holocaustum et alterum pro peccato orabitque pro ea sacerdos et sic mundabitur.

Capitulum xiii

Locutusque est dominus ad moysen et aaron dicens. Homo in cuius carne et cute ortus fuerit diuersus color siue pustula aut quasi lucens quippiam id est plaga lepre adducetur

ad aaron sacerdotem vel vnumquemlibet
filiorum eius Qui cum viderit lepram
in cute et pilos in album mutatos colo-
rem ipamque speciem lepre humiliorem cute
et carne reliqua plaga lepre est et ad
arbitrium eius separabitur Sin autem lucens
candor fuerit in cute nec humilior carne
reliqua et pili coloris pristini recludet
eum sacerdos vij diebus et considerabit
die septima Et siquidem lepra vltra non
creuerit nec transierit in cute priores terminos
rursum includet eum vij diebus aliis
et die septima contemplabitur Si obscurior
fuerit lepra et non creuerit in cute mun-
dabit eum quia scabies est Lauabitque homo
vestimenta sua et mundus erit Quod si postquam
a sacerdote visus est et redditus mundicie
iterum lepra creuerit adducetur ad eum et
immundicie condempnabitur Plaga lepre
si fuerit in homine adducetur ad sacerdotem
et videbit eum Cumque color albus in
cute fuerit et capillorum mutauerit aspec-
tum ipa quoque caro viua apparuerit lepra
vetustissima iudicabitur atque inolita
cute Contaminabit itaque eum sacerdos
et non recludet quia perspicue immundicia
est Sin autem effloruerit discurrens lepra
in cute et operuerit omnem carnem a capite
usque ad pedes quicquid sub aspectum oculorum
cadit considerabit eum sacerdos et
teneri lepra mundissima iudicabit eo quod
omnis caro in candorem versa sit Et ideo
homo mundus erit Quando vero viuens caro in eo
apparuerit tunc sacerdotis iudicio pollue-
tur et inter immundos reputabitur Caro enim vi-
ua si lepra aspergitur immunda est Quod si rur-
sum fuerit versa in alborem et totum hominem
operuit considerabit eum sacerdos et im-
mundum esse decernet Caro autem et cutis in
qua vlcus natum est et sanatum et in loco
vlceris cicatrix apparuerit alba siue sub
rufa adducetur homo ad sacerdotem
Qui cum viderit locum lepre humiliorem carne

reliqua et pilos versos in candorem
contaminabit eum plaga enim lepre orta est
in vlcere Quod si pilus coloris est pristini
et cicatrix subobscura et vicina carne
non est humilior recludet eum vij diebus et
siquidem creuerit adiudicabit eum lepre
Sin autem steterit in loco suo vlceris cicatrix
est et homo mundus erit Caro et cutis quam
ignis exusserit et sanata albam siue ru-
fam habuerit cicatricem considerabit
eam sacerdos et cernens versam esse in alborem
et locum eius est reliqua cute humiliorem
contaminabit eum quia plaga lepre in cicatrice
exorta est Quod si pilorum color non fuerit mu-
tatus nec humilior plaga carne reli-
qua et ipa lepre species fuerit subobscura
recludet eum vij diebus et die septima
contemplabitur si creuerit in cute lepra con-
taminabit eum Sin autem in loco suo candor
steterit non satis clarus plaga combus-
tionis est et idcirco mundabitur quia cicatrix
est combustionis Vir siue mulier in cuius ca-
pite vel barba germinauerit lepra videbit
eos sacerdos et siquidem humilior fuerit
locus carne reliqua et capillus fla-
uus solitoque subtilior contaminabit eos
quia lepra capitis ac barbe est Sin autem
viderit locum macule equalem vicine
carni et capillum nigrum recludet eum
vij diebus et die vij intuebitur Si non
creuerit macula et capillus sui coloris
est et locus plage carni reliquae equalis
Radetur homo absque loco macule et reclu-
detur vij diebus aliis Si die septima visa
fuerit stetisse plaga in loco suo nec humi-
lior carne reliqua mundabit eum lotisque
vestibus suis mundus erit Sin autem
post emundacionem rursum creuerit macula
in cute non querat amplius utrum capillus
in flauum sit colorem mutatus quia aperte
immundus est Porro si steterit macula et

capilli nigri fuerint: noverit hominem esse sanatum et confidenter eum pronunciet mundum. Vir et mulier in cuius cute candor apparuerit intuebitur eos sacerdos. Si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute: sciat non esse lepram sed maculam coloris candidi et hominem mundum. Vir de cuius capite fluunt capilli calvus ac mundus est. Et si a fronte ceciderint pili recalvaster et mundus est. Sin autem in calvicio sive recalvacione albus vel rufus color fuerit exortus: et hoc sacerdos viderit condempnabit eum haut dubium lepre que exorta est in calvicio. Quicumque ergo maculatus fuerit lepra et separatus ad arbitrium sacerdotis: habebit vestimenta sua dissuta: caput nudum: os veste contectum: contaminatum ac sordidum se clamabit: omni tempore quo immundus est: et leprosus solus habitabit extra castra. Vestis linea que lepram habuerit in stamine aut subtegmine aut certe pellis vel quicquid ex pelle confectum est si alba vel rufa macula fuerit: lepra reputabitur: ostendeturque sacerdoti: qui consideratam recludet septem diebus. Et die septimo rursus aspiciens: si crevisse deprehenderit: lepra perseverans est: pollutum iudicabit vestimentum et omne in quo fuerit inventa et ideo comburetur flammis. Quod si eam viderit non crevisse: precipiet et lavabunt id in quo lepra est recludetque id septem diebus aliis. Et cum viderit faciem quidem pristinam non reversam nec tamen crevisse lepram: immundum iudicabit et igne comburet eo quod infusa sit in superficie vestimenti vel per totum lepra. Si autem obscurior fuerit locus lepre postquam vestis est lota abrumpet eum et a solido dividet. Quod si ultra apparuerit in hiis locis que prius immaculata erant: lepra volatilis et vaga est et debet igni comburi. Si cessaverit lavabit ea que pura sunt secundo et munda erunt. Ista est lex lepre vestimenti lanei et linei staminis atque subtegminis omnisque supellectilis pellicie quomodo mundari debeat vel contaminari.

Cap. xiiii.

Locutusque est dominus ad moysen dicens: Hic est ritus leprosi quando mundandus est. Adducetur ad sacerdotem qui egressus de castris cum invenerit lepram esse mundatam et precipiet ei qui purificatur ut offerat pro se duos passeres vivos quibus vesci licitum est et lignum cedrinum: vermiculumque et ysopum et unum ex passeribus ymolari iubebit in vase fictili super aquas viventes: alium autem vivum cum ligno cedrino et cocco et ysopo: tinget in sanguine passeris ymolati quo asperget illum qui mundandus est septies ut iure purgetur et dimittet passerem vivum ut in agrum avolet. Cumque laverit homo vestimenta sua radet omnes pilos corporis et lavabitur aqua: purificatusque ingredietur castra ita dumtaxat ut maneat extra tabernaculum suum septem diebus et die septimo radet capillos capitis barbamque et supercilia ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestibus et corpore die octavo assumet duos agnos immaculatos et ovem anniculam absque macula et tres decimas simile in sacrificium que conspersa sit oleo et seorsum olei sextarium. Cumque sacerdos purificans hominem statuerit eum et hec omnia coram domino in ostio tabernaculi testimonii: tollet agnum et offeret eum pro delicto: oleique sextarium. Et oblatis ante dominum omnibus ymolabit agnum ubi ymolari solet hostia pro peccato et holocaustum id est in loco sancto. Sicut enim pro peccato ita et pro delicto ad sacerdotem pertinet hostia sancta sanctorum est. Assumensque sacerdos de sanguine hostie que ymolata est pro delicto ponet

sup extremu auricule dextre eius qui mun-
datur et sup pollices manus dextre
et pedis et de olei sextario mittet in
manu sua sinistra tingetque digitum
dextre in eo et aspget septies contra
dnm Quod aut reliquum e olei in leua
manu fundet sup extremu auricule eius
dextre qui mundatur et sup pollices manus
ac pedis dextri et sup sanguinem qui
effusus e p delicto et sup capud eius
Rogabitque p eo cora dno et faciet sa-
crificiu p peccato Tunc ymolabit holo-
caustu et ponet illud in altari cu liba-
mentis suis et sic rite mundabitur Quod si
pauper e Et no pt manus eius invenire
que madata sunt Sumet agnu p delic-
to ad oblacoem ut roget p eo sacerdos
Decimaque pte simile conspse oleo i sac-
rificiu et olei sextariu Duosque turtures
sive duos pullos columbaru quorum unus
sit p peccato et alter in holocaustu offeretque
ea die octavo purificacois sue sacer-
doti ad ostiu tabernaculi testimonii
cora dno Qui suscipiens agnu p de-
licto et sextariu olei levabit simul
ymolatoque agno de sanguine eius ponet
sup extremu auricule dextre illius qui mu-
datur et sup pollices manus eius ac pe-
dis dextri Olei vero pte mittet i manum
sua sinistra in quo tinges digitu
dextre manus aspget septies contra
dnm tangetque extremu dextre auricule
illius qui mundatur et pollices manus ac pe-
dis dextri in loco sanguinis qui effusus
e p delicto Reliqua aut pte olei que
e in sinistra manu mittet sup capud
purificati ut placet p eo dnm Et
turture sive pullu columbe offeret
unu p delicto et alteru i holocaustu
cu libamentis suis et hoc e sacrificiu
leprosi qui habere no pt omnia i emundacoe

sui Locutus e dns ad moysen et aaron
d. Cu ingressi fueritis terra chanaan
qua ego dabo vobis i possessionem
si fuerit plaga lepre in edibus Ibit
cuius e domus nuncians sacerdoti
et dicens Quasi plaga lepre videtur
michi esse in domo mea Et ille precipiet
ut efferant universa de domo priusquam
ingrediatur ea et videat utrum lepra
sit ne inmunda fiant omnia que i domo
sunt Intrabitque postea ut consideret
domus lepram Et cu viderit i parietibus
illius quasi valliculas pallore sive
rubore deformes et humiliores sup-
ficie reliqua egredietur ostiu domus
et statim claudet ea vii diebus Re-
versusque die septimo considerabit ea Si i-
venerit crevisse lepram iubebit erui
lapides in quibus lepra e et proiciet
eos extra civitatem i loco inmundo Domum
aut ipsam radi intrinsecus p circuitu
et spergi pulverem rasure extra urbem i loco
inmundo Lapidesque alios reponi pro
hiis qui ablati fuerint et luto alio
liniri domum Sin aut postquam eruti
sunt lapides et pulvis elatus et alia
terra lita Ingressus sacerdos domu
viderit redisse lepram et parietes resp-
sos maculis lepra e perseverans et inmu-
da domus Quam statim destruent et
lapides eius ac ligna atque universum
pulverem proicient extra oppidum i loco i-
mundo Qui intraverit domu quando clau-
sa e inmundus erit usque ad vesperum
Et qui dormierit in ea et comederit
quippiam lavabit vestimenta sua Quod si
ingressus sacerdos viderit lepram
non crevisse in domo postquam domo-
lita est purificabit eam reddita sanitate

In purificatione eius sumet duos passeres, lignumque cedrinum et vermiculum atque ysopum. Et ymolato uno passere in vase fictili super aquas vivas, tollet lignum cedrinum et ysopum et coccum et passerem vivum et intinget omnia in sanguine passeris ymolati atque in aquis viventibus, et asperget domum septies, purificabitque eam tam in sanguine passeris quam in aquis viventibus et in passere vivo lignoque cedrino et ysopo atque vermiculo. Cumque dimiserit passerem avolare in agrum libere, orabit pro domo et iure mundabitur. Ista est lex omnis lepre et percussure lepre, vestium et domorum, cicatricis et erumpentium papularum et lucentis macule et in varias species coloribus immutatis, ut possit sciri quo tempore mundum quid vel immundum sit.

Cap. XV

Locutusque est dominus ad moysen et aaron dicens: Loquimini filiis israel et dicite eis: Vir qui patitur fluxum seminis immundus erit, et tunc iudicabitur huic vicio subiacere cum per momenta singula adheserit carni illius atque concreverit fedus humor. Omne stratum in quo dormierit immundum erit, et ubicumque sederit. Si quis hominum tetigerit lectulum eius, lavabit vestimenta sua, et ipse lotus aqua immundus erit usque ad vesperam. Si sederit ubi ille sedit, et ipse lavabit vestimenta sua, et lotus aqua immundus erit usque ad vesperam. Qui tetigerit carnem eius, lavabit vestimenta sua et lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Si salivam huiuscemodi homo iecerit super eum qui mundus est, lavabit vestimenta sua et lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Sagma super quod sederit immundum erit. Et omne quod tetigerit et quidquid sub eo fuerit qui fluxum seminis patitur pollutum erit usque ad vesperum. Qui portaverit horum aliquid lavabit vestimenta sua, et ipse lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Omnis quem tetigerit qui talis est non lotis ante manibus lavabit vestimenta sua, et lotus aqua immundus erit usque ad vesperam. Vas fictile quod tetigerit confringetur; vas autem ligneum lavabitur aqua. Si sanatus fuerit qui huiuscemodi sustinet passionem, numerabit vij dies post emundationem sui, et lotis vestibus ac toto corpore in aquis viventibus erit mundus. Die autem octavo sumet duos turtures aut duos pullos columbe et veniet in conspectu domini ad ostium tabernaculi testimonii, dabitque eos sacerdoti, qui faciet unum pro peccato et alterum in holocaustum, rogabitque pro eo coram domino ut emundetur a fluxu seminis sui. Vir de quo egreditur semen coitus lavabit aqua omne corpus suum, et immundus erit usque ad vesperum. Vestem et pellem quam habuerit lavabit aqua, et immunda erit usque ad vesperum. Mulier cum qua coierit lavabitur aqua, et immunda erit usque ad vesperum. Mulier que redeunte mense patitur fluxum sanguinis vij diebus separabitur. Omnis qui tetigerit eam immundus erit usque ad vesperum. Et lectus in quo dormierit vel sederit vij diebus separationis sue polluetur. Qui tetigerit lectulum eius lavabit vestimenta sua, et ipse lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Omne vas super quod illa sederit quisquis attigerit lavabit vestimenta sua, et lotus aqua pollutus erit usque ad vesperum. Si coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit vij diebus, et omne stratum in quo dormierit polluetur. Mulier que patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore menstruali, vel que post menstruum sanguinem fluere non cessat, quamdiu huic subiacet

passionis immunda erit quia sic in tempore menstruo
Omne stratum in quo dormierit et vas in
quo sederit pollutum erit Quicumque tetigerit
ea lauabit vestimenta sua et ipse lotus
aqua immundus erit usque ad vesperum Si steterit
sanguis et fluere cessauerit numerabit vii
dies purificationis sue et octavo die offeret
pro se sacerdoti duos turtures vel duos
pullos columbarum ad ostium tabernaculi
testimonii Qui unum faciet pro peccato et alterum
in holocaustum Rogabitque pro ea coram
domino et pro fluxu immundicie eius Docebitis
ergo filios israel ut caueant immundiciam
et non moriantur in sordibus suis cum pol-
luerint tabernaculum meum quod est inter
eos Ista est lex eius qui patitur fluxum se-
minis et qui polluitur coitu et que menstruis
temporibus separatur vel que iugi fluit sanguine
et hominis qui dormierit cum ea

Cap xvi

Locutusque est dominus ad moysen post
mortem duorum filiorum aaron quando of-
ferentes ignem alienum interfecti sunt et
precepit ei dicens Loquere ad aaron fratrem
tuum ne omni tempore ingrediatur sanctuarium
quod est intra velum coram propiciatorio quo
tegitur archa ut non moriatur quia in nu-
be apparebo super oraculum nisi hec ante
fecerit Vitulum offeret pro peccato et arietem
in holocaustum Tunica linea vestietur
feminalibus lineis verenda celabit Ac-
cingetur zona linea cidarim lineam
imponet capiti Hec enim sunt vestimenta
sancta quibus cunctis cum lotus fuerit induetur
Suscipietque ab universa multitudine fili-
orum israel duos hircos pro peccato et unum arie-
tem in holocaustum Cumque obtulerit vi-
tulum et orauerit pro se et pro domo sua duos
hircos faciet stare coram domino in ostio
tabernaculi testimonii mittens super
utrumque sortem unam domino et alteram capro
emissario Cuius sors exierit domino offeret
illum pro peccato Cuius autem in caprum emissarium
statuet eum vivum coram domino ut fundat
preces super eum et emittat illum in solitu-
dinem His rite celebratis offeret vitulum
et rogans pro se et pro domo sua immolabit
eum Assumptoque thuribulo quod de prunis
altaris impleuerit et hauriens manu com-
positum thimiama in incensum ultra velum in-
trabit in sancta ut positis super ignem aro-
matibus nebula eorum et vapor operiat
oraculum quod est super testimonium et non moriatur
Tollet quoque de sanguine vituli et asperget
digito septies contra propiciatorium ad ori-
entem Cumque mactauerit hircum pro peccato
populi inferet sanguinem eius intra velum si-
cut preceptum est de sanguine vituli ut aspergat
e regione oraculi et expiet sanctuarium
ab immundiciis filiorum israel et a preuaricatio-
nibus eorum cunctisque peccatis Iuxta hunc
ritum faciet in tabernaculo testimonii
quod fixum est inter eos in medio sordium
habitationis eorum Nullus hominum sit in ta-
bernaculo quando pontifex ingreditur
in sanctuarium ut roget pro se et pro domo
sua et pro universo cetu filiorum israhel
donec egrediatur tabernaculum Cum
autem exierit ad altare quod coram domino est
oret pro se et sumptum sanguinem vituli
atque hirci fundat super cornua eius per
gyrum aspergensque digito septies expiet
et sanctificet illud ab immundiciis filiorum israel
Postquam emundauerit sanctuarium et taber-
naculum et altare tunc offerat hircum vi-
uentem et posita utraque manu super caput
eius confiteatur omnes iniquitates filiorum
israel et universa delicta atque peccata eorum
que imprecans capiti eius emittet illum
per hominem paratum in desertum Cumque portauerit
hircus omnes iniquitates eorum in

terra solitaria z dimissus fuerit i deserto
reuertetur aaron in tabernaculum testimonii
z depositis vestibus quibus prius indutus
erat cum intraret sanctuarium relictisque
ibi lauabit carnem suam in loco sancto
indueturque vestibus suis Et postquam
egressus obtulerit holocaustum suum ac
plebis deprecabitur pro se quam pro populo z adipem
qui oblatus est pro peccatis adolebit super
altare Ille vero qui dimiserit caprum
emissarium lauabit vestimenta sua z corpus
aqua et sic ingredietur in castra Vitu
lum autem et hircum qui pro peccato fuerant
ymolati z quorum sanguis illatus est
ut in sanctuario expiatio compleretur aspor
tabunt foras castra z comburent igni
tam pelles quam carnes eorum ac fimum
Et quicumque combusserit ea lauabit vesti
menta sua z carnem aqua z sic ingredietur
in castra Eritque hoc vobis legittimum
sempiternum Mense autem vii decima die
mensis affligetis animas vestras nullum
quam facietis opus siue indigena siue
aduena qui peregrinatur inter vos In hac
die expiatio erit vestri atque mundatio ab
omnibus peccatis vestris coram domino mundabimini
Sabbatum enim requietionis est z affligetis animas
vestras religione perpetua Expiabit autem
sacerdos qui vnctus fuerit z cuius initia
tae sunt manus ut sacerdotio fungatur pro
patre suo Indueturque stola linea z vesti
bus sanctis z expiabit sanctuarium z taber
naculum testimonii atque altare sacerdotes
quoque et vniuersum populum Eritque hoc vobis
legittimum sempiternum ut oretis pro filiis
israel z pro cunctis peccatis eorum semel in anno
Fecit igitur sicut preceperat dominus moysi

Et locutus est dominus ad **Cap xvii**
moysen dicens Loquere aaron et
filiis eius z cunctis filiis israel et dices
ad eos Iste est sermo quem mandauit dominus

dicens Homo quilibet de domo israel si
occiderit bouem aut ouem siue capram in
castris vel extra castra z non obtu
lerit ad ostium tabernaculi oblationem domino
sanguinis reus erit quasi sanguinem fuderit
sic peribit de medio populi sui Ideo offer
re debent sacerdoti filii israel hostias
suas quas occidunt in agro ut sanctificentur
domino ante ostium tabernaculi testimonii
et ymolent eas hostias pacificas domino
Funditque sacerdos sanguinem super al
tare domini ad ostium tabernaculi testimonii
et adolebit adipem in odorem suauitatis
domino Et nequaquam vltra ymolabit
hostias suas demonibus cum quibus for
nicati sunt legittimum sempiternum erit
illis et posteris eorum Et ad ipsos dices
Homo de domo israel et de aduenis qui
peregrinantur apud vos qui obtulerit ho
locaustum siue victimam z ad ostium ta
bernaculi testimonii non adduxerit eam
ut offeratur domino interibit de populo suo Homo
quilibet de domo israel z de aduenis qui
peregrinantur inter vos qui obtulerit ho
locaustum siue victimam z ad ostium
tabernaculi testimonii non adduxerit eam
ut offeratur domino interibit de populo suo
Homo quilibet de domo israel z de adue
nis qui peregrinantur inter vos si comederit
sanguinem obfirmabo faciem meam
contra animam illius z disperdam eum de populo
suo quia anima carnis in sanguine est z ego
dedi illum vobis ut super altare meum
expietis pro animabus vestris et sanguis
pro anime piaculo sit Ideo dixi filiis
israel Omnis anima ex vobis non comedet
sanguinem nec ex aduenis qui peregrinantur
apud vos Homo quicumque de filiis israel et
de aduenis qui peregrinantur apud vos si
venatione siue aucupio ceperit feram
aut auem quibus vesci licitum est fundat

sanguinem eius et operiat illum terra. Anima
enim omnis carnis in sanguine est. Idcirco dixi
filiis israel Sanguinem universe carnis
non comedetis quia anima carnis in sanguine
est. Et quicumque comederit interibit. Anima
que comederit morticinum vel captum a
bestia tam de indigenis quam de advenis
lavabit vestimenta sua et semetipsum
aqua et contaminatus erit usque ad vesperum
et hoc ordine mundus fiet. Quod si non laverit
vestimenta sua vel corpus portabit iniquitatem suam

Locutus quoque est dominus ad Cap xviii
moysen dicens. Loquere filiis israel et
dices ad eos Ego sum dominus deus vester
Iuxta consuetudinem terre egipti in qua
habitastis non facietis. Et iuxta morem re-
gionis chanaan ad quam ego introduc-
turus sum vos non agetis neque in legi-
timis eorum ambulabitis. Facietis iudicia
iudicia mea et precepta mea servabitis
et ambulabitis in eis. Ego dominus deus
vester. Custodite leges meas atque iudi-
cia que faciens homo vivet in eis. Ego
dominus deus vester. Omnis homo ad proximam
sanguinis sui non accedet ut revelet
turpitudinem eius ego dominus. Turpitudinem
patris tui et turpitudinem matris tue non
discoperies. Turpitudo enim patris tui est. Mater
tua est non revelabis turpitudinem eius. Tur-
pitudinem uxoris patris tui non discoperi-
es. Turpitudo enim patris tui est. Turpitudinem
sororis tue ex patre sive ex matre que do-
mi vel foris genita est non revelabis.
Turpitudinem filie filii tui ~~non~~ vel
neptis ex filia non revelabis quia turpi-
tudo tua est. Turpitudinem filie uxoris
patris tui quam peperit patri tuo et est soror
tua non revelabis. Turpitudinem
sororis patris tui non discoperies quia caro
est patris tui. Turpitudinem sororis matris
tue non revelabis eo quod caro sit matris
tue. Turpitudinem fratris patris tui non
revelabis nec accedes ad uxorem eius que
tibi affinitate coniungitur. Turpitudinem
nurus tue non revelabis quia uxor filii
tui est nec discoperies ignominiam eius. Turpitudinem ux-
oris fratris tui nullus accipiat. Turpitu-
dinem uxoris fratris tui non revelabis quia
turpitudo fratris tui est. Turpitudinem
uxoris sui et filie eius non revelabis. Filiam
filii eius et filiam filie eius non assumes ut
reveles ignominiam eius quia caro illius
sunt et talis coitus incestus est. Soro-
rem uxoris tue in pellicatum illius non
accipies nec revelabis turpitudinem eius
adhuc illa vivente. Ad mulierem que patitur
menstrua non accedes nec revelabis fedi-
tatem eius. Cum uxore proximi tui non coi-
bis nec seminis commixtione maculaberis.
De semine tuo non dabis ut consecretur
ydolo moloch nec pollues nomen dei
tui ego dominus. Cum masculo non commis-
ceberis coitu femineo quia abhominatio
est. Cum omni pecore non coibis nec macu-
laberis cum eo. Mulier non succumbet iu-
mento nec miscebitur ei quia scelus est. Ne
polluamini in omnibus hiis quibus con-
taminate sunt universe gentes quas ego
eiciam ante conspectum vestrum et quibus pol-
luta est terra, cuius ego scelera visitabo ut
evomat habitatores suos. Custodite
legitima mea atque iudicia ut non faci-
atis ex omnibus abhominationibus istis tam
indigena quam colonus qui peregrinatur apud
vos. Omnes enim execrationes istas fece-
runt accole terre qui fuerunt ante vos et
polluerunt eam. Cavete ergo ne et vos similiter
evomat cum paria feceritis sicut evomuit
gentem que fuit ante vos. Omnis anima que fecerit de ab-
hominationibus hiis quippiam peribit de medio populi
sui. Custodite mandata mea. Nolite
facere que fecerunt hii qui fuerunt ante vos et
ne polluamini in eis. Ego dominus deus vester

Locutus e dns ad Cap. XIX
moisen d. Loquere ad omnem
cetu filioz isrl z dices ad eos Sa
estote qr ego sctus su dns deus vr Vn9
quisqz matrem z patrem suu timeat/ Sab
bata mea custodite ego su dns deus
vr Nolite couti ad ydola n deos co
flatiles facietis vobis ego dns de9
vr Si ymolauetis hostia pacifico2
dno ut sit placabilis eo die q fuit
ymolata/ comedetis ea z die altero
Quidqd residuu fuit in die tcu igni
coburetis Si quis post biduu come
dit ex ea pphan9 erit et imudq eri z
pietatis reus/ portabitqz iniqtate
sua qr sctm dno polluit z pibit aia
illi9 de ppo suo Cu messueris segetes
tre tue no tondebis usqz ad solu
supficiem tre n remanentes spicas
colliges neqz in vinea tua race
mos et grana tua decadencia cogrega
bis sed paupibz et pegrinis carpeda
dimittes ego dns de9 vr Non facietis
furtu no mentiemini n decipiat vn9
quisqz pximu suu Non piurabis i noie
meo/ n pollues nom dni dei tui Ego
dns Non facies calupnia pximo tuo
n vi opprimes eu Non morabit opus
mercenarii tui apud te usqz ad mane
Non maledices surdo n cora ceco po
nes offendiculu sz timebis dnm deu
tuu qr ego su dns Non facies quod
iniquu e n iniuste iudicabis Non co
sideres psona paupis n honores vul
tu potentis Iuste iudica pximo tuo
Non eris criminator n susurro i pplis
Non stabis cont sanguinem pximi tui ego
dns Non oderis fratrem tuu in corde
tuo sed publice argue eu ne habe
as sup illo pctm Non queras vlcione
n memor eris iniurie civiu tuo2 Dili
ges amicu tuu sicut teipm ego dns
Custodite leges meas Iumenta tua no
facies coire cu alteri9 generis aiantibz
Agru tuu no seres diuso semine Ves
tem qz q ex duobus contexta e non
indueris Homo si dormierit cu muliere
coitu seminis q sit ancilla etia nobil
et tn pcio no redepta n libertate do
nata vapulabut ambo et no morient
qr no fuit libera/ p delicto aut suo/ offeret
dno ad ostiu tabernaculi testimon ari
ete Orabitqz p eo sacerdos z p delic
to eius cora dno et ppiciabit ei
dimitteqz pctm Quando ingressi fuerit
tra et plantaueritis i ea ligna pomi
fera auferetis ppucia eo2 Poma que
germinat imuda erut vob n edetis
ex eis Quarto aut ano ois fructus
eo2 sctificabit laudabilis dno Quinto
to aut ano comedetis fructus cogre
gantes poma que pferut Ego dns
deus vr Non comedetis carne cu sang
Non augurabimini n obsuabitis sop
nia n in rotudu attondebitis coma
n radetis barba Et sup mortuo no
incidetis carne vra/ n figuras ali
quas aut stigmata aliqua facietis
vobis ego dns Ne pstituas filiam
tua et cotaminetur tra z ipleat
piaculo Sabbata mea custodite et
sanctuariu meu metuite ego domin9
Ne declinetis ad magos n ab ario
lis aliquid sciscitemini ut polluamini
p eos ego dns deus vr Cora cano
capite consurge z honora psona se
nis et time dnm deu tuu Ego sum
dns Si habitauerit aduena in tra vra
et moratus fuerit int vos no expp
bretis ei sed sit int vos qsi indigena
et diligetis eu qsi vosmetipos fuistis
tis eni et vos aduene in tra egipti
ego dns deus vr Nolite iniquu facere

aliquid i iudicio in regula i pondere
i mensura Statera iusta et equa sint pon
dera iustus modius/ equusque sextarius
Ego dns deus vr q eduxi vos
de tra egypti Custodite oia precepta
mea z vniusa iudicia z facite ea e dns

Capitulum xx

Locutus e dns ad moysen d hec loque filijs isrl
Homo de filijs isrl et de aduenis qui
habitant i isrl Si quis dedit de semie
suo ydolo moloch morte moriat/ pplus
tre lapidabit eu et ego ponam facie
mea cont illu Succidamque eu de me
ppli mei eo q dedit de semie suo ydo
lo moloch et contaminauit sanctuariu meu
ac polluit nome scm meu Q si ne
gligens pplus tre et qsi paruipendens
impiu meu dimiserit hoiem q dedit
de semie suo moloch n voluit eu oc
cide/ ponam faciem mea sup hoiem illu
et cognacom eius succidamque z ipm
et oms qui consenserit ei ut fornica
ret cu moloch de me ppli sui Aia q
declinauit ad magos z ariolos z for
nicata fuit cu eis/ ponam faciem meam
cont ea et interficia illa de me ppli
sui Sanctificamini et estote sci q e g sctus
su dns deus vr Custodite pcepta
mea et facite ea Ego e dns q sanctifico
vos Qui maledixit pri suo z mri
morte moriat Qui pri mriqz male
dixit sanguis eius sit sup eu Si me
chatus quis fuit cu vxore alteris et
adulteriu perpetrauit cu coniuge pxi
sui morte moriat z mechus z adultera
Qui dormierit cu nouerca sua z reue
lauit ignominia pris sui morte morian
ambo/ sanguis eor sit sup eos Si qs
dormierit cu nuru sua vterqz moriant
q scelus perpetrati sut sanguis eoz sit
sup eos Qui dormierit cu masculo
coitu femineo vterqz operatus e ne
phas morte moriantur sanguis eoz

sit sup eos Qui sup vxore filia dux
erit z mrem eius scelus operatus e vi
uus ardebit cu eis n pmanebit tm
nephas i medio vri Qui cu iumen
to et pecore coyerit morte moriatur
pecus q occidite Mulier q succu
buit cuilibz iumento simul interficiat
cu eo/ sanguis eor sit sup eos Qui
acceperit sorore sua filia pris sui ul
filia mris sue z viderit turpitudine
eius/ illaqz conspexerit fris ignominia
nepharia rem operati sut/ occident
ambo in conspectu ppli sui eo q tur
pitudine sua mutuo reuelauerut
et portabut iniquitate sua Qui coy
erit cu muliere in fluxu menstruo z
reuelauit turpitudine eius ipaqz ape
ruit fonte sanguinis sui interficientur
abo de medio ppli sui Turpitudine
materte tue et amite tue no disco
pies q hoc fecit ignominia carnis
sue nudauit/ portabut ambo iniqtate
sua Qui coyerit cu vxore patrui
ul auunculi sui et reuelauit ignoia
cognacois sue/ portabut ambo iniqte
sua absqz liberis morient Qui dux
erit vxore fris sui rem facit illicita
turpitudine fris sui reuelauit absqz
liberis erut Custodite leges meas atqz
iudicia z facite ea ne z vos euomat
tra qua intrad estis z habitaturi
Nolite ambulare in legittimis nacio
nu quas ego expulsurus su an vos
Oia ei hec fecerut z abhoiatus su
eas Vobis at loquor/ possidete tra
eor qua dabo vob in hereditate/ tra
fluentem lacte et melle ego dns de
vr q separaui vos a ceteris pplis Sepa
te ergo et vos iumetu mudu ab in
mundo et auem muda ab inmuda ne
polluatis aias vras/ i pecore z i aui
bus et i cunctis que mouent in terra

et que vobis ostendi ee polluta sci
tis sctī in qr ego sctus sū dns z sepa
ui vos a cetis pplis ut essetis mei
Vir siue mlr in quibs phitonicus
ul diuinatois spus fuit morte mo
riantur lapidibus obruet eos sa
guis eorz sit sup illos Cap xxi

Dixit qz dns ad moysen loque
ad sacerdotes filios aaro et di
ces eis No cotaminet sacerdos in
mortuis et in mortibz ciuiu suoz
nisi tm in consaguineis ac ppiquis
i sup pre z mre et filio ac filia fre
qz ac sorore vgine q no e nupta vis
sed nc in pncipe ppli sui cotaminabit
No radet caput neqz barba neqz in
carnibus suis faciet incisuras Sci
erut deo suo z no polluet nomen
eius Incesu ei dni z panes dei sui of
ferut et ideo sci erut Scortu z vile
cpstibulu non ducet vxore nc ea q
repudiata e a marito qr consecratus e
deo suo Et panes ppositois offert
Sit g scus qr ego scus su dns qui
scifico vos Sacerdotis filia si dep
hensa fuit in stupro et violauit
nome pris sui flamis exuret Po
tifex i sacerdos maximus int fres
suos sup cuius caput fusu e vnctois
oleu et cuius manus in sacerdociu
consecrate sut vestitusqz e sanctis
vestibus caput suu no discopiet
vestimeta sua no scindet Ad omez
mortuu no ingredietr omino Sup
pre qz et mre no cotaminabitr nec
egredietr de sanctis ne polluat scu
ariu dni qr oleu scte vnctois dei sui
sup eu e Ego dns Virgine ducet
vxore Vidua z repudiata et sordi
da atqz meretrice no accipiet sed pu
ellam de pplo suo Non comisceat stir
pem generis sui vulgo gentis sue

quia ego dns q scifico eos Locutusqz
e dns ad moysen dicens Loque ad aa
ron Ho de semie tuo p familias qui
habuit macula no offeret panes deo
suo nc accedet ad ministeriu eius Si cecus
fuit si claudus si uel puo ul grandi
ul torto naso si fracto pede ul manu
si gippus ul lippus si albugine habes
in oculo si iugem scabiem si ipetig
inem in corpe ul hirmosus Omis
q habuit macula de semie aaron
sacerdotis no accedet offerre hostias
dno nc panes deo suo Vescet tn pa
nibus qui offeruntur in scuario ita
du taxat ut intr velu no ingrediatr
nc accedat ad altare qr maculam hz et
cotaminare no dz scuariu meu Ego
dns q scifico eos Locutus e g moyses
ad aaron et ad filios eius z ad omez
isrl cuncta q sibi fuerant ipata

Cap xxii

Locutus e dns ad
moysen d Loque ad aaron e
filios eius ut caueat ab hiis que
consecrata sut filioz isrl z no cota
minet nom sanctificatoz in que ipi
offerut ego dns Dic ad eos z ad pos
teros eoz Ois ho q accessit de stir
pe vra ad ea que consecrata sunt
et que obtulert filij isrl dno i quo
e imudicia peribit cora dno Ego su
dns Homo de semie aaron q fuit
leprosus aut paciens fluxu semins
no vescietr neqz vescetur de hiis q
scificata sut michi donc sanetr Qui
tetigit immudu sup mortuo et ex q
egreditr semen qui coytus z q tagit
reptile z quodlibz immudu cuius tactu
e sordidus immudus erit usqz ad ves
perz et no vescetr de hiis que scifica
ta sut Sed cu lauit carne suam
aqua z occubuerit sol tuc mundatus

vescetur sanctificatis quia cibus illius
est. Morticinum et captum a bestia non
comedent nec polluentur in eis. Ego dominus.
Custodiant precepta mea ut non subia-
ceant peccato et moriantur in sanctuario cum
pollucrint illud. Ego dominus qui sanctifico vos.
Omnis alienigena non comedet de sancti-
ficatis. Inquilinus sacerdotis et mercenarius
non vescentur ex eis. Quem autem sacerdos
emerit et qui vernaculus domus eius fuerit
hii comedent ex eis. Si filia sacer-
dotis cuilibet ex populo nupta fuerit, de hiis
que sanctificata sunt et de primiciis non vescetur.
Sin autem vidua vel repudiata et absque
liberis reversa fuerit ad domum patris sui,
sicut puella consueverat aletur cibis patris
sui. Omnis alienigena comedendi ex
hiis potestatem non habet. Qui comederit de san-
ctificatis per ignoranciam addet quintam
partem cum eo quod comedit et dabit sacer-
doti in sanctuario. Nec contaminabunt
sanctificata filiorum israel que offerunt domino
ne forte sustineant iniquitatem delicti
sui cum sanctificata comederint. Ego dominus
qui sanctifico vos. Locutus est dominus ad moy-
sen dicens. Loquere ad aaron et filios
eius et ad omnes filios israel dicesque ad
eos. Homo de domo israel et de advenis
qui habitant apud vos qui obtulerit obla-
tionem suam vel vota solvens vel sponte of-
ferens, quicquid obtulerit in holocaustum
domino ut offeratur per vos, masculus imma-
culatus erit ex bobus et ex ovibus
et ex capris. Si maculam habuerit
non offeretis neque erit acceptabile. Homo
qui obtulerit hostiam pacificorum domino vel
vota solvens vel sponte offerens tam de
bobus quam de ovibus immaculatum offeret
ut acceptabile sit. Omnis macula non
erit in eo. Si cecum fuerit, si fractum, si cica-
tricem habens, si papulas aut scabiem

vel impetiginem non offeretis ea domino neque
adolebitis ex eis super altare domini. Bo-
vem et ovem aure et cauda amputatis
voluntarie offerre potes. Votum autem ex hiis
solvi non potest. Omne animal quod vel contusis
vel contritis vel sectis ablatisque testi-
culis est non offeretis domino et in terra
vestra hoc omnino non faciatis. De manu
alienigene non offeretis panes deo
vestro et quicquid aliud dare voluerit, quia
corrupta et maculata sunt omnia non
suscipietis ea. Locutusque est dominus ad
moysen. Bos ovis et capra cum geni-
ta fuerint, septem diebus erunt sub ube-
re matris sue. Die autem octavo et deinceps
offerri poterunt domino. Sive ovis sive
bos non ymolabuntur una die cum feti-
bus suis. Si ymolaveritis hostiam pro
graciarum actione domino ut possit esse
placabilis, eodem die quo ymolata est
comedetis eam. Non remanebit quicquam
in mane alterius diei. Ego dominus. Custodite
mandata mea et facite ea. Ego dominus.
Ne polluatis nomen sanctum meum ut sancti-
ficer in medio filiorum israel. Ego dominus qui
sanctifico vos et eduxi vos de terra
egipti ut essem vobis in deum. Ego dominus. Ca. xxiii

Locutus est dominus ad moysen dicens.
Loquere filiis israel et dices ad eos
verba hec. Hee sunt ferie domini quas
vocabitis sanctas. Sex diebus facietis
opus. Dies septimus quia sabbati requi-
es est vocabitur sanctus. Omne opus non
facietis in eo. Sabbatum domini est in cunctis
habitacionibus vestris. Hee sunt ergo ferie domini
sancte quas celebrare debetis tempori-
bus suis. Mense primo quartadecima
die mensis ad vesperum phase domini est
et quintadecima die mensis huius sollempni-
tas azimorum domini est. Septem diebus
azima comedetis. Dies primus erit
vobis celeberrimus sanctusque. Omne opus

Sabbatum

suile no facietis i eo sed offeretis
sacrificiu in igne dno septe diebus
Dies at septim9 erit vobis celebrior
et sanctior Nullu qz opus suile fa
cietis in eo Locutusqz e dns ad moi
sen dicens Loquere filys isrl z dices ad
eos Cu ingressi fueritis tra qua e°
dabo vobis et messueritis segete fe
retis manipulos spicaz primicias mes
sis vre ad sacerdote q levabit fasci
culu cora dno ut acceptibil sit p
vobis altero die sabbi z sctificabit illud
Atqz in eadem die quo manipulus conse mani
cratur cedet agn9 imaculat9 an
niculus in holocaustu dni Et libame
ta offerent cu eo duas decias simile co
spsse oleo in incesu dni odoreqz sua
vissimu liba qz vini qrta pte hyn
Pane et polenta et pultes no coe
detis ex segete usqz ad die q offeretis
ex eo deo vro Preceptu e sempitu
ni gnatoibus vris cunctisqz habitaclis
Numerabitis g° ab altero die sabbi in q
obtulistis manipulos primiciaz vij
ebdomadas plenas usqz ad altera
die explecionis ebdomade septie i
quinquaginta dies Et sic offeretis
sacrificiu novum dno ex oibz habitaclis
vris panes primiciaz duos de dua
bus decimis sile fermentate quos
coquetis in primicias dno Offeretis
qz cu panibz vij agnos imaculatos
anniculos et vitulu de armento vnu
et arietes duos et erut in holocaus
tu cu libamentis suis i odore suavis
simu dno Facietis et hircu p pcto
duosqz agnos anniculos hostias pa
cificoz Cuqz elevaverit eos sacerdos
cu panibus primiciaz cora dno ce
dent i vsu eius Et vocabitis hunc
die celeberrimu atqz sactissim Omne
opus suile no facietis i eo legitti
sempiternu erit in cunctis habitaculis
gnatoibus vris Postqz at messueri
tis segete tre vre no secabitis ea
usqz ad solu nec remanentes spicas col
ligetis sed pauperibus z peregrinis dic
tetis eas ego dns deus vr Locutus
e dns ad moysen d Loquere filys isrl
Mense septio pma die mensis erit
vobis sabbtm meoriale clagetibz
tubis et vocabit sctm Omne opus s
uile no facietis in eo z offeretis ho
locaustu dno Locutusqz e dns ad
moysen dicens Decio die mensis huius ul expiationis
septimi dies expiacois erit celeber
rim9 et vocabitur sctus Affligetis
qz aias vras in eo z offeretis holocau
stu dno Omne opus suile no facietis
in tpe diei huius qz dies ppiciacois
e ut ppicietur vobis dns deus vr
Ois aia q afflicta no fuit die hoc
pibit de pplis suis et q opis qppia
fecit delebo ea de ppo suo Nichil
g° opis facietis i eo legitimu sem
pitnu erit vobis i cunctis gnatoibz
et habitaoibus vris Sabbtm req
cionis e affligetis aias vras Die
nono mesis a vespe usqz ad vespas
celebrabitis sabba vra Et locut9
e dns ad moysen d Loquere filys isrl
A qnto decio die mesis huius septimi
erunt fere tabernacloz septe diebus
dno Dies pm9 vocabit celeberrimus
atqz sctissim9 Omne opus suile no
facietis in eo et vij diebus offeretis
holocausta dno Dies qz octavus erit
celeberrim9 atqz sctissim9 z offeretis ho
locaustu dno Est em cetus atqz col
lecte Omne opus suile no facietis
in eo Hee sut ferie domini quas vo
cabitis celeberrimas atqz sctissimas

Offeretisque in eis oblationes Domino holo-
causta et libamenta iuxta ritum uniuscuiusque
diei exceptis sabbatis Domini donisque
vestris et que offertis ex voto vel
que sponte tribuitis Domino. A quinto
decimo ergo die septimi mensis quando congre-
gaveritis omnes fructus terre vestre cele-
brabitis ferias Domini septem diebus. Die
primo et die octavo erit sabbatum id est
requies. Sumetisque vobis die primo fruc-
tus arboris pulcherrime spatulasque pal-
marum et ramos ligni densarum frondi-
um et salices de torrente et letabimini co-
ram Domino Deo vestro. Celebrabitisque sol-
lempnitatem eius septem diebus per annum.
Legitimum sempiternum erit in generationibus
vestris. Mense septimo festa celebrabitis
et habitabitis in umbraculis septem diebus.
Omnis qui de genere Israel est manebit in taber-
naculis septem diebus ut discant posteri
vestri quod in tabernaculis habitare fecerim
filios Israel cum educerem eos de terra
Egipti ego Dominus Deus vester. Locutusque
est Moyses super sollempnitatibus Do-
mini ad filios Israel.

Capitulum xxiiii

Et locutus est Dominus ad Moysen
dicens: Precipe filiis Israel ut af-
ferant tibi oleum de olivis purissimum
ac lucidissimum ad concinnandas lucer-
nas iugiter extra velum testimonii in taber-
naculo federis. Ponetque eas Aaron
a vespere usque in mane coram Domino cultu
rituque perpetuo in generationibus vestris.
Super candelabrum mundissimum ponentur
que semper in conspectu Domini. Accipies
quoque similam et coques ex ea xii pa-
nes qui singuli habebunt duas deci-
mas. Quorum senos altrinsecus super
mensam purissimam coram Domino statues
et pones super eos thus lucidissimum
ut sint panes in monimentum oblationis
Domini. Per singula sabbata mutabuntur
coram Domino suscepti a filiis Israel federe
sempiterno. Eruntque Aaron et filiorum
eius ut comedant eos in loco sancto quia
sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini iure perpe-
tuo. Ecce autem egressus est filius mulieris
israhelitidis quem pepererat de viro
egiptio inter filios Israel iurgatusque est in
castris cum viro israhelita. Cumque blas-
phemasset nomen Domini et maledixisset
ei adductus est ad Moysen. Vocaba-
tur autem mater eius Salmuth filia Dabri de
tribu Dan. Miseruntque eum in carcerem
donec nossent quid iuberet Dominus. Qui lo-
cutus est ad Moysen dicens: Educ blas-
phemum extra castra et ponant omnes
qui audierunt manus suas super caput
eius et lapidet eum populus universus. Et
ad filios Israel loqueris: Homo qui maledixe-
rit Deo suo portabit iniquitatem suam.
Et qui blasphemaverit nomen Domini morte
moriatur. Lapidibus obruet eum omnis
populi multitudo. Sive ille civis sive pe-
regrinus fuerit qui blasphemaverit nomen Domini
morte moriatur. Qui percusserit et oc-
ciderit hominem morte moriatur. Qui
percusserit animal reddat vicarium id est animam
pro anima. Qui irrogaverit maculam
cuilibet civium suorum sicut fecit sic
fiet ei. Fracturam pro fractura oculum
pro oculo dentem pro dente restituet.
Qualem inflixerit maculam talem
sustinere cogetur. Qui percusserit iu-
mentum reddat aliud. Qui percusserit
hominem punietur. Equum iudicium sit inter
vos sive peregrinus sive civis peccaverit
quia ego sum Dominus Deus vester. Locutusque est Moyses
ad filios Israel et eduxerunt eum qui blasphe-
maverat extra castra ac lapidibus oppres-
serunt. Feceruntque filii Israel sicut preceperat Dominus Moysi.

Capitulum xxv

Locutusque est Dominus
ad Moysen in monte Synay di-
cens: Loquere filiis Israel et dices ad eos

Quando ingressi fueritis t'ra quam
ego dabo vobis sabbatizetis sabbm
dno. Sex annis seres agru tuu z sex
annis putabis vinea tua colliges q
fructus eius. Septio at' anno sabbm
erit t're requetois dni. Agru no seres
et vinea no putabis. Que sponte
gignit humus no metes z uvas pri
miciaz tuaz q̄s vindemia no colliges
annus ei requetois t're e s3 erit vobis
in cibu tibi z s'uo tuo z ancille tue et
mercenario tuo et aduene q' peregrinat'
apud te. Iumentis tuis et pecoribg
oia que nascut' p'bebunt cibu. Numerab
q3 tibi vij ebdomadas anoz .i. septe
septies que simul faciunt anos qua
draginta noue et clanges buccina
mense septio decio die mensis p'piciacio
nis tempus in uniu'sa t'ra v'ra. Sanctifi
cabisq3 annu quinquagesimu z vocabis
remissione cuctis habitatoribg t're tue
Ipse em e iubileus. Revertet' ho ad pos
sessioz sua et unusq3q3 redict ad
familia p'stina q' iubileus e z quin
quagesimus annus. No seretis neq3
metetis spote i agro nascecia et
p'micias vindemie no colligetis
ob sanctificacom iubilei. Sed statim
ablata comedetis. Anno iubileo
redeant omnes ad possessioes suas.
Quado vendes quippia civi tuo
ul emes ab eo n' contristes f'rem tuu
s3 iuxta numerum anoz iubilei emes ab eo
et iuxta supputacom frugu vendet
tibi. Quato plures anni remanserit
post iubileu tanto crescet z p'ciu. Et
quato min9 t'pis numeraveris tanto
min9 et emptio constabit. Tempus
em frugu vendet tibi. Nolite affli
gere contribulos v'ros s3 timeat un9
quisq3 deu suu q' ego dns deus v'r.
Facite p'cepta mea z iudicia custo
dite et iplete ea ut habitare possitis
in t'ra absq3 ullo pavore z gignat
vobis humus fructus suos quibg vesca
mini usq3 ad saturitate nulli9 impetu
formidantes. Qd si dixeritis. Quid co
medem9 anno septio si no serem9 neq3
collegerim9 fruges nr'as. Dabo ben
diccone mea vobis anno sexto z faci
et fructus triu anoz. Seretisq3 anno
octavo z comedetis fruges veteres
usq3 ad nonu annu. Donec noua nascat'
edetis vetera. Terra q3 no vendet' in
p'petuu q' mea e et vos aduene et
coloni mei estis. Vn' cuncta regio pos
sessionis v're sub redemptois condicone
vendetur. Si attenuatg frater tug
vendiderit possessiuncula sua z voluerit
p'pinquus eius p't redime qd' ille ven
diderat. Sin at' no habuerit p'xim z ipse
p'ciu ad redimendu potuerit invenire
coputabut fructus ex eo t'pe q° ven
didit et qd reliquu e reddet emptori
sicq3 recipiet possessioz sua. Qd si no
invenerit man9 eius ut reddat p'ciu
habebit emptor quod emat usq3 ad an
nu iubileu. In ipo ei anno ois vendi
tio redibit ad dnm z ad possessorem
p'stinu. Qui vendiderit domu suam
infra urbis muros habebit licencia re
dimendi donec unus impleat' ann9. Si no
redemerit et anni circulus fuit evolutus
emptor possidebit ea z posteri eius in
p'petuu et redimi no poterit eciam i iu
bileo. Sin at' i villa fuit dom9 que
muros no ht agroz iure vendetur.
Si at redepta no fuerit i iubileo reu'
tet' ad dnm suu. Edes levitaz que
in urbibus sut semp possut redimi.
Si redepte no fuerit in iubileo reu'
tent' ad dnos q' dom9 urbiu levitaz
p' possessioibus sut int' filios israhel.
Suburbana at' eoz no veneat q'
possessio sempiterna e. Si attenuatus

frater tuus fuerit et infirmus manu
et susceperis eum quasi advenam et peregrinum
et vixerit tecum ne accipias usuras
ab eo nec amplius quam dedisti Time
dominum deum tuum ut vivere frater tuus apud
te possit Pecuniam tuam non dabis ad usu
ram et frugum superhabundanciam non ex
iges Ego dominus deus vester qui eduxi vos
de terra egipti ut darem vobis terram
chanaan et essem vester deus Si pau
pertate compulsus vendiderit se tibi fra
ter tuus non eum opprimes servitute famulo
rum sed quasi mercenarius et colonus erit
usque ad annum iubileum operabitur apud
te et postea egredietur cum liberis suis
et revertetur ad cognacionem et ad possessionem
patrum suorum Mei enim servi sunt et ego e
duxi eos de terra egipti non veneant
condicione servorum Ne affligas eum per po
tenciam sed metuito deum tuum Servus
et ancilla sint vobis de nacionibus
que in circuitu vestro sunt et de advenis
qui peregrinantur apud vos vel qui ex
hiis nati fuerint in terra vestra hos habebi
tis famulos et hereditario iure transmitte
tis ad posteros ac possidebitis in eternum
Fratres autem vestros filios israhel non opprimatis
per potenciam Si invaluerit apud
vos manus advene atque peregrini et at
tenuatus frater tuus vendiderit se ei aut
cuiquam de stirpe eius post vendicionem
potest redimi Qui voluerit ex fratribus
suis redimet eum et patruus et
patruelis et consanguineus et affinis
Sin autem et ipse potuerit redimet se
supputatis dumtaxat annis a tempore ven
dicionis sue usque in annum iubileum et
pecunia qua venditus fuerat iuxta annorum
numerum et racione mercenarii supputa
ta Si plures fuerint anni qui rema
nent usque ad iubileum secundum hos reddi
met et precium Si pauci fuerint ponet racionem

cum eo iuxta annorum numerum et reddet emp
tori quod reliquum est annorum quibus
ante servivit mercedibus inputatis Non
affliget eum violenter in conspectu tuo
Quod si per hec redimi non potuerit anno
iubileo egredietur cum liberis suis Mei
enim sunt servi filii israhel quos eduxi de
terra egipti Capitulum XXVI

Non facietis vobis ydolum et scul
ptile nec titulos erigetis nec in
signem lapidem ponetis in terra vestra
ut adoretis eum Ego enim sum dominus deus
vester Custodite sabbata mea et pa
vete sanctuarium meum Ego dominus Si in
preceptis meis ambulaveritis et man
data mea custodieritis et feceritis ea
dabo vobis pluvias temporibus suis
et terra gignet germen suum et pomis
arbores replebuntur Apprehendet mes
sium triturа vindemiam et vindemia
occupabit sementem Et comedetis
panem vestrum in saturitate et absque pa
vore habitabitis in terra vestra Dabo
pacem in finibus vestris Dormietis
et non erit qui exterreat Auferam malas
bestias et gladius non transibit terminos
vestros Persequimini inimicos vestros
et corruent coram vobis Persequentur
quinque de vestris centum alienos et centum
ex vobis decem milia Cadent inimi
ci vestri in conspectu vestro gladio Respi
ciam vos et crescere faciam multiplica
bimini et firmabo pactum meum vobis
cum Et comedetis vetustissima veterum
et vetera novis supervenientibus proicietis
Ponam tabernaculum meum in medio
vestri et non abiciet vos anima mea
Ambulabo inter vos et ero vester deus
vosque eritis populus meus Ego dominus
deus vester qui eduxi vos de terra egip
ciorum ne serviretis eis et qui confregi

cathenas cervicum vestrarum ut incederetis
erecti. Quod si non audieritis me nec fece-
ritis omnia mandata mea, si spreveritis
leges meas et iudicia mea contempse-
ritis ut non faciatis ea que a me con-
stituta sunt et ad irritum perducatis
pactum meum, ego quoque hec faciam vobis.
Visitabo vos velociter in egestate
et ardore qui conficiat oculos vestros
et consumat animas vestras. Frustra seretis
sementem que ab hostibus devorabitur.
Ponam faciem meam contra vos et corru-
etis coram hostibus vestris et subiciemi-
ni hiis qui oderunt vos. Fugietisque
nemine persequente. Si autem nec sic obedi-
eritis mihi, addam correptiones vestras septu-
plum propter peccata vestra et conteram superbi-
e vestre duriciam. Daboque celum vobis desuper
sicut ferrum et terram eneam. Consumetur
in cassum labor vester, non proferet terra ger-
men nec arbores poma prebebunt. Si
ambulaveritis ex adverso mihi nec volueritis
audire me, addam plagas vestras usque
in septuplum propter peccata vestra. Mittamque
in vos bestias agri que consumant
et vos et pecora vestra et ad pauci-
tatem cuncta redigant desertaque fiant vie
vestre. Quod si nec sic volueritis recipere
disciplinam sed ambulaveritis ex adver-
so mihi, ego quoque contra vos adversus incedam et
percutiam vos septies propter peccata vestra.
Inducamque super vos gladium ultorem
federis mei. Cumque confugeritis in urbes
mittam pestilentiam in medio vestri et tra-
demini hostium manibus. Postquam confre-
gero baculum panis vestri ita ut decem
mulieres in uno clibano coquant panes
et reddant eos ad pondus et comedetis
et non saturabimini. Si autem nec per hec au-
dieritis me sed ambulaveritis contra
me, et ego incedam adversum vos in furore
contrario et corripiam vos septem plagis
propter peccata vestra ita ut comedatis carnes
filiorum vestrorum et filiarum vestrarum. Destruam
excelsa vestra et simulacra vestra confringam.
Cadetis inter ruinas ydolorum vestrorum
et abhominabitur vos anima mea in tantum ut
urbes vestras redigam in solitudinem
et deserta faciam sanctuaria vestra nec recipiam
ultra odorem suavissimum. Disperdamque terram
vestram et stupebunt super ea inimici vestri
cum habitatores illius fuerint. Vos autem disper-
gam in gentes et evaginabo post vos
gladium. Eritque terra vestra deserta et civitates
vestre diructe. Tunc placebunt terre sab-
mus ultra vocem domini dei nostri/ moriemur.
Quid est omnis caro ut audiat vocem
dei viventis qui de medio ignis loquitur
sicut nos audivimus et possit vivere
Tu magis accede et audi cuncta
que dixerit dominus deus noster tibi loquerisque
ad nos et nos audientes faciemus

ea. Quod cum audisset dominus ait ad me
Audivi vocem verborum populi huius que locuti sunt
tibi. Bene omnia sunt locuti. Quis det
tale eos habere mentem ut timeant me
et custodiant universa mandata mea in
omni tempore ut bene sit eis et filiis eorum in se-
mpiternum. Vade et dic eis. Revertimini in ten-
toria vestra. Tu vero hic sta mecum et loquar
tibi omnia mandata et cerimonias atque
iudicia que docebis eos ut faciant
ea in terra quam dabo illis in possessionem
Custodite igitur et facite que precepit
dominus deus vobis. Non declinabitis neque
ad dexteram neque sinistram sed per viam quam
precepit dominus deus noster ambulabitis ut
vivatis et bene sit vobis et protelentur
dies vestri in terra possessionis vestre. Capitulum VI

Hec sunt precepta et cerimonie atque
iudicia que mandavit dominus deus
noster ut docerem vos et faciatis ea
in terra ad quam transgredimini possidendam
Ut timeas dominum deum tuum et custodias
omnia mandata et precepta eius que ego
precipio tibi et filiis atque nepotibus
tuis cunctis diebus vite tue ut pro-
longentur dies tui. Audi israel et observa
ut facias que precepit tibi dominus et bene
sit tibi et multiplicearis amplius sicut
pollicitus est dominus deus patrum tuorum
tibi terram lacte et melle manantem
Audi israel dominus deus noster deus unus est
Diliges dominum deum tuum ex toto cor-
de tuo et ex tota anima tua et ex tota
fortitudine tua. Eruntque verba hec que
ego precipio tibi hodie in corde tuo
et narrabis ea filiis tuis et medita-
beris sedens in domo tua et ambulans
in itinere dormiens atque consurgens
Et ligabis ea quasi signum in manu
tua eruntque et movebuntur inter oculos

tuos et tribus scripseris ea in limine et ostiis
domus tue. Cumque introduxerit te dominus
deus tuus in terram pro qua iuravit patribus
tuis abraham ysaac et iacob et dederit
tibi civitates magnas et optimas
quas non edificasti, domos plenas
cunctis opibus quas non extruxisti
cisternas quas non fodisti, vineta et
oliveta que non plantasti et comederis
et saturatus fueris. Cave diligenter ne
obliviscaris domini qui eduxit te de terra
egipti et de domo servitutis. Dominum deum
tuum timebis et ipsi soli servies ac per nomen
ipsius iurabis. Non ibitis post deos ali
enos cunctarum gentium que in circuitu vestro
sunt, quoniam deus emulator dominus deus tuus
in medio tui ne quando irascatur furor
domini dei tui contra te et auferat te
de superficie terre. Non temptabis dominum
deum tuum sicut temptasti in loco tempta
tionis. Custodi precepta domini dei tui ac
testimonia et cerimonias quas precepit
tibi et fac quod placitum est et bonum
in conspectu domini ut bene sit tibi et ingres
sus possideas terram optimam de qua
iuravit dominus patribus tuis ut deleret omnes
inimicos tuos coram te sicut locutus
est. Cum interrogaverit te filius tuus cras
dicens: Quid sibi volunt testimonia hec
et cerimonie atque iudicia que pre
cepit dominus deus noster nobis, dices ei:
Servi eramus pharaonis in egipto et
eduxit nos dominus de egipto in manu
forti, fecitque signa atque prodigia mag
na et pessima in egipto contra pharao
nem et omnem domum illius in conspectu
nostro et eduxit nos inde ut intro
ductis daret terram super qua iuravit
patribus nostris. Precepitque nobis dominus
ut faciamus omnia legitima hec et timeamus
dominum deum nostrum ut bene sit nobis cunctis
diebus vite nostre sicut est hodie. Eritque
nostri misericors si custodierimus et fece
rimus omnia precepta eius coram domino deo
nostro sicut mandavit nobis. Capitulum vii

Cum introduxerit te dominus deus
tuus in terram quam possessurus ingre
dieris et deleverit gentes multas
coram te, etheum, gergeseum, amor
reum, chananeum, ferezeum, eveum et
iebuseum, septem gentes multo maioris
numeri quam tu es et robustiores te, tradi
deritque dominus deus tuus tibi, percuties
eas usque ad internicionem. Non inibis cum
eis fedus nec misereberis earum neque so
ciabis cum eis coniugia. Filiam tuam
non dabis filio eius nec filiam illius ac
cipies filio tuo, quia seducet filium
tuum ne sequatur me et ut magis ser
viat diis alienis. Irasceturque furor
domini et delebit te cito. Quin potius
hec facietis eis: aras eorum subvertite,
confringite statuas, lucosque succi
dite et sculptilia comburite, quia populus
sanctus es domino deo tuo. Te elegit dominus
deus tuus ut sis ei populus peculiaris
de cunctis populis qui sunt super terram. Non
quia gentes cunctas numero vincebatis
vobis iunctus est dominus et elegit vos
cum omnibus sitis populis pauciores, sed
quia dilexit vos dominus et custodivit
iuramentum quod iuravit patribus vestris. Eduxit
que vos in manu forti et redemit vos de
domo servitutis, de manu pharaonis regis
egipti, et scietis quia dominus deus tuus ipse est
deus fortis et fidelis, custodiens pactum
et misericordiam diligentibus se et his qui di
ligunt precepta eius in mille generationes
et reddens odientibus se statim ita ut

disperdat eos et ultra non disperdat. Ipsi nus eis restitues quod meretur. Custodi ergo precepta et cerimonias atque iudicia que ego mando tibi hodie ut facias. Si postquam audieris hec iudicia custodieris ea et feceris, custodiet dominus deus tuus pactum tibi et misericordiam quam iuravit patribus tuis et diliget te ac multiplicabit, benedicetque fructui ventris tui et fructui terre tue, frumento tuo atque vindemie, oleo et armentis, gregibus ovium tuarum super terram pro qua iuravit patribus tuis ut daret eam tibi. Benedictus eris inter omnes populos. Non erit apud te sterilis utriusque sexus, tam in hominibus quam in gregibus tuis. Auferet a te dominus omnem languorem et omnes infirmitates egipti pessimas quas novisti non inferet tibi sed cunctis hostibus tuis. Devorabis omnes populos quos dominus deus tuus daturus est tibi. Non parcet eis oculus tuus nec servies diis eorum ne sint in ruinam tui. Si dixeris in corde tuo, plures sunt gentes iste quam ego, quomodo potero delere eas? Noli metuere sed recordaberis que fecerit dominus deus tuus pharaoni et cunctis egipciis, plagas maximas quas viderunt oculi tui et signa atque portenta, manumque robustam et extentum brachium ut educeret te dominus deus tuus. Sic faciet cunctis populis quos metuis. Insuper et crabrones mittet dominus deus tuus in eos donec deleat omnes atque disperdat qui te fugerint et latere potuerint. Non timebis eos quia dominus deus tuus in medio tui est, deus magnus et terribilis. Ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris delere eas pariter, ne forte multiplicentur contra te bestie terre. Dabitque dominus deus tuus eos in conspectu tuo et interficiet illos donec penitus deleantur. Tradetque reges eorum in manus tuas et disperdes nomina eorum sub celo. Nullus poterit resistere tibi donec conteras eos. Sculptilia eorum igne comburetis. Non concupisces argentum et aurum de quibus facta sunt neque assumes ex eis quicquam tibi, ne offendas propterea quia abhominatio est domini dei tui. Nec inferas quippiam ex ydolo in domum tuam ne fias anathema sicut et illud est. Quasi spurciciam detestaberis et velud inquinamentum ac sordes abhominationi habebis quia anathema est.

Cap viii

Omne mandatum quod ego precipio tibi hodie, cave diligenter ut facias ut possitis vivere et multiplicemini. Ingressique possideatis terram pro qua iuravit dominus patribus vestris. Et recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te dominus deus tuus xl annis per desertum atque ut affligeret te atque temptaret et nota fierent que in tuo animo versabantur utrum custodires mandata illius an non. Afflixit te penuria et dedit tibi cibum manna que ignorabas tu et patres tui ut ostenderet tibi quod non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod egreditur de ore dei. Vestimentum tuum quo operiebaris nequaquam vetustate defecit et pes tuus non est subtritus. En quadragesimus annus est ut recogites in corde tuo quia sicut homo erudit filium suum sic dominus deus tuus erudivit te ut custodias mandata domini dei tui et ambules in viis eius et timeas eum. Dominus enim deus tuus introducet te in terram bonam, terram rivorum aquarumque et fontium in cuius campis et montibus erumpunt fluviorum abissi, terram frumenti et ordei et vinearum in q

ficus et malagranata et olivieta nas-
citur / terra olei ac mellis / ubi absque
penuria comedes et panem tuum et rerum
omnium habundancia perfrueris / cuius la-
pides ferrum sunt et de montibus eius
eris metalla foduntur ut cum comederis
et saciatus fueris / benedicas domino deo
tuo pro terra optima quam dedit tibi / Obser-
va et cave ne quando obliviscaris domini
dei tui et negligas mandata eius atque
iudicia et cerimonias quas ego precipio
tibi hodie / Ne postquam comederis et
saciatus fueris domos pulchras edi-
ficaveris et habitaveris in eis habueris-
que armenta boum / ovium greges / argen-
ti et auri cunctarumque rerum copiam / ele-
vetur cor tuum et non reminiscaris domini
dei tui qui eduxit te de terra egipti et
de domo servitutis / et ductor tuus fuit
in solitudine magna atque terribili in
qua erat serpens flatu adurens / et scor-
pio / ac dipsas / vel dipsas / et nulle
omnino aque / qui eduxit rivos de petra
durissima et cibavit te manna in soli-
tudine quod nescierunt patres tui / Et post-
quam afflixit te ac probavit ad extremum
misertus est tui ne diceres in corde tuo /
Fortitudo mea et robur manus mee
hec michi omnia prestiterunt sed recorderis
domini dei tui / quod ipse tibi vires prebuerit
ut impleret pactum suum super quo iuravit patri-
bus tuis sicut presens indicat dies / Sin
autem oblitus fueris domini dei tui et secutus
fueris deos alienos / colueris illos et
adoraveris / Ecce nunc predico tibi quod
omnino dispereas sicut gentes quas
delevit dominus in introitu tuo ita et
vos peribitis si inobedientes fueritis
voci domini dei vestri //

Audi israhel tu **Capitulum ix**
transibis hodie iordanem ut
possideas naciones maximas et forcio-
res te / civitates ingentes et usque ad
celum muratas / populum magnum atque sub-
limem / filios enachim quos ipse vidisti
et audisti quibus nullus potest ex adverso
resistere / Scies ergo hodie quod dominus deus
tuus ipse transibit ante te / ignis devo-
rans atque consumens qui conterat eos et
deleat atque disperdat ante faciem tuam
velociter sicut locutus est tibi / Ne dicas
in corde tuo cum deleverit eos dominus deus
tuus in conspectu tuo / propter iusticiam meam
introduxit me dominus ut terram hanc
possiderem / cum propter impietates suas iste
delete sint naciones / Neque enim propter iusti-
cias tuas et equitatem cordis tui ingre-
dieris ut possideas terras eorum / sed quia
ille egerunt impie / te introeunte delete sunt
Et ut compleret verbum suum dominus quod sub iura-
mento pollicitus est patribus tuis abra-
ham ysaac et iacob / Scito igitur quod non propter
iusticias tuas dedit dominus deus tuus terram
hanc tibi optimam in possessionem / cum
durissime cervicis sis populus / Memento et
ne obliviscaris quomodo ad iracundiam
provocaveris dominum deum tuum in solitudine
ex eo die quo egressus es ex egipto
usque ad locum istum semper adversus dominum
contendisti / Nam et in oreb provocasti eum
et iratus delere te voluit / quando ascendi
in montem ut acciperem tabulas lapideas
tabulas pacti quod pepigit vobiscum
dominus / Et perseveravi in monte xl diebus et xl
noctibus / panem non comedens et aquam
non bibens / Dedit que michi dominus duas ta-
bulas lapideas / scriptas utrasque digito
dei et continentes verba omnia que vobis
locutus est in monte de medio ignis quando

totius populi congregata est. Cumque transissent xl dies et totidem noctes dedit michi Dominus duas tabulas lapideas tabulas federis. Dixitque michi Surge descende hinc cito quia populus tuus quem eduxisti de egipto deseruerunt velociter viam quam demonstrasti eis feceruntque sibi vitulum conflatilem. Rursumque ait Dominus ad me Cerno quod populus iste dure cervicis sit. Dimitte me ut conteram eum et deleam nomen eius de sub celo et constituam te super gentem que hac maior et fortior sit. Cumque de monte ardente descenderem et duas tabulas federis utraque tenerem manu, vidissemque vos peccasse Domino Deo vestro et fecisse vobis vitulum conflatilem ac deseruisse cito viam eius quam vobis ostenderat, proieci tabulas de manibus meis confregique eas in conspectu vestro. Et procidi ante Dominum sicut prius xl diebus et xl noctibus panem non comedens et aquam non bibens propter omnia peccata vestra que gessistis contra Dominum et eum ad iracundiam provocastis. Timui enim indignationem et iram illius qua adversum vos concitatus delere vos voluit. Et exaudivit me Dominus etiam hac vice. Adversum aaron quoque vehementer iratus voluit eum conterere et pro illo similiter deprecatus sum. Peccatum autem vestrum quod feceratis id est vitulum arripiens igne combussi et in frustra comminuens omnino in pulverem redegi et proieci in torrentem qui de monte descendit. In incendio quoque et in temptatione et sepulchris concupiscentie provocastis Dominum et quando misit vos de cades barne dicens Ascendite et possidete terram quam dedi vobis. Et contempsistis imperium Domini Dei vestri et non credidistis ei neque vocem eius audire voluistis et semper fuistis rebelles a die qua nosse vos cepi. Et iacui coram Domino xl diebus et xl noctibus quibus eum suppliciter deprecabar ne deleret vos ut fuerat comminatus et orans dixi Domine Deus ne disperdas populum tuum et hereditatem tuam quam redemisti in magnitudine tua quos eduxisti de egipto in manu forti. Recordare servorum tuorum abraham ysaac et iacob. Ne aspicias duritiam populi huius et impietatem atque peccatum ne forte dicant habitatores terre de qua eduxisti nos Non poterat Dominus introducere eos in terram quam pollicitus est eis et oderat illos et idcirco eduxit ut interficeret eos in solitudine, qui sunt populus tuus et hereditas tua quos eduxisti in fortitudine tua magna et in brachio tuo extento.

Capitulum x

In tempore illo dixit Dominus ad me, Dola tibi duas tabulas lapideas sicut priores fuerunt et ascende ad me in montem. Et facies archam ligneam et scribam in tabulis verba que fuerunt in hiis quas antea confregisti ponesque eas in archa. Feci igitur archam de lignis sethim. Cumque dolassem duas tabulas lapideas instar priorum ascendi in montem habens eas in manibus. Scripsitque in tabulis iuxta id quod prius scripserat verba que locutus est Dominus ad vos in monte de medio ignis quando populus congregatus est et dedit eas michi. Reversusque de monte descendi et posui tabulas in archa quam feceram que hucusque ibi sunt sicut precepit michi Dominus. Filii autem israel castra moverunt ex beroth filiorum iacham in moseram ubi aaron mortuus ac sepultus est pro quo sacerdotio functus est filius eius eleazar. Inde venerunt in gadgad de quo loco profecti castrametati sunt in gethabatha in terra aquarum atque torrentium. Eo tempore separavit tribum levi

ut portaret archa federis dni ⁊ starent
coram eo i ministerio ac benedicerent i noie
illius usqz i presente die. Quam ob rem
levi no habuit partem neqz possessi-
one cu fratribus suis qz ipe dns pos-
sessio eius e sicut promisit ei dns
deus tuus. Ego aut steti i monte
sicut prius xl diebus ac noctibus
et exaudivit me dns etia hac
vice et te perde noluit. Dixitqz m
Vade et precede ppłm ut ingrediat
et possideat tra qua iuravi patribus
eorum ut traderem eis. Et nunc isrł qd
dns deus tuus petit a te nisi ut ti-
meas dnm deu tuu et ambules i
viis eius ⁊ diligas eu ac servias
dno deo tuo i toto corde tuo et i
tota aia tua custodiasqz man-
data dni et cerimonias eius quas
ego hodie tibi precipio ut bn sit
tibi. En dni dei tui celu e ⁊ celu
celi terra et oia que i eis sut et
cu patribus tuis conglutinatus est
dns et amavit eos ⁊ elegit seme
eorum post eos i. vos de cunctis ge-
tibus sicut hodie comprobatur. Circumci-
dite igitur prepucium cordis vri ⁊ cer-
vicem vram ne induretis amplius qz
dns deus vr ipe e deus deorum ⁊ dns
dnancium deus magnus et potens
et terribilis qui psonam no accipit nec
munera facit iudiciu pupillo et
vidue et amat peregrinu ⁊ dat ei
victu ac vestitu. Et vos ergo amate
peregrinos qz ⁊ ipi fuistis advene in
tra egipti. Dnm deu tuu timebis
et ei soli servies ipiqz adherebis iura-
bisqz i noie eius ipe e laus tua
⁊ deus tuus qui fecit tibi hec magna-
lia et terribilia que viderunt oculi
tui. In lxx aiabus descenderunt patres tui
i egiptu et ecce multiplicavit te
dns deus tuus sicut astra celi.

Ama igitur dnm **Capitulum xi**
deu tuu ⁊ observa precepta eius
et cerimonias iudicia atqz madata
omni tpe. Cognoscite hodie que igno-
rat filii vri qui no viderunt disciplinam
dni dei vri magnalia eius ac robus-
ta manu extentumqz brachium signa
et opa que fecit i medio egipti pha-
raoni regi et universe terre eius et omni
exercitui egipciorum et equis ac curribus
quomodo operuerunt eos aque maris rubri
cu vos persequerentur ⁊ deleverit eos dns
usqz i presente diem vobisqz que fecerit
i solitudine donec veniretis ad locum istu
et dathan atqz abyron filiis eliab
qui fuit filius ruben quos aperto ore
suo terra absorbuit cu domibus ⁊ ta-
bernaculis ⁊ universa substa eorum qua
habebant i medio israhelis. Oculi
vri viderunt oia opa dni magna que
fecit ut custodiatis universa madata
illius que ego hodie precipio vobis ut
possitis introire et possidere tra ad qua
ingredimini multoqz in ea vivatis tpe
qua sub iuramento pollicitus e dns pri-
bus vris et semini eorum lacte ⁊ melle
manante. Terra ei ad qua ingredieris
possidenda no e sicut tra egipti de
qua existi ubi iacto semine i ortorum
more aque ducuntur irrigue sz mon-
tuosa e et campestris de celo expec-
tans pluvias quas dns deus tuus re-
visit et oculi illius i ea sut a principio
anni usqz ad fine eius. Si ergo obedieritis
mandatis meis que ego precipio vobis
hodie ut diligatis dnm deu vrm
et serviatis ei i toto corde vro ⁊ i tota
aia vra dabit pluvias tre vre tem-
poranea et serotina ut colligatis
frumentu vinu et oleu fenumqz ex
agris ad pascenda iumenta ⁊ ut ipi
comedatis ac saturemini. Cavete ne
forte decipiatur cor vrm ⁊ recedatis

a domino / sermiatisque diis alienis et adoretis
eos / iratusque dominus claudat celum et plu
vie non descendant nec terra det germen
suum / pereatisque velociter de terra optima
quam dominus daturus est vobis / Ponite hec
verba mea in cordibus et in animis vestris
et suspendite ea pro signo in manibus et
inter vestros oculos collocate / Docete fi
lios vestros ut illa meditentur / Quando
sederis in domo tua et ambulaveris in
via et accubueris atque surrexeris scribes
ea super postes et ianuas domus tue ut
multiplicentur dies tui et filiorum tuorum in terra
quam iuravit dominus patribus tuis ut daret
eis / quamdiu celum imminet terre / Si enim cus
todieritis mandata que ego precipio vobis
et feceritis ea ut diligatis dominum deum
vestrum et ambuletis in omnibus viis eius
adherentes ei / disperdet dominus omnes gentes
istas ante faciem vestram et possidebitis
eas que maiores et fortiores vobis
sunt / Omnis locus quem calcaverit pes ve
ster erit / A deserto et libano et flumine
magno eufrate usque ad mare occiden
tale erunt termini vestri / Nullus stabit contra
vos et terrorem vestrum et formidinem dabit
dominus deus vester super omnem terram quam
calcaturi estis sicut locutus est vobis
En propono in conspectu vestro benedictionem
et maledictionem / benedictionem si obedi
eritis mandatis domini dei vestri que ego
hodie precipio vobis / Maledictionem si non
audieritis mandata domini dei vestri sed rece
sseritis de via quam ego nunc ostendo
vobis / et ambulaveritis post deos ali
enos quos ignoratis / Cum vero introdux
erit te dominus deus tuus in terram ad quam
pergis habitandam / pones benedictionem super
montem garizim / maledictionem super
montem gebal qui sunt trans iordanem
post viam que vergit ad solis occubitum /
in terra chananei qui habitat in campestribus

contra galgala que est iuxta vallem
tendentem et intrantem procul / Vos enim
transibitis iordanem ut possideatis terram
quam dominus deus vester daturus est vobis ut
habeatis et possideatis illam / Videte ergo
ut impleatis ceremonias atque iudicia que
ego hodie pono in conspectu vestro **Cap. XII.**

Hec sunt precepta atque iudicia que
facere debetis in terra quam dominus
deus patrum vestrorum daturus est tibi ut
possideas cunctis diebus quibus super
terram gradieris / Subvertite omnia loca
in quibus coluerunt gentes quas possessuri
estis deos suos super montes excelsos
et colles et subter omne lignum fron
dosum / dissipate aras eorum et confringite
statuas / lucosque igne comburite et ydo
la comminuite / Disperdite nomina eorum
de locis illis / Non facietis ita domino deo
vestro sed ad locum quem elegerit dominus deus
vester de cunctis tribubus vestris ut ponat
nomen suum ibi et habitet in eo / Venietis et
offeretis in illo loco / holocausta et
victimas vestras / decimas / et primitias / ma
nuum vestrarum / vota atque donaria / primo
genita boum et ovium / Et comedetis ibi
in conspectu domini dei vestri ac letabimini
in cunctis ad que miseritis manum / vos
et domus vestre in quibus benedixerit
vobis dominus deus vester / Non facietis ibi
que nos hic facimus / hodie singuli
quod sibi rectum videtur / Neque enim usque
in presens tempus venistis ad requiem
et possessionem quam dominus deus daturus
est vobis / Transibitis iordanem et habita
bitis in terra quam dominus deus vester daturus
est vobis ut requiescatis a cunctis hosti
bus per circuitum / et absque ullo timore
habitetis in loco quem elegerit dominus deus
vester ut sit nomen eius in eo / Illuc omnia
que precipio conferetis holocausta
et hostias ac decimas et primicias
manuum vestrarum et quidquid precipuum est

in muneribus que vouistis dno. Ibi
epulabimini coram dno deo vro. vos et
filii ac filie vre atque leuites qui in ur
bibus vris commoratur. Neque enim habet
aliam partem et possessionem inter vos. Caue
ne offeras holocausta tua in omni loco quem
videris sed in eo quem elegerit dns in
vna tribuum tuarum offeres hostias et fa
cies quecumque precipio tibi. Sin autem co
medere volueris et te esus carnium de
lectauerit. occide et comede iuxta benedic
tionem dni dei tui quam dedit tibi in ur
bibus tuis. Siue immundum fuerit hoc est
maculatum et debile siue mundum hoc
est integrum et sine macula. quod offerri
licet sicut capream et ceruum comedes
absque esu duntaxat sanguinis quem
super terram quasi aquam effundes. Non
poteris comedere in opidis tuis deci
mas frumenti vini et olei tui. primo
genita armentorum et pecorum et omnia que
voueris et sponte offerre volueris et
primicias manuum tuarum sed coram
dno deo tuo comedes ea in loco quem
elegerit dns deus tuus. tu et filius
tuus ac filia. seruus et ancilla et fa
mula atque leuites qui manet in urbibus
tuis et letaberis et reficieris coram
dno deo tuo in cunctis ad que exten
deris manum tuam. Caue ne derelinquas
leuitem omni tempore quo versaris in terra.
Quando dilatauerit dns deus tuus ter
minos tuos sicut locutus est tibi et vo
lueris vesci carnibus quas deside
rat anima tua. locus autem quem elegerit
dns deus tuus ut sit nomen eius ibi
si procul fuerit occides de armentis et
pecoribus que habueris sicut precepi
tibi et comedes in opidis tuis ut
tibi placet. Sicut comeditur caprea
et ceruus ita vesceris eis et mundus
et immundus in commune vescentur. Hoc so
lum caue ne sanguinem comedas. Sangu
is enim eorum pro anima est et ideo non debes
animam comedere cum carnibus sed super
terram fundes quasi aquam ut sit tibi
bene et filiis tuis post te. cum feceris quod
placeat in conspectu dni. Que autem
sanctificaueris et voueris dno tolles et ve
nies ad locum quem elegerit dns et offeres
oblaciones tuas carnem et sanguinem
super altare dni dei tui. Sanguinem
hostiarum tuarum fundes in altari. Carni
bus autem ipse vesceris. Obserua et audi
omnia que ego precipio tibi ut bene sit
tibi et filiis tuis post te in sempiter
num. cum feceris quod bonum est et placitum
in conspectu dni dei tui. Quando disperdi
derit dns deus tuus ante faciem tuam gen
tes ad quas ingredieris possidendas
et possederis eas atque habitaueris in terra
earum. caue ne imiteris eas postquam
fuerint te introeunte subuerse et requiras
cerimonias earum dicens. Sicut coluerunt
gentes iste deos suos. ita ego colam.
Non facies similiter dno deo tuo.
Omnes enim abhominaciones quas auersatur
dns fecerunt diis suis. offerentes filios
et filias suas et comburentes igni. Quod
precipio tibi hoc facito tantum dno nec
addas quicquam nec minuas.

Cap xiii

Si surrexerit in medio tui propheta
aut qui sompnium se vidisse dicat
et predixerit signum atque portentum
et euenerit quod locutus est et dixerit
tibi eamus et sequamur deos alienos quos
ignoras et seruiamus eis. Non audies
verba prophete illius aut sompniatoris quia
temptat vos dns deus vester ut pala
fiat utrum diligatis eum an non in toto
corde et in tota anima vestra. Dominum deum
vestrum sequimini et ipsum timete. Mandata

illius custodite et audite vocem eius
ipsi servietis et ipsi adherebitis / propheta
autem ille aut fictor sompniorum interficietur
quia locutus est ut averteret vos a domino
deo vestro qui eduxit / vos de terra egipti
et redemit vos de domo servitutis
ut errare te faciat de via quam prece-
pit tibi dominus deus tuus et auferes
malum de medio tui / Si tibi voluerit
persuadere frater tuus filius matris
tue aut filius tuus vel filia tua sive
uxor que est in sinu tuo / aut amicus quem
diligis ut animam tuam clam dicens
tibi / Eamus et serviamus diis alienis
quos ignoras tu et patres tui / cunc-
tarum in circuitu gentium / que iuxta
vel procul sunt ab initio usque ad finem
terre / non acquiescas ei nec audias / ne-
que parcat ei oculus tuus ut misere-
aris et occultes eum sed statim
interficies / Sit primum manus tua super
eum / Et post te omnis populus mittat ma-
num / lapidibus obrutus necabitur
quia voluit te abstrahere a domino
deo tuo qui eduxit te de terra egipti
de domo servitutis / ut omnis israel au-
diens timeat et nequaquam ultra fa-
ciat quippiam huius rei simile / Si
audieris in una urbium tuarum quas
dominus deus tuus dabit tibi ad habitandum
dicentes aliquos / Egressi sunt de
filij belial de medio tui et averterunt
habitatores urbis tue atque dixerunt
Eamus et serviamus diis alienis quos
ignoras / quere sollicite et diligenter
rei veritate perspecta / si inveneris
certum esse quod dicitur et abhominationem
opere perpetratam / statim percuties habita-
tores urbis illius in ore gladii et
delebis eam / omnia que que in illa sunt

usque ad pecora / Quidquid etiam supellec-
tilis fuerit congregabis in medium
platearum et cum ipsa civitate succen-
des ita ut omnia consumas domino deo tuo
et sit tumulus sempiternus / Non edi-
ficabitur amplius et non adherebit
de illo anathemate quidquam in manu
tua ut avertatur dominus ab ira furoris
sui et misereatur tui / multiplicetque te
sicut iuravit patribus tuis / quando audi-
eris vocem domini dei tui / custodiens
omnia precepta eius que ego precipio
tibi hodie ut facias quod placitum est
in conspectu domini dei tui / Capitulum XIIII

Filii estote domini dei vestri non vos
incidetis nec facietis calvitium
super mortuo quoniam populus sanctus es
domino deo tuo et te elegit ut sis ei
in populum peculiarem de cunctis gen-
tibus que sunt super terram / Ne come-
datis que immunda sunt / Hoc est animal
quod comedere debetis / Bovem / et ovem
et capram / cervum / et capream / buba-
lum tragelaphum / pygargon / ori-
gem / camelopardalum / Omne animal
quod in duas partes scindit ungulam
et ruminat / comedetis / De hiis autem
que ruminant et ungulas non findunt
hec comedere non debetis / Camelum le-
porem cyrogrillum / quia ruminant
et non dividunt ungulam immunda erunt
vobis / Suem quoque quoniam dividit ungulam
et non ruminat immunda erit / Carni-
bus eorum non vescemini et cadavera non
tangetis / Hec comedetis ex omnibus
que morantur in aquis que habent
pennulas et squamas / comedite /
Que autem absque pennulis et squamis
sunt ne comedatis quia immunda sunt /
Omnes aves mundas comedite

inmundas ne comedatis aquilam scilicet
et grifem et alietum yxon et vultu-
rem ac miluum iuxta genus suum et cor-
vum in genere suo strutonem ac noctuam
et larum atque accipitrem iuxta genus suum
herodium cignum ibim ac mergulum
porphirionem et nocticoracem ona-
crotalum et caradrium singula in genere
suo. Upupam quoque et vespertilionem et
omne quod reptat et pennulas habet
immundum erit non comedetur. Omne quod
mundum est comedite. Quidquid morticinum
est ne vescamini ex eo. Peregrino qui
intra portas tuas est da ut comedat aut
vende ei quia tu populus sanctus domini dei
tui es. Non coques edum in lacte matris
sue. Decimam partem separabis de cunctis
frugibus tuis que nascuntur in terra per
annos singulos et comedes in conspectu
domini dei tui in loco quem elegerit ut in eo
nomen illius invocetur. Decimam frumenti
tui vini et olei et primogenita offeres
de armentis et ovibus tuis ut discas
timere dominum deum tuum omni tempore. Cum autem
longior fuerit via et locus quem elegerit
dominus deus tuus tibi que benedixerit nec
potueris ad eum cuncta portare vendes
omnia et in precium rediges. Portabisque
manu tua et proficisceris ad locum quem
elegerit dominus deus tuus et emes ex
eadem pecunia quidquid tibi placuerit
sive ex armentis sive ex ovibus vi-
num quoque et siceram et omne quod desiderat
anima tua et comedes coram domino deo
tuo et epulaberis tu et domus tua
et levita qui intra portas tuas est. Cave
ne derelinquas eum quia non habet
aliam partem in possessione tua. Anno
tercio separabis aliam ex omnibus decimas
que nascuntur tibi eo tempore et repones

intra ianuas tuas. Venietque levi-
tes qui aliam non habet partem nec possessionem
tecum et peregrinus et pupillus ac vi-
dua qui intra portas tuas sunt et come-
dent et saturabuntur ut benedicat tibi
dominus deus tuus in cunctis operibus ma-
nuum tuarum que feceris. Capitulum XV

Septimo anno facies remissionem
que hoc ordine celebrabitur. Cui
debetur aliquid ab amico vel proximo
ac fratre suo repetere non poterit quia annus
remissionis est domini. A peregrino et advena
exiges a cive et propinquo repetendi
non habebis potestatem. Et omnino indigens
et mendicus non erit inter vos ut benedi-
cat tibi dominus deus tuus in terra quam da-
turus est tibi in possessionem. Si tamen audi-
eris vocem domini dei tui et custodieris
universa que iussit et que ego precipio
tibi hodie benedicet tibi ut pollicitus
est. Fenerabis gentibus multis et ipse
a nullo accipies mutuum. Dominaberis
nationibus plurimis et tui nemo dominabitur.
Si unus de fratribus tuis qui moratur
intra portas civitatis tue in terra quam dominus
deus tuus daturus est tibi ad pau-
pertatem venerit non obdurabis cor tuum
nec contrahes manum sed aperies eam
pauperi et dabis mutuum quo eum indi-
gere prospexeris. Cave ne forte subri-
piat tibi impia cogitatio et dicas in
corde tuo appropinquat septimus annus
remissionis et avertas oculos
tuos a fratre tuo nolens ei quod pos-
tulat mutuum commodare ne clamet
contra te ad dominum et fiat tibi in peccatum
sed dabis ei nec ages quippiam calli-
de in eius necessitatibus sublevandis
ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni
tempore et in omnibus ad que miseris manum

tua. Non deerunt pauperes in terra habitacionis tue. Ideo ego precipio tibi ut aperias manum tuam fratri tuo et egeno et pauperi qui tecum versantur in terra. Cum tibi venditus fuerit frater tuus hebreus aut hebrea et sex annis servierit tibi. In vii° anno dimittes eum liberum et quem libertati donaveris nequaquam vacuum abire pacieris. Sed dabis ei viaticum de gregibus et de area et de torculari tuo quibus dominus deus tuus benedixit tibi. Memento quod et ipse servieris in terra egipti et liberaverit te dominus deus tuus et ideo ego nunc precipio tibi. Sin autem dixerit tibi nolo egredi eo quod diligat te et domum tuam et bene sibi apud te esse senciat. Assumes subulam et perforabis aurem eius in ianua domus tue et serviet tibi usque in eternum. Ancille quoque similiter facies. Non avertes ab eis oculos tuos quando dimiseris eos liberos quia iuxta mercedem mercenarii per sex annos servivit tibi ut benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus que agis. De primogenitis tuis que nascuntur in armentis et ovibus tuis quicquid sexus est masculini sanctificabis domino deo tuo. Non operaberis in primogenito bovis et non tondebis primogenita ovium in conspectu domini dei tui comedes ea per annos singulos in loco quem elegerit dominus deus tuus tu et domus tua. Sin autem habuerit maculam vel claudum vel cecum aut in aliqua parte deforme vel debile non ymolabitur domino deo tuo. Sed intra portas urbis tue comedes illud tam mundus quam immundus similiter vescentur eis sicut caprea et cervo. Hoc solum observabis ut sanguinem eorum non comedas sed effundas in terram quasi aquam.

Capitulum xvi

Observa mensem novarum frugum et verni primum temporis ut facias phase domino deo tuo quia in isto mense eduxit te dominus deus tuus de egipto nocte. Ymolabisque phase domino deo tuo de ovibus et de bobus in loco quem elegerit dominus deus tuus ut habitet nomen eius ibi. Non comedes in eo panem fermentatum. Septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem quia in pavore egressus es de egipto ut memineris diei egressionis tue de egipto omnibus diebus vite tue. Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis septem diebus. Et non remanebit de carnibus eius quod ymolatum est vespere in die primo mane. Non poteris ymolare phase in qualibet urbium tuarum quas dominus deus tuus daturus est tibi sed in loco quem elegerit dominus deus tuus ut habitet nomen eius ibi. Ymolabis quoque phase ad solis occasum quando egressus es de egipto et coques et comedes in loco quem elegerit dominus deus tuus, et mane quoque consurgens vades in tabernacula tua. Sex diebus comedes azima et in die septimo quia collecta est domini dei tui non facies opus. Septem ebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris et celebrabis diem festum ebdomadarum domino deo tuo oblacione spontanea manus tue quam offeres iuxta benedictionem domini dei tui et epulaberis coram domino deo tuo tu et filius tuus et filia tua et servus tuus et ancilla tua et levites qui est intra portas tuas et advena ac pupillus et vidua qui morantur vobiscum in loco quem elegerit dominus deus tuus ut habitet nomen eius ibi. Et recordaberis quoniam servus fueris in egipto custodiesque ac facies que precepta sunt. Sollempnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies quando collegeris de area tua et tor-

culaꝝ fruges tuas et opulaberis
festitate tua tu et filius tuus filia
tua et famul tus et ancilla tua leui
tes qui intra portas tuas sunt Septe di
ebus dño deo tuo festa celebrabis
in loco quē elegerit dñs deus tuus
benedicetq; tibi in cunctis frugibus tuis
et in omni opere manuum tuarum eris que
letitia tribus vicibus p anni appe
bit omne masculinum tuum in conspectu
dñi dei tui in loco quē elegerit dñs in
sollempnitate azimorum et in sollempnitate
ebdomadarum et in sollempnitate tabna
culorum Non apparebit autem dñm vacuus
sed offeret unusquisq; secundum quod habuerit
iuxta benedictionem dñi dei sui quam
dederit ei Iudices et magistros constitues
es in omnibus portis tuis quas dñs deus
tuus dederit tibi per singulas tribus
tuas ut iudicent populum tuum iusto iu
dicio nec alterius partē declinent Non
accipies personam nec munera quia mu
nera excecant oculos sapientum et mu
tant verba iustorum Justum quod iustum est
perseqre ut vivas et possideas terram
quam dñs deus tuus dabit tibi Non
plantabis lucum et omne arborem
iuxta altare dñi dei tui non facies tibi
atq; constitues statuam quia odit dñs deus
tuus

Non immolabis dño deo tuo bouē et ouem in quo
est macula aut quippiam vicii quia
abhominatio est dño deo tuo Si reperta fue
rit apud te intra vnam portarum tuarum quas
dñs deus tuus dabit tibi vir aut
mulier qui faciat malum in conspectu
dñi dei tui et transgrediatur pactum illius
ut vadat et seruiat diis alienis et ado
ret eos solem et lunam et omnem milicia
m celi quod non precepi et hoc tibi fuerit

nuntiatum audieris q; inquisicione dili
genti et verum esse repperis et abhomi
nacio facta sit in israhel educes virum ac
mulierem qui rem sceleratissimam
perpetrauerit ad portas ciuitatis tue
et lapidibus obruet In ore duorum
aut trium testium peribit qui interficietur
Ne occidatur vno contra se di
cente testimoniū Manus testium pri
mum interficiet eum et manus reliq; populi ex
trema mittet ut auferas malum de
medio tui Si difficile et ambiguum
apud te iudicium fuerit inter sanguinem et
sanguinem causam lepre et non lepre et iu
dicium vrbis tue portas tuas videris
ari Surge et ascende ad locum
quē elegerit dñs deus tuus ubi
que ad sacerdotes leuitici generis et ad
iudicem qui fuerit illo tpe et quos
que ab eis requisieris indicabunt tibi iudicii
veritatem et facies quecunq; dixerint
qui preest loco quē elegerit dñs et
docuerit te iuxta legem eius sequaris
que sententiam eorum non declinabis ad dex
teram nec ad sinistram Qui autem superbe
rit nolens obedire sacerdotis im
perio qui eo tpe ministrat dño deo tuo
et decreto iudicis morietur homo ille
et auferes malum de medio israhel Tuo
tusque populus audiens timebit ut nullus
deinceps intumescat superbia Cum
ingressus fueris terram quam dñs deus
tuus dabit tibi et possederis eam
habitaueris in illa et dixeris constituam
super me regem sicut habent circa me gen
tes constitues eum quem dñs deus tuus elegerit de numero fratrum
tuorum Non potes alterum gentis tue
regem facere qui non sit frater tuus Cumque
fuerit rex constitutus non multi
plicabit sibi equos nec reducet

Rex

pplm in egiptu exaltatus nũo subleuatus / presertim cum dñs preceperit
ut nequaquam amplius per eandem
via reuertamini / Non habebit vxores plurimas que alliciant aim eius neque
argenti et auri inmensa pondera / Post
quam at sederit in solio regni sui / describet sibi deutronomiu legis huius
in volumine / accipiens exemplar
a sacerdotibus / leuitice tribus
et habebit secum / legetque illud omnibus
diebus vite sue ut discat timere
dnm deu suum et custodire uba et cerimonias eius que in lege precepta
sunt / Nec eleuetur cor eius in superbia
sup fres suos / Neque declinet in partem
dexteram ul sinistram ut longo tpe
regnet ipse et filij eius super isrl Ca xviii

Non habebunt sacerdotes et leuite et omnes qui de eadem tribu
sunt partem et hereditatem cu reliquo isrl / quia sacrificia et oblaciones
comedent / Et nichil aliud accipient de
possessione fratrum suorum / Dñs enim ipse
hereditas eorum sicut locutus est illis
Hoc est iudiciu sacerdotum a pplo
et ab hiis qui offerunt victimas
Siue oue siue boue ymolauerint
dabunt sacerdoti armum et ventriculum / primicias frumenti / vini et
olei et lanarum partem ex oui tonsione
Ipm enim elegit dñs deus tuus
de cunctis tribubus tuis ut stet et
ministret nomini dñi / ipse et filius
eius in sempiternu / Si exierit leuites de una urbium tuarum ex omni
isrl in qua habitat et voluerit venire desiderans locum quem elegerit
dñs / ministrabit in nomine dñi dei sui
sicut omnes fres eius leuite qui
stabunt eo tpe coram dño / Partem
ciborum eandem accipiet quam

ceteri excepto eo quod in urbe sua
ex patria successione ei debetur / Cum
ingressus fueris terram quam dñs deus
tuus dabit tibi / Caue ne imitari
velis abhominaciones illarum gentium nec
inueniatur in te qui lustret filium
suum aut filiam ducens per ignem aut qui
ariolos sciscitetur et obseruet sompnia aut auguria / Nec sit maleficus nec incantator nec phitones consulat nec diuinos et querat a mortuis veritatem / Omnia enim hec abhominatur
dñs / Et propter istius modi scelera delebit
eos in introitu tuo / Perfectus eris
absque macula cu dño deo tuo / Gentes iste quarum possidebis terram / augures et diuinos audiunt / tu autem
a dño deo tuo aliter institutus es
Prophetam de gente tua et de fratribus
tuis sicut me suscitabit tibi dñs
deus tuus / ipm audies ut petisti
a dño deo tuo in oreb quando concio congregata est atque dixisti / Ultra non audiam vocem dñi dei mei et hunc ignem
maximum amplius non videbo ne moriar / Et ait dñs michi / Bene omnia sunt locuti / prophetam suscitabo eis de medio
fratrum suorum similem tui et ponam verba
mea in ore eius / loquetur que ad eos omnia
que precepero illi / Qui autem verba eius que
loquetur in nomine meo audire noluerit / ego ultor existam / Propheta autem qui arrogancia depravatus voluerit loqui in
nomine meo que non precepi illi ut diceret aut ex nomine aliorum deorum [illegible]
erit / Quod si tacita cogitacione responderis / Quomodo possum intelligere verbum quod non est locutus dñs / hoc habebis signum quod si in
nomine dñi propheta ille predixerit et non euenerit / hoc dñs non est locutus sed per
tumorem animi sui propheta confinxit
et idcirco non timebis eum /

Cap. XIX

Cumque disperdiderit dominus deus tuus gentes quarum tibi daturus est terram et possederis eam habitaverisque in urbibus eius et in edibus, tres civitates separabis tibi in medio terre quam dominus deus tuus dabit tibi in possessionem, sternens diligenter viam, et in tres equales partes totam terre tue provinciam divides, ut habeat e vicino qui propter homicidium profugus est quo possit evadere. Hec erit lex homicide fugientis cuius vita servanda est. Qui percusserit proximum suum nesciens et qui heri et nudius tertius nullum contra eum habuisse odium comprobatur, sed abisse simpliciter cum eo in silvam ad ligna cedenda, et in succisione lignorum securis fugerit manu, ferrumque lapsum de manubrio percusserit eius amicum et occiderit, hic ad unam supradictarum urbium confugiet et vivet, ne forte proximus eius cuius effusus est sanguis dolore stimulatus persequatur et apprehendat eum si longior via fuerit et percutiat animam eius, qui non est reus mortis quia nullum contra eum qui occisus est odium prius habuisse monstratur. Idcirco precipio tibi ut tres civitates equalis inter se spatii dividas. Cum autem dilataverit dominus deus tuus terminos tuos sicut iuravit patribus tuis, et dederit tibi cunctam terram quam eis pollicitus est, si tamen custodieris mandata eius et feceris que ego precipio tibi hodie, ut diligas dominum deum tuum et ambules in viis eius omni tempore, addesque tibi tres alias civitates et supradictarum trium urbium numerum duplicabis, ut non effundatur sanguis innoxius in medio terre quam dominus deus tuus dabit tibi possidendam, ne sis reus sanguinis. Si quis autem odio habens proximum suum insidiatus fuerit vite eius, surgensque percusserit illum et mortuus fuerit, fugeritque ad unam de supradictis urbibus, mittent seniores civitatis illius et arripient eum de loco effugii tradentque in manu proximi cuius sanguis effusus est, et morietur. Non misereberis eius, et auferes noxium sanguinem de Israel ut bene tibi sit. Non assumes et transferes terminos proximi tui quos fixerunt priores in possessione tua quam dominus deus tuus dabit tibi in terra quam acceperis possidendam. Non stabit testis unus contra aliquem quicquid illud peccati et facinoris fuerit, sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Si steterit testis mendax contra hominem accusans eum prevaricationis, stabunt ambo quorum causa est ante dominum in conspectu sacerdotum et iudicum qui fuerint in diebus illis. Cumque diligentissime perscrutantes invenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit, et auferes malum de medio tui, ut audientes ceteri timorem habeant et nequaquam talia audeant facere. Non misereberis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, et manum pro manu, et pedem pro pede exiges.

Cap. XX

Si exieris ad bellum contra hostes tuos et videris equitatus et currus et maiorem quam tu habes adversarii exercitus multitudinem, non timebis eos, quia dominus deus tuus tecum est qui eduxit te de terra Egypti. Appropinquante autem iam prelio stabit sacerdos ante aciem et sic loquetur ad populum: Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos, quia dominus deus vester in medio vestri est et pro vobis contra adversarios dimicabit ut eruat

vos de periculo. Ducesque per singulas tur-
mas audiente exercitu proclamabunt. Quis
est homo qui edificavit domum novam et non de-
dicavit eam? Vadat et revertatur in domum
suam ne forte moriatur in bello et alius
dedicet illam. Quis est homo qui plantavit
vineam et necdum fecit eam esse commu-
nem et de qua vesci omnibus liceat? Va-
dat et revertatur in domum suam ne forte
moriatur in bello et alius homo eius fungatur
officio. Quis est homo qui despondit uxo-
rem et non accepit eam? Vadat et revertatur
in domum suam ne forte moriatur in bello
et alius homo accipiat eam. His dictis
addent reliqua et loquentur ad populum. Quis
est homo formidulosus et corde pavi-
do? Vadat et revertatur in domum suam ne
pavere faciat corda fratrum suorum sicut
ipse timore perterritus est. Cumque siluerint
exercitus duces et finem loquendi fece-
rint unusquisque suos ad bellandum
cuneos preparabit. Si quando accesseris ad ex-
pugnandam civitatem offeres ei primum pa-
cem. Si receperit et aperuerit tibi portas
cunctus populus qui in ea est salvabitur et serviet tibi
sub tributo. Sin autem fedus inire nolu-
erit et receperit contra te bellum obpug-
nabis eam. Cumque tradiderit dominus deus tuus
illam in manu tua percuties in ea omne quod
masculini generis est in ore gladii absque
mulieribus et infantibus et iumentis
et ceteris que in civitate sunt. Omnem prae-
dam exercitui divides et comedes de
spoliis hostium tuorum que dominus deus
tuus dederit tibi. Sic facies omnibus civi-
tatibus que a te procul sunt valde
et non sunt de his urbibus quas in
possessionem accepturus es. De his autem
civitatibus que dabuntur tibi nullum
omnino permittes vivere sed interficies
in ore gladii etheum videlicet et amorreum

et chananeum et phereseum et eveum et
iebuseum sicut precepit tibi dominus deus
tuus ne forte doceant vos facere cunc-
tas abhominationes quas ipsi operati sunt
diis suis et peccetis in dominum deum vestrum.
Quando obsederis civitatem multo
tempore et munitionibus circumdederis ut ex-
pugnes eam non succides arbores de
quibus vesci potest neque per circuitum secu-
ribus debes vastare regionem quoniam lig-
num est et non homo nec potest bellantium contra te
augere numerum. Si qua autem ligna non sunt
pomifera sed agrestia et in ceteros
usus apta succide et instrue machi-
nas donec capias civitatem que con-
tra te dimicat. Capitulum XXI

Quando inventum fuerit in terra
quam dominus deus tuus daturus est
tibi hominis cadaver occisi et ignoratur
cedis reus egredientur maiores natu
et iudices tui et metientur a loco
cadaveris singularum per circuitum spacia
civitatum et quam viciniorem ceteris
esse perspexerint seniores civitatis
eius tollent vitulam de armento que non
traxit iugum nec terram scidit vomere et
ducent eam ad vallem asperam atque
saxosam que numquam arata est nec sementem
recepit et cedent in ea cervices vi-
tule. Accedentque sacerdotes filii levi
quos elegit dominus deus tuus ut minis-
trent ei et benedicant in nomine eius et ad
verbum eorum omne negotium pendeat et quicquid
mundum vel inmundum est iudicetur et venient
maiores natu civitatis illius ad inter-
fectum lavabuntque manus suas super
vitulam que in valle percussa est et dicent
Manus mee non effuderunt sanguinem
hunc nec oculi viderunt. Propicius esto
populo tuo israel quem redemisti domine et non
reputes sanguinem innocentem in medio

ppli tui isrl et auferet ab eis reatum
sanguinis. Tu autem alienus eris ab inno-
centis cruore qui fusus est cum feceris quod
precepit dominus. Si egressus fueris ad pug-
nam contra inimicos tuos et tradiderit
dominus deus tuus eos in manus tuas/ cap-
tiuosque duxeris et videris in numero captiuo-
rum mulierem pulchram et adamaueris
eam/ volueris que habere vxorem/ introduces
eam in domum tuam. Que radet cesariem
et circumcidet vngues et deponet ves-
tem in qua capta est/ sedensque in domo tua
flebit patrem et matrem suam vno mense.
Et postea intrabis ad eam/ dormiesque
cum illa et erit vxor tua. Si autem postea
non sederit in animo tuo/ dimittes eam libe-
ram nec vendere poteris pecunia nec opprime-
re per potentiam quia humiliasti eam. Si ha-
buerit homo vxores duas/ vnam dilectam
et alteram odiosam/ genuerintque ex eo
liberos et fuerit filius odiose primogeni-
tus/ volueritque substantiam inter filios diui-
dere/ non poterit filium dilecte facere primo-
genitum et preferre filio odiose/ sed filium
odiose agnoscet primogenitum/ dabitque
ei de hijs que habuerit cuncta duplicia.
Iste est enim principium liberorum eius et huic
debentur primogenita. Si genuerit homo
filium contumacem et proteruum qui non audiat
vocem patris aut matris et coherci-
tus obedire contempserit/ apprehendent
eum et ducent ad seniores ciuitatis illius
et ad portam iudicij dicentque ad eos. Filius
iste noster proteruus et contumax est/ mo-
nita nostra audire contempnit/ comessacio-
nibus vacat et luxurie atque conviuijs.
lapidibus eum obruet populus ciuitatis
et morietur/ ut auferatis malum de me-
dio vestri et vniuersus isrl audiens

filius proteruus

pertimescat. Quando peccauerit homo
quod morte plectendum est et adiudica-
tus morti/ appensus fuerit in patibulo
non permanebit cadauer eius in ligno
sed in eadem die sepelietur/ quia maledic-
tus est a deo qui pendet in ligno et ne-
quaquam contaminabis terram tuam quam
dominus deus tuus dederit tibi in possessionem.

Cap. xxij

Non videbis bouem
fratris tui aut ouem errantem
et preteribis sed reduces fratri tuo. Et
si non est propinquus frater tuus nec nosti
eum/ duces in domum tuam et erunt apud
te/ quadiu querat ea frater tuus et re-
cipiat. Similiter facies de asino et
de vestimento et de omni re fratris tui
que perierit. Si inueneris eam ne ne-
gligas quasi alienam. Si videris asinum
fratris tui aut bouem cecidisse in via non
despicies sed subleuabis cum eo. Non
induetur mulier veste virili nec vir
vtetur veste feminea/ abhominabilis
enim apud deum est qui facit hec. Si
ambulans per viam/ in arbore vel in
terra nidum auis inueneris et matrem
pullis vel ouis desuper incubantem non
tenebis eam cum filijs sed abire pa-
cieris/ captos tenens filios ut bene sit
tibi et longo viuas tempore. Cum edifica-
ueris domum nouam facies murum tec-
ti per circuitum ne effundatur sanguis
in domo tua et sis reus labente
alio et in preceps ruente. Non seres
vineam tuam altero semine ne et sementis
quam seuisti et que nascuntur ex vinea
pariter sanctificentur. Non arabis in boue
simul et asino. Non indueris vestimento
quod ex lana linoque contextum est.
Funiculos in fimbrijs facies per quatuor
angulos pallij tui quo operieris. Si

duxerit vir uxorem et postea eam odio
habuerit quesieritque occasiones quibus di-
mittat eam obiciens ei nomen pessimum
et dixerit uxorem hanc accepi et ingressus
ad eam non inveni virginem tollet eam pater
et mater eius et ferent secum signa virginitatis
eius ad seniores urbis qui in porta sunt
et dicet pater eius filiam meam dedi huic
uxorem quam quia odit imponit ei nomen
pessimum ut dicat non inveni filiam tuam
virginem et ecce hec sunt signa virginitatis
filie mee expandentque vestimentum
coram senioribus civitatis apprehen-
dentque senes urbis illius virum et verbera-
bunt illum condempnantes eum insuper centum
siclis argenti quos dabit patri puelle
quoniam diffamavit nomen pessimum super
virginem israhel habebitque eam uxorem
et non poterit dimittere eam omni tempore vite
sue. Quod si verum est quod obicit et non
est inventa in puella virginitas eici-
ent eam extra fores domus patris sui et lapi-
dibus obruent viri civitatis eius
et morietur quoniam fecit nephas in israhel
ut fornicaretur in domo patris sui et
auferes malum de medio tui. Si dor-
mierit vir cum uxore alterius uterque mori-
etur id est adulter et adultera et auferes
malum de israhel. Si puellam virginem de-
sponderit vir et invenerit eam aliquis
in civitate et concubuerit cum ea educes
utrumque ad portam civitatis illius et lapidi-
bus obruentur. Puella quia non cla-
mavit cum esset in civitate vir quia humi-
liavit uxorem proximi sui et auferes malum
de medio tui. Sin autem in agro reppe-
rerit vir puellam que desponsata est et appre-
hendens concubuerit cum illa ipse morietur
solus puella nichil patietur nec est rea
mortis quoniam sicut latro consurgit
contra fratrem suum et occidit animam eius
ita et puella perpessa est. Sola erat in agro
clamavit et nullus affuit qui liberaret
eam. Si invenerit vir puellam virginem
que non habet sponsum et apprehendens concu-
buerit cum ea et res ad iudicium ve-
nerit dabit qui dormivit cum ea patri
puelle quinquaginta siclos argenti
et habebit eam uxorem quia humiliavit eam
non poterit dimittere eam cunctis diebus vite
sue. Non accipiet homo uxorem patris
sui nec revelabit opertimentum eius. XXIII

Non intrabit eunuchus attritis
vel amputatis testiculis et ab-
scisso veretro ecclesiam domini. Non ingre-
dietur mamzer hoc est de scorto natus
in ecclesiam domini usque ad decimam generationem.
Ammonites et Moabites etiam post
decimam generationem non intrabunt ecclesiam
domini in eternum quia noluerunt vobis occurrere
cum pane et aqua in via quando de egipto
egressi estis et quia conduxerunt
contra te Balaam filium Beor de Mesopo-
tamia Syrie ut malediceret tibi. Et
noluit dominus deus tuus audire Balaam
vertitque maledictionem eius in benedictionem
tuam eo quod diligeret te. Non facies cum
eis pacem nec queres eis bona cunctis di-
ebus vite tue in sempiternum. Non abho-
minaberis Ydumeum quia frater tuus est nec
egiptium quia advena fuisti in terra eius.
Qui nati fuerint ex eis tertia gene-
ratione intrabunt in ecclesiam domini. Quando
egressus fueris adversus hostes tuos
in pugnam custodies te ab omni re
mala. Si fuerit inter vos homo qui nocturno
pollutus sit sompno egredietur extra
castra et non revertetur priusquam ad vespe-
ram lavetur aqua et post occasum solis
regredietur in castra. Habebis locum

extra castra ad quem egredieris ad re-
quisita nature gerens paxillum in
balteo Cumque sederis fodies per circui-
tum et egesta humo operies quo releva-
tus es Dominus enim deus tuus ambulat
in medio castrorum ut eruat te et tra-
dat tibi inimicos tuos ut sint castra
tua sancta et nichil in eis appareat fedi-
tatis ne derelinquat te Non tradas
servum domino suo qui ad te confugerit habita-
bit tecum in loco qui ei placuerit et in
urbium tuarum requiescet Ne contristes
eum Non erit meretrix de filiabus israel
neque scortator de filiis israel Non offeres
mercedem prostibuli neque pretium canis in
domo domini dei tui quodcumque illud est quod
voveris quia abhominatio est utrumque apud
dominum deum tuum Non fenerabis fratri
tuo ad usuram pecuniam nec fruges nec
quamlibet aliam rem sed alieno frat-
ri tuo absque usura id quo indiget com-
modabis ut benedicat tibi dominus deus tuus
in omni opere tuo in terra ad quam ingredieris
possidendam Cum voveris votum domino deo
tuo non tardabis reddere quia requiret illud
dominus deus tuus Et si moratus fueris re-
putabitur tibi in peccatum Si nolueris
polliceri absque peccato eris Quod autem
semel egressum est de labiis tuis obser-
vabis et facies sicut promisisti domino
deo tuo et propria voluntate tua et ore
tuo locutus es Ingressus vineam
proximi tui comedes uvas quantum
tibi placuerit foras autem ne efferas
tecum Si intraveris in segetem amici
tui franges spicas et manu conteres
falce autem non metes

Capitulum xxiiii

Si acceperit homo uxorem et habuerit
eam et non invenerit gratiam ante
oculos eius propter aliquam feditatem
scribet libellum repudii et dabit in manu
eius et dimittet eam de domo sua
Cumque egressa alterum maritum duxerit
et ille quoque oderit eam dederitque ei libel-
lum repudii et dimiserit de domo sua
vel certe mortuus fuerit non poterit prior ma-
ritus recipere eam in uxorem quia pollu-
ta est et abhominabilis facta est coram domino
ne peccare facias terram tuam quam dominus
deus tuus tibi tradiderit possidendam
Cum acceperit homo nuper uxorem non pro-
cedet ad bellum nec ei quippiam necessitatis
iniungetur publice sed vacabit absque
culpa domui sue ut uno anno lete-
tur cum uxore sua Non accipies loco pig-
noris inferiorem et superiorem molam
quia animam suam apposuit tibi Si de-
prehensus fuerit homo sollicitans fratrem
suum de filiis israel et vendito eo ac-
ceperit pretium interficietur et auferes
malum de medio tui Observa diligenter
ne incurras plagam lepre sed facies
quecumque docuerint te sacerdotes le-
vitici generis iuxta id quod precepi eis
et imple sollicite Mementote que
fecerit dominus deus vester marie in via cum
egrederemini de egipto Cum repetes
a proximo tuo rem aliquam quam debet
tibi non ingredieris domum eius ut
pignus auferas sed stabis foris
et ille tibi proferet quod habuerit
Sin autem pauper est non pernoctabit apud
te pignus sed statim reddes ei ante
solis occasum ut dormiens in vestimen-
to suo benedicat tibi et habeas ius-
titiam coram domino deo tuo Non negabis
mercedem indigentis et pauperis fratris
tui sive advene qui tecum moratur in
terra tua et intra portas tuas est sed
eadem die reddes ei pretium laboris sui ante

+ aliqui ibi canis et canis sit ibi dicit historio

merc'

solis occasum quia pauper est et ex eo susten-
tat animam suam ne clamet contra te ad
dominum et reputetur tibi in peccatum. Non occi-
dentur patres pro filiis nec filii pro patribus sed
unusquisque pro suo peccato morietur. Non
pervertes iudicium advene et pupilli nec
auferes pignoris loco vidue vestimentum.
Memento quod servieris in egipto et eru-
erit te dominus deus tuus inde. Idcirco
precipio tibi ut facias hanc rem. Quando
messueris segetem in agro tuo et obli-
tus manipulum reliqueris non reverte-
ris ut tollas eum sed advenam et pu-
pillum et viduam auferre patieris ut
benedicat tibi dominus deus tuus in omni
opere manuum tuarum. Si fruges colle-
geris olivarum quidquid remanserit in arbo-
ribus non reverteris ut colligas sed re-
linques advene pupillo ac vidue.
Si vindemiaveris vineam tuam non colli-
ges remanentes racemos sed cedent
in usus advene pupillo ac vidue. Me-
mento quod et tu servieris in egipto et ideo
precipio tibi ut facias hanc rem.

Si fuerit causa inter Cap. XXV
aliquos et interpellaverint iu-
dices quem iustum esse perspexerint illi
iusticie palmam dabunt quem impium
condempnabunt impietatis. Si autem
eum qui peccavit dignum viderint plagis
prosternent et coram se facient verberari
pro mensura peccati erit et plagarum modus
ita dumtaxat ut quadragenarium
numerum non excedat ne fede laceratus
ante oculos tuos abeat frater tuus. Non
alligabis os bovi triturantis in area
fruges tuas. Quando habitaverint
fratres simul et unus ex eis absque
liberis mortuus fuerit uxor defuncti
non nubet alteri sed accipiet eam frater
eius et suscitabit semen fratris sui et pri-
mogenitum ex ea filium nomine illius appel-
labit ut non deleatur nomen eius ex israel.
Sin autem noluerit accipere uxorem fratris
sui que ei lege debetur perget ultro ad
portam civitatis et interpellabit mulier
maiores natu dicetque Non vult frater
viri mei suscitare semen fratris sui in israel
nec me in coniugium sumere. Statimque accer-
siri faciet eum et interrogabit. Si re-
sponderit nolo eam uxorem accipere ac-
cedet mulier ad eum coram senioribus et
tollet calciamentum de pede eius spuetque
in faciem illius et dicet Sic fiet homini
qui non edificat domum fratris sui. Et vo-
cabitur nomen illius in israel domus discal-
ciati. Si habuerint inter se iurgium
viri et unus contra alterum rixari ceperit
volensque uxor alterius eruere virum suum
de manu fortioris miserit manum et
apprehenderit verenda eius abscides manum
illius nec flecteris super eam ulla misericordia.
Non habebis in sacculo diversa pondera
maius et minus. Nec erit in domo
tua modius maior et minor. Pondus
habebis iustum et verum et modius equalis
et verus erit tibi ut multo vivas tempore
super terram quam dominus deus tuus dederit
tibi. Abhominatur enim dominus eum qui facit
hec et adversatur omnem iniusticiam. Me-
mento que fecerit tibi amalech in via
quando egrediebaris de egipto quomodo
occurrerit tibi et extremos quosque ag-
minis tui qui lassi residebant ceciderit
quando eras fame et labore confectus et
non timuerit deum. Cum ergo dominus deus tuus
dederit tibi requiem et subiecerit cunctas
nationes delebis nomen eius sub celo cave ne obliviscaris

Cap xxvi

Cumq3 intraueris
terra qua dns deus tu9 tibi da-
turus est possidend3 et obtinueris eam
atq3 habitaueris in illa / tolles de cuctis
frugibus tuis primicias z pones i car-
tallo pgesq3 ad locu que dns deus
elegit ut ibi inuocet nome eius Ac-
cedesq3 ad sacerdote q fuit i diebus
illis et dices ad eu Profitear hodie
cora dno deo tuo q ingressus su i terra
p qua iurauit pribus nris ut daret ea
nobis Suscipiesq3 sacerdos cartal-
lu de manu eius ponet an altare dni
dei sui z loqueris in conspcu dni dei tui
Syrus psequebat prem meu q des-
cendit i egiptu et ibi peginatus est
i paucissimo nuo Creuitq3 i gete
magna et robusta et infinite mul-
titudis / afflixeruntq3 nos egipcij
et psecuti sut iponetes onera grauis-
sima Et clamauim9 ad dnm deu patru
nrorum q exaudiuit nos et respexit
humilitate nram z labore atq3 angus-
tias et eduxit nos de egipto i manu
forti et brachio extento i ingeti pa-
uore in signis atq3 portetis / et intro-
duxit ad locu istu et tradidit nob
terra lacte z melle manate Et idcirco
nuc offero primicias frugu tre quam
dns deus dedit m Et dimittes eas i
conspcu dni dei tui / Et adorato dno
deo tuo epulaberis in oibus bonis que
dns deus tuus dedit tibi z domui
tue / tu et leuites et aduena q tecu
e Qn compleueris decima cunctaru fru-
gu tuaru ano decimaru tercio / dabis
leuite et aduene et pupillo z vi-
due ut comedat int ptas tuas et
saturent Loquerisq3 i conspcu dni
dei tui Abstuli q3 qd sctificatu est
de domo mea et dedi illud leuite
et aduene pupillo z vidue sicut
iussisti m Non ptery madata tua
nc su oblitus tui imperij Non comedi
ex cis i luctu meo nc separaui ea in
qualibz inmundicia nc expendi ex his
quicq3 in re funebri Obediui voci
dni dei mei z feci oia sicut pcepisti
michi Respice de scuario tuo et
de excelso habitaculo celorum / z bndic
ppo tuo isrl et tre qua dedisti nob
sicut iurasti pribz nris terre lacte
et melle manati Hodie dns deus
tuus pcepit ut facias madata
hec atq3 iudicia / et custodias et
impleas ex toto corde tuo / z ex to-
ta aia tua Dnm elegisti hodie ut sit
tibi deus et ambules i vijs eius
et custodias cerimonias illi9 z ma-
data eius atq3 iudicia et obedias
eius imperio En dns elegit te hodie
ut sis ei pplus peculiaris sicut lo-
cutus e tibi et custodias oia pcep-
ta eius et faciat te excelsiore
cunctis gentibus quas creauit in laude
et nomen et glam sua ut sis pps
scus dni dei tui sicut locutus e tibi

Precepit aut moises xxvii iiii
et seniores isrl ppo dicentes
Custodite omne madatu qd pcipio
vobis hodie Cumq3 transieris iordane
in terra quam dns deus tu9 dabit t
erigens ingentes lapides z leuiga-
bis eos calce ut possis in eis scri-
bere oia vba legis huius iordane trans-
misso ut introeas terra qua dns deus

tuus dabit tibi terra lacte et melle
manante sicut iuravit patribus tuis. Cum
igitur transieritis iordanem erigite lapides
quos ego hodie precipio vobis in monte
hebal et levigabis eos calce et edi-
ficabis ibi altare domino deo tuo de la-
pidibus quos ferrum non tetigit et
de saxis informibus et impolitis et
offeres super eo holocausta domino deo
tuo et ymolabis hostias pacificas
et comedes ibi et epulaberis coram
domino deo tuo et scribes super lapides
omnia verba legis huius plane et lucide
Dixeruntque moyses et sacerdotes
levitici generis ad omnem israhelem
Attende et audi israhel hodie factus es
populus domini dei tui audies vocem eius
et facies mandata atque iusticias quas
ego precipio tibi. Precepitque moy-
ses populo in die illo dicens Hii stabunt
ad benedicendum populo domini super montem gari-
zim iordane transmisso Symeon levi
Iudas Ysachar Ioseph et Benyamyn
Et e regione isti stabunt ad maledi-
cendum in monte ebal Ruben Gad et Aser
Zabulon Dan et Neptalym et pronun-
ciabunt levite dicentque ad omnes viros
israhel excelsa voce Maledictus homo qui
facit sculptile et conflatile abhomina-
cionem domini opus manuum artificum po-
netque illud in abscondito Et respondebit omnis
populus et dicet Amen Maledictus qui
non honorat patrem suum et matrem Et dicet
omnis populus amen Maledictus qui transfert
terminos proximi sui et dicet omnis populus amen
Maledictus qui errare facit cecum in iti-
nere Et dicet omnis populus Amen Maledictus
qui pervertit iudicium advene pupilli et
vidue Et dicet omnis populus Amen
Maledictus qui dormit cum uxore patris
sui et revelat opertorium lectuli eius
Et dicet omnis populus amen Maledictus qui dor-
mit cum omni iumento et dicet omnis populus amen
Maledictus qui dormit cum sorore sua
filia patris sui sive matris sue et dicet omnis
populus amen Maledictus qui dormit cum so-
cru sua et dicet omnis populus amen Maledictus
qui clam percusserit proximum suum et dicet omnis
populus Amen Maledictus qui dormit cum
uxore proximi sui et dicet omnis populus amen
Maledictus qui accipit munera ut per-
cuciat animam sanguinis innocentis Et dicet
omnis populus amen Maledictus qui non permanet
in sermonibus legis huius nec eos ope-
re perficit et dicet omnis populus Amen

XXVIII

Si autem audieris vocem domini dei tui ut
facias atque custodias omnia man-
data eius que ego hodie precipio tibi fa-
ciet te dominus deus tuus excelsiorem
cunctis gentibus que versantur in terra Ve-
nientque super te universe benedictiones iste
et apprehendent te si tamen precepta eius au-
dieris Benedictus tu in civitate Et bene-
dictus in agro benedictus fructus ventris
tui et fructus terre tue fructusque iu-
mentorum tuorum greges armentorum tuorum
et caule ovium tuarum Benedicta hor-
rea tua et benedicte reliquie tue Bene-
dictus eris ingrediens et egrediens Da-
bit dominus inimicos tuos qui consurgunt
adversum te corruentes in conspectu tuo
Per unam viam venient contra te et
per septem fugient a facie tua Emittet
dominus benedictionem super cellaria tua et super
omnia opera manuum tuarum benedicetque
tibi in terra quam acceperis Suscitabit
te dominus sibi in sanctum populum sicut iuravit
tibi si custodieris mandata domini dei
tui et ambulaveris in viis eius Videbuntque
omnes terrarum populi quod nomen domini invoca-
tum sit super te et timebunt te Habundare

te faciet dominus omnibus bonis fructu
uteri tui et fructu iumentorum tuorum
et fructu terre tue / quam iuravit dominus patri-
bus tuis ut daret tibi. Aperiet dominus
thesaurum suum optimum / celum ut tri-
buat terre tue pluviam in tempore suo. Bene-
dicetque cunctis operibus manuum tuarum.
Et fenerabis gentibus multis et
ipse a nullo fenus accipies. Constitu-
et te dominus deus tuus in caput et non
in caudam et eris semper supra et non
subter / si tamen audieris mandata domini
dei tui que ego precipio tibi hodie et
custodieris ac feceris et non declina-
veris ab eis neque ad sinistram neque ad
dexteram neque secutus fueris deos alienos
neque colueris eos. Quod si nolu-
eris audire vocem domini dei tui ut custo-
dias et facias omnia mandata eius et
ceremonias quas ego precipio tibi hodie

Maledictiones

venient super te omnes maledictiones
iste et apprehendent te / Maledictus
in civitate / Maledictus in agro. Ma-
ledictum horreum tuum et maledicte
reliquie tue. Maledictus fructus
ventris tui et fructus terre tue ar-
menta boum tuorum et greges ovium
tuarum. Maledictus eris ingrediens et
maledictus egrediens / Mittet dominus
super te famem et esuriem et increpa-
tionem in omnia opera tua que tu facies
donec conterat te et perdat velociter
propter adinventiones tuas pessimas
in quibus reliquisti me. Adiungat tibi
dominus pestilentiam donec consumat te
de terra ad quam ingredieris possiden-
dam. Percutiat te dominus egestate fe-
bri et frigore / ardore et estu et aere
corrupto ac rubigine et persequatur
donec pereas. Sit celum quod supra te est
eneum et terra quam calcas ferrea. Det
dominus imbrem terre tue pulverem et de ce-
lo descendat super te cinis donec con-
teraris. Tradat te dominus corruentem
ante hostes tuos / per unam viam egre-
diaris contra eos et per septem fugias et
dispergaris per omnia regna terre / sitque cada-
ver tuum in escam cunctis volatilibus celi
et bestiis terre et non sit qui abigat. Per-
cutiat te dominus ulcere egipti et partem
corporis per quam stercora digeruntur sca-
bie quoque et prurigine ita ut curari
nequeas. Percutiat te dominus amentia
et cecitate ac furore mentis / et pal-
pes in meridie sicut palpare solet cecus
in tenebris et non dirigas vias tuas.
Omnique tempore calumpniam sustineas et
opprimaris violentia nec habeas qui libe-
ret te. Uxorem accipias et alius dormiat
cum ea. Domum edifices et non habites in
ea. Plantes vineam et non vindemies
eam. Bos tuus immoletur coram te et non
comedas ex eo. Asinus tuus rapiatur
in conspectu tuo et non reddatur tibi.
Oves tue dentur inimicis tuis et non
sit qui te adiuvet. Filii tui et filie tue
tradantur alteri populo / videntibus oculis tuis
et deficientibus ad conspectum eorum tota die
et non sit fortitudo in manu tua. Fruc-
tus terre tue et omnes labores tuos co-
medat populus quem ignoras et sis semper
calumpniam sustinens et oppressus cunctis
diebus et stupens ad terrorem eorum
que videbunt oculi tui / Percutiat
te dominus ulcere pessimo in genibus
et in suris / sanarique non possis a
planta pedis usque ad verticem tuum. Du-
cetque te dominus et regem tuum quem con-
stitueris super te in gentem quam igno-
ras tu et patres tui et servies ibi diis
alienis ligno et lapidi et eris perditus

in proverbium ac fabulam omnibus populis ad
quos te introduxerit dominus. Sementem
multam iacies in terram et modicum con-
gregabis quia locuste devorabunt omnia.
Vineam plantabis et fodies et vinum non
bibes nec colliges ex ea quippiam quia
vastabitur vermibus. Olivas habebis in
omnibus terminis tuis et non ungeris oleo
quia defluet et peribunt. Filios generabis
et filias et non frueris eis quoniam ducentur
in captivitatem. Omnes arbores tuas
et fruges terre tue rubigo consumet.
Advena qui tecum versatur in terra ascen-
det super te eritque sublimior. Tu autem
descendes et eris inferior. Ipse fene-
rabit tibi et non tu fenerabis ei. Ipse
erit in caput et tu eris in cauda. Et ve-
nient super te omnes maledictiones iste
et persequentes apprehendent te donec
intereas quia non audisti vocem domini dei
tui nec servasti mandata et cerimo-
nias eius quas precepit tibi. Et erunt
in te signa atque prodigia et in semine
tuo usque in sempiternum. Eo quod non
servieris domino deo tuo in gaudio
cordisque letitia propter rerum omnium habun-
dantiam. Servies inimico tuo quem
immittet dominus tibi in fame et siti et
nuditate et omni penuria et imponet
iugum ferreum super cervicem tuam donec
te conterat. Adducet dominus super te
gentem de longinquo et de extremis
finibus terre in similitudinem aquile volan-
tis cum impetu cuius linguam intelligere
non possis, gentem procacissimam que non de-
ferat seni nec misereatur parvuli et de-
voret fructum iumentorum tuorum ac fru-
ges terre tue donec intereas et non reli-
quat tibi triticum vinum et oleum, ar-
menta boum et greges ovium donec disper-
dat et conterat in cunctis urbibus tuis
et destruantur muri tui firmi atque

sublimes in quibus habebas fiduciam
in omni terra tua. Obsideberis intra portas
tuas in omni terra tua quam dabit tibi dominus
deus tuus et comedes fructum uteri
tui et carnes filiorum tuorum et filiarum
tuarum quas dedit tibi dominus deus tuus
in angustia et vastitate qua opprimet
te hostis tuus. Homo delicatus vite
et luxuriosus valde invidebit fratri suo
et uxori que cubat in sinu suo, ne det
eis de carnibus filiorum suorum quas
comedet eo quod nichil aliud habeat in ob-
sidione et penuria qua vastaverint
te inimici tui intra omnes portas
tuas. Tenera mulier et delicata que
super terram ingredi non valebat nec pedis
vestigium figere propter mollitiem et tene-
ritudinem nimiam invidebit viro suo qui
cubat in sinu eius super filii et filie car-
nibus et illuvie secundinarum que egre-
diuntur de medio feminum eius et super
liberis qui eadem hora nati sunt. Come-
dent enim eos clam propter rerum omnium penu-
riam in obsidione et vastitate qua
opprimet te inimicus tuus intra portas
tuas. Nisi custodieris et feceris omnia
verba legis huius que scripta sunt in hoc
volumine et timueris nomen eius glo-
riosum et terribile hoc est dominum deum tuum
augebit dominus plagas tuas et pla-
gas seminis tui, plagas magnas
et perseverantes, infirmitates pessi-
mas et perpetuas et convertet in te omnes
afflictiones egipti quas timuisti
et adherebunt tibi. Insuper et universos
languores et plagas que non sunt
scripte in volumine legis huius inducet
dominus super te donec te conterat. Et rema-
nebitis pauci numero qui eratis prius
sicut astra celi pre multitudine quoniam non
audisti vocem domini dei tui. Et sicut an

Letatus e dns sup vos bn vobis faci-
ens/ vosq multiplicans/ sic letabit
disperdens vos atq subvertens ut au-
feramini de tra ad qua ingredieris
possidenda/ Disperget te dns i omes
populos a summitate tre usq ad tmos
eius et servies ibi diis alienis quos
et tu ignoras z pres tui/ lignis et
lapidibus In gentibus qq illis no
quiesces/ neq erit requies vestigio pe-
dis tui Dabit em tibi dns cor pa-
uidu et deficientes oculos z aiaz me-
rore consupta Et erit vita tua qsi
pendens an te Timebis nocte z die
z no credes vite tue Mane dices/ qs
m det vespam et vespe qs m det mane
ppt cordis tui formidine q terebis
Et ppt ea que tuis videbis oculis
Reducet te dns classibus i egiptu
p via de qua dixit tibi ut ea am-
plius no videres Ibi vendens inimi-
cis tuis in servos et ancillas z non
erit q emat Hec sut vba federis qd
precepit dns moysi ut feriret cu fi-
liis isrl in tra moab pt illud
fedus qd cu illis pepigit i oreb

Vocavitq moyses/ Cap xxix
omnem israhelem z dixit ad
eos Vos vidistis vniusa que fecit
dns cora vobis in tra egipti/ phara-
oni et oibus servis eius vniuseq
tre illius/ temptacoes magnas qs
viderut oculi tui/ signa illa pteta
qq ingencia et no dedit dns vob
cor intelligens/ et oculos videntes
et aures que possit audire usq i
psente die Adduxit vos xl anis
p desertu z no sut attrita vestimenta
vra n calciamenta pedu vroz vetus-
tate cosupta sut Panem no comedistis
vinu z siccera no bibistis ut sciretis
quia ipe e dns deus vr Et venistis
ad locu hunc Egressusq e seon
Rex esebon/ et Og rex basan/ oc-
currentes vob ad pugna z pcussimus
eos et tulimus tra eoz ac tradidi-
mus ruben possidenda et gad z dimi-
die tribui manasse Custodite g
vba pacti huius et iplete ea ut in-
telligatis vniusa que facietis
Vos statis hodie cuncti cora dno
deo vro/ pncipes vri ac tribus et
maiores natu atq doctores/ omnis
populus isrl/ liberi et uxores vre z ad-
vene qui tecu morat in castris
exceptis lignoz cesoribus et hiis qui
coptat aquas ut transeas i fede-
re dni dei tui et i iure iurando qd dns
deus tuus hodie pcutit tecu ut
suscitet te in pplm sibi et ipe sit
dns deus tuus sicut locutus e et z si-
cut iuravit pribus tuis Abraham ysa-
ac et Jacob Nec vobis solis ego
hoc fedus ferio et hec iuramenta co-
firmo sed cunctis pntibus z absentibus
Vos em nostis quomo habitauimus in
tra egipti et quo transierimus p me-
diu nacionu/ quas transeuntes vidistis
abhoiacoes et sordes i. ydola eoz
ligniu et lapidee/ argentu z auru
que colebat/ ne forte sit inter vos
vir ul mulier/ familia a tribus cuius
cor aversu e hodie a dno deo nro
ut vadat et serviat diis illaz gen-
ciu et sit inter vos radix germinans
fel et amaritudine Cumq audierit
vba iuramenti huius bndicat sibi in
corde suo dicens Pax erit michi et
ambulabo in pravitate cordis mei
et assumat ebria sicientem et dns
no ignoscat ei Sed tuc qm maxime

furor eius fumet et zelus contra
hominem illum et sedeat super eum omnia ma-
ledicta que scripta sunt in hoc volumine
et deleat dominus nomen eius sub celo et
consumat eum in perditionem ex omnibus tribu-
bus israel iuxta maledictiones que in libro
legis huius ac federis continentur. Dicet
que sequens generatio et filii qui nascentur
deinceps et peregrini qui de longe vene-
rint videntes plagas terre illius et infir-
mitates quibus eam affecerit dominus
sulphure et salis ardore comburens ita
ut ultra non seratur nec virens quippiam
germinet in exemplum subversionis sodome
et gomorre et adame et seboym
quas subvertit dominus in ira et in furore
suo et dicent omnes gentes. Quare dominus
sic fecit terre huic, que est hec ira furoris
eius immensa. Et respondebunt. Quia dere-
liquerunt pactum domini quod pepigit cum
patribus eorum quando eduxit eos de terra
egipti. Et servierunt diis alienis
et adoraverunt eos quos nesciebant
et quibus non fuerant attributi. Idcirco
iratus est furor domini contra terram istam
ut induceret super eam omnia maledicta
que in hoc volumine scripta sunt et eiecit
eos in ira sua et in furore et indigna-
tione maxima de terra sua. Proiecitque in
terram alienam sicut hodie comprobatur.
Abscondita a domino deo nostro que
manifesta sunt nobis et filiis nostris
usque in eternum ut faciamus universa legis huius.

Cum ergo venerint **Cap. xxx.**
super te omnes sermones isti benedictio
sive maledictio quam proposui in conspectu
tuo et ductus penitudine cordis tui
in universis gentibus in quas dis-
perserit te dominus deus tuus et reversus
fueris ad eum et obedieris eius impe-
riis sicut ego hodie precipio tibi cum
filiis tuis in toto corde tuo et in tota
anima tua. Reducet te dominus deus tuus
de captivitate tua ac miserebitur tui.
Et rursum congregabit te de cunctis
populis in quos te ante dispersit. Si ad
cardines celi fueris dissipatus inde te
retrahet dominus deus tuus et assumet
atque introducet in terram quam posside-
runt patres tui et obtinebis eam et bene-
dicens tibi, maioris numeri te esse faciet
quam fuerunt patres tui. Circumcidet dominus
deus tuus cor tuum et cor seminis tui
ut diligas dominum deum tuum in toto corde
tuo et in tota anima tua ut possis vivere. Omnes
autem maledictiones has convertet super ini-
micos tuos et eos qui oderunt te et perse-
quuntur. Tu autem reverteris et audies vocem
domini dei tui faciesque universa mandata
que ego precipio tibi hodie et habundare
te faciet dominus deus tuus in cunctis operibus
manuum tuarum in sobole uteri tui et
in fructu iumentorum tuorum in ubertate
terre tue et in rerum omnium largitate.
Revertetur enim dominus ut gaudeat super te
in omnibus bonis sicut gavisus est in
patribus tuis. Si tamen audieris vocem
domini dei tui et custodieris precepta eius
et cerimonias que in hac lege con-
scripte sunt et revertaris ad dominum deum
tuum in toto corde tuo et in tota anima tua.
Mandatum hoc quod ego precipio tibi ho-
die non supra te est neque procul positum nec in
celo situm ut possis dicere. Quis nostrum
ad celum valet conscendere ut deferat
illud ad nos et audiamus atque opere com-
pleamus. Neque transmare positum ut cau-
seris atque dicas. Quis ex nobis transfre-
tare poterit mare et illud usque ad nos de-
ferre ut possimus audire et facere quod
preceptum est. Sed iuxta te est sermo valde
in ore tuo et in corde tuo ut facias

illu. Considera q hodie proposuerim
in cospectu tuo vita et bonu et econ-
trario morte et malu ut diligas dnm
deu tuu et ambules in viis ei9 et cus-
todias madata illi9 et cerimonias
atq iudicia et vivas atq multipli-
cet te. benedicatq tibi in tra ad qua
[margin: deutero] ingredieris possidenda. Si aut aversu fuerit
cor tuu et audire nolueris atq er-
rore deceptus adoraveris deos alienos
et servieris eis predico tibi hodie q pe-
reas et pauco tpe moreris in terra
ad qua yordane transmisso ingre-
dieris possidenda. Testes invoco ho-
die celu et tra q proposuerim vita et bo-
et morte / benedictoz et maledictoz
Elige ergo vita ut et tu vivas
et semen tuu et diligas dnm deu tuu
atq obedias voci eius / illiq adhere-
as. Ipe e em vita tua et longitu-
do dieru tuoz ut habites in tra p q
iuravit dns patribus tuis / abraham y-
saac et iacob ut daret eam illis

Abiit itaq moyses. C.XXXI
et locutus est oia vba hec ad
universu isrl et dixit ad eos. Cen-
tu viginti annoz hodie no possu
ult egredi et ingredi / presertim cum
dns dixerit m. Non transibis iorda-
ne istu. Dns ei deus tuus transibit an-
te / ipe delebit omes gentes has
i cospectu tuo et possidebis eas. Et
Iosue iste transibit ante te sicut lo-
cutus e dns. Facietq dns eis sic-
ut fecit seon et og regibus amor-
reoz et tre eoz delebitq eos.
Cu g° et hos tradiderit vobis simili-
facietis eis sicut precepi vobis. Vi-
riliter agite et confortamini. Nolite
timere nec paveatis ad cospectu eoz

q dns deus tuus ipe e ductor tuus
et no dimittet nec derelinquet te. Vocavit
q moyses Iosue et dixit ei coram
oi multitudie filioz isrl. Confortare
et esto robustus. Tu ei introduces
pplm istu in tra qua daturu se patri-
bus eoz iuravit dns et tu ea sorte di-
vides. Et dns q ductor e vr ipe erit
tecu nec dimittet te neq derelinquet te.
Noli timere nec paveas. Scripsit itaq
moyses lege hanc et tradidit ea sacer-
dotibus filiis levi qui portabant ar-
cham federis dni et cunctis senioribus
isrl. Precepitq eis dicens. Post septe
annos anno remissionis in sollempnitate
tabnaculoz convenientibus cunctis
ex isrl ut appareant in cospectu dni
dei tui in loco que elegerit dns reci-
tabitis vba legis huius cora oi isrl
audientibus eis / et i unu oi pplo con-
gregato tam viris q mulieribus / parvul
et advenis qui sunt intra portas tuas
ut audientes discant et timeant
dnm deu vrm et custodiant impleant
q omes sermones legis huius. Filii
q eoz qui nunc ignorant ut audire
possint et timeant dnm deu suu
cunctis diebus quibus versantur i
tra ad qua vos iordane transito
pergetis obtinenda. Et ait dns ad
moysen. Ecce prope sunt dies mortis
tue. Voca iosue et state i taberna[lo]
testimonii. Apparuitq ibi dns i colu-
na nubis q stetit in introitu taber-
naculi. Dixitq dns ad moysen.
Ecce tu dormies cu patribus tuis
et pplus iste cosurgens fornicabit
post deos alienos in tra ad qua
ingredietur et habitabit i ea ibi. Derelin-

quet me et irritum faciet fedus quod
pepigi cum eo. Et irascetur furor meus
contra eum in die illo et derelinquam eum et
abscondam faciem meam ab eo. Et erit in
devoratorem. Invenient eum omnia mala et
afflictiones ita ut dicat in illo die. Vere
quia non est deus mecum invenerunt me
hec mala. Ego autem abscondam me et
celabo faciem meam in die illo propter omnia
mala que fecit. Quia secutus est deos
alienos. Nunc igitur scribite vobis can-
ticum istud et docete filios israhel ut memo-
riter teneant et ore decantent ut sit car-
men istud pro testimonio inter filios israhel.
Introducam enim eum in terram pro qua iura-
vi patribus eius lacte et melle ma-
nantem. Cumque comederint et saturati
crassique fuerint convertentur ad deos ali-
enos et servient eis et detrahent mihi et
irritum facient pactum meum. Postquam
invenerint eum mala multa et afflic-
tiones respondebit ei canticum istud pro testi-
monio quod nulla delebit oblivio ex ore
seminis tui. Scio enim cogitationes eius
que facturus sit hodie antequam intro-
ducam eum in terram quam ei pollicitus sum.
Scripsit ergo moyses canticum et docuit
filios israhel. Precepitque dominus iosue filio
nun et ait. Confortare et esto robus-
tus. Tu enim introduces filios israhel in terram
quam pollicitus sum et ego ero tecum. Post-
quam ergo moyses scripsit verba legis
huius in volumine atque complevit. Precepit
levitis qui portabant archam federis
domini dicens. Tollite librum istum et ponite
eum in latere arche federis domini dei vestri
ut sit ibi contra te in testimonium. Ego
enim scio contentionem et cervicem tuam
durissimam. Adhuc vivente me et in-
grediente vobiscum semper contentiose

egistis contra dominum quanto magis cum
mortuus fuero. Congregate ad me omnes
maiores natu per tribus vestras atque doc-
tores et loquar audientibus eis sermones
istos et invocabo contra vos celum et terram.
Novi enim quod post mortem meam inique
agetis et declinabitis cito de via quam
precepi vobis. Et occurrent vobis mala in
extremo tempore quando feceritis malum in con-
spectu domini ut irritetis eum per opera ma-
nuum vestrarum. Locutus est ergo moyses au-
diente universo cetu filiorum israhel verba
carminis huius et ad finem usque complevit.

Capitulum XXXII

Audite celi que
loquar audiat terra verba oris mei.
Concrescat in pluvia doctrina mea
fluat ut ros eloquium meum quasi ymber
super herbam et quasi stille super gramina
quia nomen domini invocabo. Date magni-
ficentiam deo nostro dei perfecta sunt opera et omnes
vie eius iudicia. Deus fidelis et absque
ulla iniquitate iustus et rectus. Pecca-
verunt ei et non filii eius in sordibus
generatio prava atque perversa. Hecine red-
dis domino popule stulte et insipiens. Numquid
non ipse est pater tuus qui possedit te et fecit
et creavit te. Memento dierum antiquorum
cogita generationes singulas. Interroga
patrem tuum et annuntiabit tibi maiores
tuos et dicent tibi. Quando dividebat al-
tissimus gentes quando separabat filios adam
constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum
israhel. Pars autem domini populus eius iacob funiculus
hereditatis eius. Invenit eum in terra
deserta in loco horroris et vaste solitu-
dinis. Circumduxit eum et docuit et cus-
todivit quasi pupillam oculi sui. Sicut
aquila provocans ad volandum pullos
suos et super eos volitans. Expandit
alas suas et assumpsit eum atque portavit

in humeris suis Dominus solus dux eius fuit
et non erat cum eo deus alienus Consti-
tuit eum super excelsam terram ut comederet
fructus agrorum ut sugeret de petra
mel oleumque de saxo durissimo Buti-
rum de armento et lac de ovibus cum
adipe agnorum et arietum filiorum basan
Et hircos cum medulla tritici et san-
guinem uve biberet meracissimum Incras-
satus est dilectus et recalcitravit Incras-
satus impinguatus dilatatus Dereliquit
deum factorem suum et recessit a deo sa-
lutari suo Provocaverunt eum in diis ali-
enis et in abhominationibus ad iracundiam
concitaverunt Immolaverunt demoniis
et non deo diis quos ignorabant
Novi recentesque venerunt quos non
coluerunt patres eorum Deum qui te genuit
dereliquisti et oblitus es domini creatoris
tui Vidit dominus et ad iracundiam conci-
tatus est quia provocaverunt eum filii sui
et filie Et ait Abscondam faciem meam
ab eis et considerabo novissima
eorum Generatio enim perversa est et infide-
les filii Ipsi me provocaverunt in eo
qui non erat deus et irritaverunt in
vanitatibus suis Et ego provocabo
eos in eo qui non est populus et in gente stulta
irritabo illos Ignis succensus est
in furore meo et ardebit usque ad
inferni novissima Devorabitque terram
cum germine suo et montium fundamenta
comburet Congregabo super eos ma-
la et sagittas meas complebo in
eis Consumentur fame et devorabunt
eos aves morsu amarissimo Dentes
bestiarum immittam in eos cum furore
trahentium super terram atque serpentium
Foris vastabit eos gladius et intus
pavor iuvenem simul ac lactantem

virginem cum homine sene Et dixi ubi-
nam sunt Cessare faciam ex hominibus memo-
riam eorum Sed propter iram inimicorum
distuli ne forte superbirent hostes eorum
et dicerent Manus nostra excelsa et
non dominus fecit hec omnia Gens absque ysaie 21
consilio est et sine prudentia Utinam
saperent et intelligerent ac novis-
sima providerent Quomodo persequebatur
unus mille et duo fugarent decem milia
Nonne ideo quia deus suus vendidit eos
et dominus conclusit eos Non est enim deus
noster ut dii eorum et inimici nostri sunt
iudices De vinea sodomorum vinea
eorum et de suburbanis gomorre
Uva eorum uva fellis et botrus amarissimus
Fel draconum vinum eorum et venenum
aspidum insanabile Nonne hec con-
dita sunt apud me et signata in
thesauris meis Mea est ultio et
ego retribuam eis in tempore ut labatur
pes eorum Iuxta est dies perditionis et ad-
esse festinant tempora Iudicabit dominus
populum suum et in servis suis miserebitur
Videbit quod infirmata sit manus
et clausi quoque defecerunt residuique con-
sumpti sunt Et dicet ubi sunt dii eorum
in quibus habebant fiduciam De quorum
victimis comedebant adipes et bibebant
vinum libaminum Surgant et opitu-
lentur vobis et in necessitate vos protegant
Videte quod ego sim solus et non sit alius
deus preter me Ego occidam et ego
vivere faciam ego percutiam et ego sanabo
et non est qui de manu mea possit eruere
Levabo ad celum manum meam et dicam
vivo ego in eternum Si acuero ut
fulgur gladium meum et arripuerit
iudicium manus mea reddam ultionem

hostibus meis et hiis qui oderunt
me retribuam. Inebriabo sagittas
meas sanguine et gladius meus deuo-
rabit carnes. De cruore occisorum
et de captiuitate nudati inimicorum
capitis. Laudate gentes populum eius quia
sanguinem seruorum suorum ulciscetur et
vindictam retribuet in hostes eorum
et propicius erit terre populi sui. Venit ergo
moyses et locutus est omnia verba cantici
huius in auribus populi ipse et iosue filius
nun. Compleuitque omnes sermones istos
ad vniuersum israel et dixit ad eos. Poni-
te corda vestra in omnia verba mea que
ego testificor vobis hodie ut man-
detis ea filiis vestris custodire et facere
et implere vniuersa que scripta sunt in
legis huius volumine quia non incassum pre-
cepta sunt vobis sed ut singuli in
eis viuerent que facientes longo per-
seueretis tempore in terra ad quam iordanem
transmissis ingrediemini possidendam.
Locutusque est dominus ad moysen in ea-
dem die dicens. Ascende in montem istum
abarim id est transitum in montem nebo
qui est in terra moab contra iericho et
vide terram chanaan quam ego tradam
filiis israel obtinendam et morere in
monte quem conscendens iungeris po-
pulis tuis sicut mortuus est aaron
frater tuus in monte hor et appositus
est populis suis quia preuaricati estis
contra me in medio filiorum israel
ad aquas contradictionis in ca-
des deserti syn et non sanctificastis
me inter filios israel. E contra
terram videbis et non in-
gredieris in eam quam ego dabo
filiis ysrahel

Capitulum XXXIII

Hec est benedictio qua
benedixit moyses homo dei filiis israel
ante mortem suam et ait. Dominus de syna
venit et de seyr ortus est nobis. Appa-
ruit de monte pharan et cum eo sanctorum
milia. In dextera eius ignea lex. Di-
lexit populos. Omnes sancti in manu eius
sunt et qui appropinquant pedibus eius
accipient de doctrina illius. Legem precepit
nobis moyses hereditatem multitudinis
iacob. Erit apud rectissimum rex con-
gregatis principibus populi cum tribubus
israel. Viuat ruben et non moriatur et
sit paruus in numero. Hec est iude benedic-
tio. Audi domine vocem iude et ad populum
suum introduc eum. Manus eius pug-
nabunt pro eo et adiutor illius contra
aduersarios eius erit. Leui quoque ait. Per-
fectio tua et doctrina tua viro sancto
tuo quem probasti in temptatione et iudi-
casti ad aquas contradictionis. Qui
dixit patri suo et matri sue nescio vos
et fratribus suis ignoro illos et nescie-
runt filios suos. Hii custodierunt eloquium
tuum et pactum tuum seruauerunt iudicia
tua o iacob et legem tuam o israel. Ponent
thimiama in furore tuo et holocaustum
super altare tuum. Benedic domine fortitudini
eius et opera manuum illius suscipe. Per-
cute dorsa inimicorum eius et qui oderunt
eum non consurgant. Et beniamyn ait.
Amantissimus domini habitabit in eo confidenter
quasi in thalamo tota die morabitur
et inter humeros illius requiescet. Joseph
quoque ait. De benedictione domini terra eius de
pomis celi et rore atque abysso sub-
iacente. De pomis fructuum solis ac lune
de vertice antiquorum montium. De pomis col-
lium eternorum et de frugibus terre et de pleni-
tudine eius. Benedictio illius qui apparuit
in rubo veniat super caput ioseph et super
verticem nazarei inter fratres. Quasi primo-
geniti thauri pulchritudo eius cornua

rinocerotis cornua illius In ipis ve-
tilabit gentes usque ad terminos terre hec
sunt multitudines effraym et hec milia
manasse Et zabulon ait Letare za-
bulon in exitu tuo et ysachar in tab-
naculis tuis populos ad montem vocabunt
ibi ymolabunt victimas iusticie qui in-
undacionem maris quasi lac sugent et the-
sauros absconditos arenarum Et gad
ait Benedictus in latitudine gad quasi
leo requievit cepitque brachium et verticem
et vidit principatum suum quod in parte sua doc-
tor esset repositus Qui fuit cum principi-
bus populi et fecit iusticias domini et iu-
dicium suum cum israel Dan quoque ait Dan ca-
tulus leonis fluet largiter de basan
Et neptalim dixit Neptalim habun-
dancia perfruetur et plenus erit benedictionibus
domini mare et meridiem possidebit Aser
quoque ait Benedictus in filiis aser sit pla-
cens fratribus suis tingat in oleo pe-
dem suum ferrum et es calciamentum eius
sicut Sicut dies iuventutis tue ita et senectus
tua Non est deus alius ut deus rectissi-
mi Ascensor celi auxiliator tuus magni-
ficencia eius discurrunt nubes habitaculum
eius sursum et subter brachia sempi-
terna Eiciet a facie tua inimicum dicet-
que conterere habitabit israel confidenter
et solus Oculus iacob in terra frume-
ti et vini celique caligabunt rore Beatus
es tu israel Quis similis tui populus qui salvaris
in domino scutum auxilii et gladius glorie
tue deus tuus Negabunt te inimici tui
et tu eorum colla calcabis Capitulum xxxiiii

Ascendit ergo moyses de cam-
pestribus moab super montem nebo
in verticem phasga contra iericho Os-
tenditque ei dominus omnem terram galaad
usque dan et universum neptalim terramque
effraym et manasse et omnem terram
iuda usque ad mare novissimum et aust-
rem partem et latitudinem campi iericho civitatis
palmarum usque segor Dixitque dominus ad
eum Hec est terra pro qua iuravi abraham
et ysaac et iacob dicens Semini tuo da-
bo eam Vidisti eam oculis tuis et non tran-
sibis ad illam Mortuusque est ibi moyses
servus domini in terra moab iubente domino et
sepelivit eum in valle terre moab contra
phegor Et non cognovit homo sepulchrum
eius usque in presentem diem Moyses centum
viginti annorum erat quando mortuus est non
caligavit oculus eius nec dentes illius
moti sunt Fleveruntque eum filii israel in
campestribus moab triginta diebus Et
completi sunt dies planctus lugencium moy-
sen Iosue vero filius nun repletus est
spiritu sapiencie quia moyses posuit super eum
manus suas Et obedierunt ei filii israel
feceruntque sicut precepit dominus moysi
Et non surrexit propheta ultra in ysrahel
sicut moyses quem nosset dominus facie
ad faciem in omnibus signis atque portentis
que misit per eum ut faceret in terra egipti
pharaoni et omnibus servis eius universe-
que terre illius et cunctam manum robustam
magnaque mirabilia que fecit moyses
coram universo ysrahel Explicit
deutronomius Incipit liber Iosue

Incipit prologus beati Ieronimi in librum
Iosue pro.. lo.. g.. u.. s..

Tandem finito penthateuco
moysi velud grandi fenore li-
berati ad iesum filium nave manum
mittimus quem hebrei Iosue benum
id est iosue filium nun vocant et ad iudicum
librum quem sopthim appellant Ad ruth
quoque et hester quos eisdem nominibus effe-
runt Monemusque lectorem ut sillaba
hebraicorum nominum et distinctiones per
membra divisas diligens scriptor con-
servet ne et noster labor et illius studium
pereat Et ut in primis quod sepe tes-
tatus sum sciat me non in reprehen-
sionem veterum nova cudere sicut ami-

mei criminatur sed quilibet parte offre
lingue mee hominibus quos tamen in tantum
delectat ut pro grecorum exapolis que
et sumptu et labore maximo indiget
editionem nostram habeat et sicubi
in antiquorum voluminum lectione
dubitaverit hec illic conferentes in
veniat quod requirit maxime cum et
apud latinos tot sint exemplaria
quot codices et unusquisque pro ar
bitrio suo vel addiderit vel subtraxerit
quod ei visum est et utique non possit
verum esse quod dissonat unde cesset
arcuato vulnere contra nos insurgere
scorpius et sanctum opus venenata
carpere lingua desistat vel suscipi
ens si placet vel contempnens si displi
displicet meminerit quod illorum versuum
os tuum habundavit malicia et lingua
tua concinnabat dolos sedens adver
sus fratrem tuum loquebaris et adversus
filium matris tue ponebas scandalum
hec fecisti et tacui existimasti
inique quod ero tui similis arguam
te et statuam contra faciem tuam queso
enim audientis vel legentis utilitas
eos laborando sudare et alios detra
hendo laborare dolere invidos quod ca
lumpniandi eis et invidendi xpianos
sit ablata occasio et ecce homines ad de
spiciendum ymo latrare unde adversarii
torquicantur Si pivetus eis tantum
interpretatio placet que et in non displicet
et nichil ergo recipiendum putatur
ea que sub asteriscis et obelis vel
addita sunt vel amputata leguntur et
negligunt Cur danielem iuxta theo
dotionis translationem ecce susceperunt
Cur originem imitantur et eusebium
pamphili cunctas editiones similiter
dissentes aut que sunt pudicicia postquam
vera experti confirme que falsa sunt //
Non autem in novo testamento probare po
terunt assumpta testimonia que in libris
veteribus non habentur Hec diximus
ne omnino calumpniantibus tacere vide
amur Ceterum post sancte paule dor
mitionem cuius vita virtutis exemplum est
et hos libros quos eustochio virgini
xpi negare non potui decrevimus tu
usque hos reget artus explana
nacioni incumbere et omissum iam diu opus
quasi quodam post liminio repetere
presertim cum admirabilis sanctusque
vir pamachius hec idem litteris fla
gitet Et nos ad patriam festinantes
mortiferos sirenarum cantus surda
debeamus aure transire

Argumentum

Ihesus filius naue typum domini non
solum in gestis verum etiam in nomine
gerens transit ad iordanem hostium
regna subvertit dividit terram victori
et per singulas urbes vicos montes
flumina torrentes atque confinia ecce
celestisque urbis spiritualia regna describit

Capitulum primum

Et factum est post mortem
moysi servi domini ut loq
retur dominus ad Josue filium
nun ministrum moysi et
diceret ei Moyses servus

meus mortuus est Surge et transi
iordanem istum tu et omnis populus tecum
in terram quam ego dabo filijs israhel
Omnem locum quem calcaverit vestigium
pedis vestri vobis tradam sicut
locutus sum moysi A deserto et libano
usque ad fluvium magnum eufraten
Omnis terra ethreorum usque ad mare magnum
contra solis occasum erit terminus
vester Nullus poterit resistere vobis cunctis
diebus vite tue Sicut fui cum
moyse ita ero tecum Non dimittam neque
derelinquam te Confortare et esto robustus
Tu enim sorte divides populo
huic terram pro qua iuravi patribus tuis ut
traderem eam illis Confortare igitur
et esto robustus valde ut custodias
et facias omnem legem quam precepit tibi
moyses servus meus Ne declines
ab ea ad dexteram vel sinistram ut intelligas
cuncta que agis Non recedat
volumen legis huius de ore tuo sed
meditabis in eo diebus ac noctibus
ut custodias et facias omnia que scripta
sunt in eo Tunc diriges viam tuam et
intelliges eam Ecce precipio tibi confortare
et esto robustus Noli metuere
et noli timere quia tecum est dominus deus
tuus in omnibus ad quecumque perrexeris
Precepitque iosue principibus populi
dicens Transite per medium castrorum
et imperate populo ac dicite Preparate
vobis cibaria quoniam post diem tertium transibitis
iordanem et intrabitis ad possidendam
terram quam dominus deus vester daturus est
vobis Rubenitis quoque et gadditis et
dimidie tribui manasse ait Mementote
sermonis quem precepit vobis moyses
famulus domini dicens dominus deus vester
dedit vobis requiem et omnem terram

uxores vestre et filij ac iumenta manebunt
in terra quam tradidit vobis moyses
transiordanem Vos autem transite armati
ante fratres vestros omnes fortes manu et
pugnate pro eis donec det dominus requiem
fratribus vestris sicut et vobis dedit et
possideant quoque ipsi terram quam dominus deus
vester daturus est eis Et sic revertimini in
terram possessionis vestre et habitabitis in ea
quam vobis dedit moyses famulus domini
transiordanem contra solis ortum Responderuntque
ad iosue atque dixerunt Omnia que
precepisti nobis faciemus et quocumque miseris
ibimus Sicut obedivimus in cunctis
moysi ita obediemus et tibi tantum sit dominus
deus tuus tecum sicut fuit cum moyse
Qui contradixerit ori tuo et non obedierit
cunctis sermonibus tuis quos preceperis
ei moriatur Tantum tu confortare
et viriliter age Capitulum ij

Misit ergo iosue filius nun de sethim duos
viros exploratores in abscondito
dixitque eis Ite considerate terram urbemque
iericho Qui pergentes ingressi sunt
domum mulieris meretricis nomine raab
et quieverunt apud eam Nunciatumque est
regi iericho et dictum Ecce viri ingressi
sunt huc per noctem de filijs israhel ut explorarent
terram Misitque rex iericho ad
raab meretricem dicens Educ viros qui
venerunt ad te et ingressi sunt domum
tuam Exploratores quippe sunt et omnem
terram considerare venerunt Tollensque
viros mulier abscondit et ait Fateor venerunt ad me
sed nesciebam unde essent Cumque porta
clauderetur in tenebris et illi pariter
exierunt Nescio quo abierunt persequimini
cito et comprehendetis eos Ipsa
autem fecit ascendere viros in solarium domus

sue operuitq; eos lini stipula que ibi
erat // Illi at qui missi fuerant secuti
sunt eos per viam que ducit ad vada ior
danis // Illisq; egressis statim porta
clausa est // Nec dum obdormierant qui
latitabant // Et ecce mulier ascendit ad
eos et ait // Novi quod dominus tradidit vobis
terram // Et enim irruit in nos terror vester
et elanguerunt omnes habitatores terre //
Audivimus quod siccaverit dominus aquas maris
rubri ad vestrum introitum quando egressi estis
ex egipto et que feceritis duobus
amorreorum regibus qui erant trans
iordanem seon et og quos interfecistis //
Et hoc audientes pertimuimus et elang
uit cor nostrum nec remansit in nobis spiritus
ad introitum vestrum // Dominus enim deus vester ipse
est deus in celo sursum et in terra deor
sum // Nunc ergo iurate michi per dominum deum
vestrum // ut quomodo ego feci vobiscum mi
sericordiam ita et vos faciatis cum do
mo patris mei // Detisq; michi signum verum
ut salvetis patrem meum et matrem fratres
ac sorores meas et omnia que eorum sunt
et eruatis de morte animas meas //
Qui responderunt ei // Anima nostra sit pro vobis
in mortem si tamen non prodideris nos // Cum tra
diderit dominus nobis terram faciemus in te
misericordiam et veritatem // Dimisit ergo eos per
funem de fenestra // Domus enim eius herere
bat muro // Dixitque ad eos // Ad monta
na conscendite ne forte occurrant vobis
revertentes // ibique latete tribus diebus
donec redeant et sic ibitis per viam vestram //
Qui dixerunt ad eam innoxii erimus
a iuramento hoc quo adiurasti nos //
Si ingredientibus nobis terram signum
non fuerit funiculus iste coccineus
et ligaveris eum in fenestra per quam
nos dimisisti // Et patrem tuum ac matrem
fratresq; et omnem cognacionem tuam

congregaveris in domum tuam // Qui ostium
domus tue egressus fuerit sanguis ipsius
erit in caput eius et nos erimus alieni //
Cunctorum autem sanguis qui tecum fuerint
in domo redundabit in caput nostrum
si eos aliquis tetigerit // Quod si nos prodere
volueris et sermonem istum proferre in me
dium // erimus mundi ab hoc iuramento quo
adiurasti nos // Et illa respondit // Sicut
locuti estis sic fiat // Dimittensq; eos
ut pergerent // appendit funiculum cocci
neum in fenestra // Illi vero ambulantes
pervenerunt ad montana et manserunt
ibi tres dies donec reverterentur qui fue
rant persecuti // querentes enim per omnem viam
non repererunt eos // Quibus urbem in
gressis reversi sunt et descenderunt explo
ratores de monte // Et iordane transito
venerunt ad iosue filium nun // Narraverunt
que ei omnia que acciderant sibi atque
dixerunt // Tradidit dominus in manus nostras
omnem terram hanc et timore prostrati sunt omnes habita
tores eius // Capitulum iii

Igitur Iosue de nocte consurgens
movit castra // EgredienteSq; de se
thim venerunt ad iordanem ipse et omnes
filii israel et morati sunt ibi per tres dies //
Quibus evolutis transierunt precones
per castrorum medium et clamare ceperunt //
Quando videritis archam federis domini
dei vestri et sacerdotes stirpis leviticae
portantes eam vos quoque consurgite et
sequimini precedentes // Sitque inter vos et
archam spacium cubitorum duorum milium
ut magis procul videre possitis et nosse per
quam viam ingrediamini quia prius non am
bulastis per eam et cavete ne appropinquetis
ad archam // Dixitque iosue ad populum //
Sanctificamini cras enim faciet dominus mira
bilia inter vos // Et ait ad sacerdotes

Tollite archa federis et precedite populu
Qui iussa conplentes tulerunt et ambula-
uerunt ante eos Dixitque dominus ad iosue ho-
die incipiam exaltare te coram omni israhel
ut sciant quod sicut cum moyse fui ita et tecu
sum Tu autem precipe sacerdotibus qui por-
tant archa federis et dic eis Cum ingressi
fueritis partem aque iordanis state in ea
Dixitque iosue ad filios israhel Accedite
huc et audite verbum domini dei vestri Et rursu
In hoc inquit scietis quod dominus deus viuens
in medio vestri est et disperdet in conspectu vestro
chananeum et etheum eueum et phereseum
gergeseum quoque et amorreum et iebuseum
Ecce archa federis domini omnis terre anteced-
det vos per iordanem Parate xii viros
de tribubus israhel singulos per singulas
tribus Et cum posuerint vestigia pedu
suorum sacerdotes qui portant archam
federis domini dei uniuerse terre in aquis ior-
danis aque que inferiores sunt decur-
rent atque deficient Que autem desuper
veniunt in una mole consistent Igitur
egressus est populus de tabernaculis suis
ut transiret iordanem et sacerdotes qui
portabant archa federis pergebant ante eu
Ingressisque eis iordanem et pedibus
eorum tinctis in parte aque Iordanis autem
ripas aluei sui tempore messis impleuerat
steterunt aque descendentes in loco
uno et ad instar montis intumescentes
apparebant procul ab urbe que vocatur edom
usque ad locum sarthan Que autem infe-
riores erant in mare solitudinis quod
nunc vocatur mortuum descenderunt
usque quo omnino deficerent Populus
autem incedebat contra iordanem et sa-
cerdotes qui portabant archa federis
domini stabant super siccam humum in medio ior-
danis accincti omnisque populus per arentem alueum transibat

Quibus transgressis Capitulum iiii
Dixit dominus ad iosue Elige xii vi-
ros singulos per singulas tribus et
precipe eis ut tollant de medio iordanis
alueo ubi steterunt sacerdotum pedes
xii durissimos lapides quos ponetis
in loco castrorum ubi fixeritis hac noc-
te tentoria Vocauitque iosue xii viros
quos elegerat de filiis israhel singulos
de tribubus singulis et ait ad eos
Ite ante archa domini dei vestri ad iordanis
medium et portate inde singuli singu-
los lapides in humeris vestris iuxta
numerum filiorum israhel ut sit signum inter
Et quando interrogauerit vos filii vestri cras
dicentes Quid sibi volunt isti lapides
Respondebitis eis Defecerunt aque iordanis
ante archa federis domini cum transiret eum
Ideo positi sunt lapides isti in monu-
mentum filiorum israhel usque in eternum Fece-
runt ergo filii israhel sicut precepit iosue
portantes de medio iordanis alueo
xii lapides ut eis dominus imperauerat
iuxta numerum filiorum israhel usque ad locum in quo
castrametati sunt ibique posuerunt eos
Alios quoque xii lapides posuit Iosue in
medio iordanis alueo ubi steterunt
sacerdotes qui portabant archa federis
domini et sunt ibi usque in presentem diem Sacer-
dotes autem qui portabant archa stabant
in medio iordanis donec omnia conplerentur
que iosue loqui iusserat ad populum ut preceperat
dominus et dixerat ei moyses Festinauitque
populus et transiuit Cumque transissent omnes
transiuit et archa domini Sacerdotes quoque
pergebant ante populum Filii quoque ruben et
gad et dimidia tribus manasse
armati precedebant filios israhel sicut
eis preceperat moyses et xl pugna-
torum milia per turmas suas et cuneos
incedebant super plana atque campestria

urbis iericho. In illo die magnificavit
dominus iosue coram omni israel ut timerent eum
sicut timuerant moysen dum adhuc viveret.
Dixitque ad eum: Precipe sacerdotibus qui por-
tant archam federis ut ascendant de ior-
dane. Qui adimplevit dominus mandatum suum.
Qui precepit eis dicens: Ascendite de ior-
dane. Cumque ascendissent portantes archam
federis domini et siccam humum calcare ce-
pissent, reverse sunt aque in alveum suum
et fluebant sicut ante consueverant. Populus
autem ascendit de iordane decimo mense
prima die mensis et castrametati sunt
in galgalis contra orientalem plagam
urbis iericho. Lapides quoque duodecim quos
de iordanis alveo sumpserat, posuit
iosue in galgalis, et dixit ad filios
israel: Quando interrogaverint filii vestri cras
patres suos et dixerint eis: Quid sibi
volunt isti lapides, docebitis eos atque
dicetis: Per arentem alveum transivit
israel iordanem istum, siccante domino deo vestro
aquas eius in conspectu vestro donec
transiremus, sicut fecerat prius in mari
rubro quod siccavit donec transiremus,
Ut discant omnes terrarum populi fortissimam
domini dei manum, ut et vos timeatis
dominum deum vestrum omni tempore. Capitulum v

Postquam autem audierunt omnes
reges terre amorreorum qui ha-
bitabant trans iordanem ad occidentalem
plagam et cuncti reges chanaan qui
propinqua possidebant magni maris
loca quod siccasset dominus fluenta iordanis
coram filiis israel donec transirent, dissolu-
tum est cor eorum et non remansit in eis
spiritus timentes introitum filiorum israel.
Eo tempore ait dominus ad iosue: Fac tibi
cultros lapideos et circumcide secundo
filios israel. Fecitque quod dominus iusserat
et circumcidit filios israel in colle prepu-
tiorum. Hec autem causa est secunde circumcisi-
onis. Omnis populus qui egressus est ex egipto
generis masculini universi bellatores
viri mortui sunt in deserto per longissimos
vie circuitus qui omnes circumcisi erant. Po-
pulus autem qui natus est in deserto per xl an-
nos in itinere latissime solitudinis incir-
cumcisus fuit donec consumerentur qui non
audierant vocem domini et quibus ante iura-
verat ut ostenderet eis terram lacte et mel-
le manantem. Horum filii in locum successe-
runt patrum et circumcisi sunt a iosue, quia
sicut nati fuerant in preputio erant, nec
eos in via aliquis circumciderat. Postquam
autem omnes circumcisi sunt manserunt in eodem
castrorum loco donec sanarentur. Dixitque
dominus ad iosue: Hodie abstuli obprobrium
egipti a vobis. Vocatumque est nomen loci
illius galgala usque in presentem diem. Man-
seruntque filii israel in galgalis et fecerunt
phase quartadecima die mensis ad vesperam
in campestribus iericho, et comederunt
de frugibus terre die altero azimos pa- Mana defecit
nes et polentam eiusdem anni. Defecitque
manna postquam comederunt de frugibus
terre, nec usi sunt ultra illo cibo filii israel
sed comederunt de frugibus anni presentis terre
chanaan. Cum autem esset iosue in agro ur-
bis iericho, levavit oculos et vidit virum Levat oculos
stantem contra se et evaginatum te-
nentem gladium, perrexitque ad eum et ait:
Noster es an adversariorum? Qui respondit:
Nequaquam, sed sum princeps exercitus domini
et nunc venio. Cecidit iosue pronus
in terram et adorans ait: Quid dominus meus
loquitur ad servum suum? Solve inquit cal-
ciamentum tuum de pedibus tuis, locus
enim in quo stas sanctus est. Capitulum vi

Fecitque iosue ut sibi fuerat
imperatum. Iericho autem clausa erat
atque munita timore filiorum israel et
murata et nullus egredi audebat
aut ingredi. Dixitque dominus ad iosue:
Ecce dedi in manus tuas iericho
et regem eius omnesque fortes viros

Circuite urbem cuncti bellatores semel
per diem. Sic facietis per sex dies. Septimo
autem die sacerdotes tollent septem bucinas
quarum usus est in iubileo et precedant ar-
cham federis Domini. Septiesque circuibitis
civitatem. Et sacerdotes clangent buci-
nis. Cumque insonuerit vox tube longior
atque concisior et in auribus vestris incre-
puerit, conclamabit omnis populus vocifera-
tione maxima et muri funditus corruent
civitatis. Ingredienturque singuli per locum
contra quem steterint. Vocavit ergo Iosue
sacerdotes et dixit ad eos: Tollite ar-
cham federis et septem alii sacerdotes tollant
septem iubileorum bucinas et incedant ante
archam Domini. Ad populum quoque ait: Ite et circuite
civitatem armati precedentes archam Domini.
Cumque Iosue verba finisset et septem sacerdotes
septem bucinis clangerent ante archam
federis Domini, omnisque precederet armatus
exercitus, reliquum vulgus archam se-
quebatur ac bucinis omnia concrepabat.
Preceperat autem Iosue populo dicens: Non
clamabitis neque audietur vox vestra
neque ullus sermo ex ore vestro egredietur
donec veniat dies in quo dicam vobis:
Clamate et vociferamini. Circuivit
ergo archa Domini civitatem semel per diem
et reversa in castra mansit ibi. Igitur
Iosue de nocte, tulerunt sacerdotes
archam Domini et septem ex eis septem bucinas
quas in iubileo usus est. Precedebat
que archam Domini ambulantes atque cla-
gentes et armatus populus ibat an-
te eos, vulgus autem reliquum sequebatur
archam et bucinis personabat. Circui-
erunt que civitatem secundo die semel et
reversi sunt in castra. Sic fecerunt sex
diebus. Die autem septimo diluculo con-
surgentes circuierunt urbem sicut dis-
positum erat septies. Cumque septimo
circuitu clangerent bucinis sacerdotes
dixit Iosue ad omnem Israel: Vocifera-
mini. Tradidit enim vobis Dominus civitatem.
Sitque civitas hec anathema et omnia
que in ea sunt Domino. Sola Raab meretrix
vivat cum universis que cum ea in domo
sunt. Abscondit enim nuncios quos
direximus. Vos autem cavete ne de hiis
que precepta sunt vobis quippiam con-
tingatis et sitis prevaricationis rei et
omnia castra Israel sub peccato sint atque
turbentur. Quicquid autem auri et argenti
fuerit et vasorum eneorum ac ferri Domino
consecretur repositum in thesau-
ris. Igitur omni vociferante populo et
clangentibus tubis postquam in aures
multitudinis vox sonitusque increpuit
muri illico corruerunt. Et ascendit
unusquisque per locum qui contra se erat
ceperuntque civitatem et interfecerunt
omnia que erant in ea a viro usque ad
mulierem, ab infante usque ad senem,
boves quoque et oves et asinos in ore
gladii percusserunt. Duobus autem viris
qui exploratores missi fuerant dixit
Iosue: Ingredimini domum mulieris me-
retricis et producite eam omniaque que
illius sunt sicut illi iuramento firmastis.
Ingressique iuvenes eduxerunt Ra-
ab et parentes eius, fratres quoque
et cunctam supellectilem ac cog-
nationem illius. Et extra castra Israel
manere fecerunt. Urbem autem et omnia
que erant in ea succenderunt, absque
argento et auro et vasis eneis ac
ferro que in erarium Domino consecra-
verunt. Raab vero meretricem et domum
patris eius atque omnia que habebat

fecit iosue viuere et habitauerunt in medio
israel usque in presentem diem eo quod abscon-
derit nuncios quos miserat ut explo-
rarent iericho. In tempore illo imprecatus est
iosue dicens. Maledictus vir coram
domino qui suscitauerit et edificauerit ciui-
tatem iericho. In primogenito suo fun-
damenta illius iaciat et in nouissimo
liberorum suorum ponat portas eius. Fuit
ergo dominus cum iosue et nomen eius in
omni terra vulgatum est. Capitulum vii

Filii autem israel preuaricati sunt
mandatum et vsurpauerunt de a-
nathemate. Nam achor filius char-
mi filii zabdi filii zare de tribu
iuda tulit de anathemate. Iratusque
est dominus contra filios israel. Cumque mitte-
ret iosue de iericho viros contra hay
que est iuxta bethauen ad orientalem
plagam oppidi bethel dixit eis. Ascen-
dite et explorate terram. Qui precepta
complentes explorauerunt hay. Et reuersi
dixerunt ei. Non ascendat omnis populus
Sed duo vel tria milia pergant et dele-
ant ciuitatem. Quare omnis populus frustra
vexetur contra hostes paucissimos. Ascen-
derunt ergo tria milia pugnatorum
Qui statim terga vertentes percussi sunt
a viris vrbis hay et corruerunt ex
eis xxxvi homines. Persecutique
sunt eos aduersarii de porta usque saba-
rim et ceciderunt per prona fugientes
Pertimuitque cor populi et instar
aque liquefactum est. Iosue vero scidit ves-
timenta sua et cecidit pronus in terram
coram archa domini usque ad vesperam
tam ipse quam omnes senes israel miseque-
runt puluerem super capita sua Et
dixit iosue. Heu heu domine deus. Quid

voluisti traducere populum istum iorda-
nem fluuium ut traderes nos in manus
amorrei et perderes. Vtinam mansissemus
trans iordanem ut cepimus. Mi domine deus
quid dicam videns israhelem hostibus
suis terga vertentem. Audient chananei
et omnes habitatores terre ac pariter conglo-
bati circumdabunt nos atque delebunt
nomen nostrum de terra. Et quid facies mag-
no nomini tuo. Dixitque dominus ad iosue
Surge. Cur iaces pronus in terra. Pec-
cauit israel et preuaricatus est pactum
meum. Tuleruntque de anathemate
et furati sunt atque mentiti et abscon-
derunt inter vasa sua. Nec poterit israel
stare ante hostes suos, eosque fugiet quia
pollutus est anathemate. Non ero ultra
vobiscum donec conteratis eum qui huius sce-
leris reus est. Surge sanctifica populum et
dices eis. Sanctificamini in crastinum.
Hec enim dicit dominus deus israel. Ana-
thema in medio tui est israel. Non poteris
stare ante hostes tuos donec deleatur
ex te qui hoc contaminatus est scelere. Accede-
tisque mane singuli per tribus vestras
et quamcumque tribum sors inuenerit ac-
cedet per cognationes suas et cognatio
per domos, domusque per viros et quicumque
in hoc facinore fuerit deprehensus com-
buretur igne cum omni substantia sua quoniam preuari-
catus est pactum domini et fecit nephas
in israel. Surgens itaque iosue mane
applicuit israel per tribus suas et inuenta
est tribus iuda. Que cum iuxta familias
suas esset oblata inuenta est familia
zare. Illam quoque per domos viros offerens
repperit zabdi cuius domum in singulos
diuidens viros inuenit achor filium
charmi filii zabdi filii zare de tribu

iuda Et ait iosue ad achor fili
mi da gloriam domino deo israel et confitere
atque indica mihi quid feceris ne abscon
das Responditque achor iosue et dixit ei
Vere ego peccavi domino deo israel et sic
feci Vidi ego enim inter spolia pallium
coccineum valde bonum et ducentos si
clos argenti regulamque auream quinquaginta
siclorum et concupiscens abstuli et ab
scondi in terra contra medium taber
naculi mei argentumque fossa humo
operui Misit ergo iosue ministros Qui
currentes ad tabernaculum illius
reppererunt cuncta abscondita in eodem
loco et argentum simul auferentesque
de tentorio tulerunt ea ad iosue et
ad omnes filios israel proieceruntque ante
dominum Tollens itaque iosue achor fi
lium zare argentumque et pallium et au
ream regulam filiosque eius et filias
boves et asinos et oves ipsumque taber
naculum et cunctam supellectilem et
omnis israel cum eo duxerunt eos ad
vallem achor Ubi dixit iosue Quia
turbasti nos conturbet te dominus in die
hac Lapidavitque eum omnis israel et cuncta
que illius erant igne consumpta sunt
Congregaverunt quoque super eum acervum la
pidum magnum qui permanet usque in presen
tem diem Et aversus est furor domini ab eis
Vocatumque est nomen loci illius val
lis achor usque in presentem diem Capitulum VIII

Dixit autem dominus ad iosue Ne timeas
neque formides Tolle tecum
omnem multitudinem pugnatorum et con
surgens ascende in oppidum hay Ecce
tradidi in manu tua regem eius et populum
urbemque et terram Faciesque urbi hay
et regi eius sicut fecisti iericho et
regi eius Predam vero et omnia animantia
diripietis vobis Pone insidias ur
bi post eam Surrexitque iosue et omnis
exercitus bellatorum cum eo ut ascenderent
in hay Et electa xxx milia virorum
fortium misit nocte Precepitque eis di
cens Ponite insidias post civitatem
nec longius recedatis et eritis omnes
parati Ego autem et reliqua multitudo que
mecum est accedemus ex adverso contra
urbem Cumque exierint contra nos
sicut ante fecimus fugiemus et terga ver
temus donec persequentes ab urbe lon
gius protrahantur Putabunt enim
fugere nos sicut prius Nobis ergo fugi
entibus et illis persequentibus con
surgetis de insidiis et vastabitis
civitatem Tradetque eam dominus deus vester
in manus vestras Cumque ceperitis sub
vertite eam Sic omnia facietis ut iussi
Dimisitque eos et perrexerunt ad insidi
arum locum Sederuntque inter bethel et
hay ad occidentalem plagam urbis hay
Josue autem nocte illa in medio mansit
populi Surgensque diluculo recensuit so
cios et ascendit cum senioribus in fron
te exercitus vallatus auxilio pug
natorum Cumque venissent et ascendissent
ex adverso civitatis steterunt ad septen
trionalem plagam urbis inter quam et
eos vallis erat media Quinque autem mi
lia virorum elegerat et posuerat in insi
diis inter bethaven et hay ex occi
dentali parte eiusdem civitatis Omnis vero
reliquus exercitus ad aquilonem aciem
dirigebat ita ut novissimi multitu
dinis occidentalem plagam urbis at
tingerent Abiit ergo iosue nocte illa

et steterunt in vallis medio. Quod cum
vidisset rex Hay, festinavit mane et egres-
sus est cum omni exercitu civitatis, direxit-
que aciem contra desertum, ignorans quod post
tergum lateret insidie. Iosue vero
et omnis multitudo filiorum Israel cesserunt loco
simulantes metum et fugientes per viam
solitudinis. At illi vociferantes pariter
et se mutuo cohortantes persecuti sunt
eos. Cumque recessissent a civitate et
ne unus quidem in urbe Hay et Bethel
remansisset qui non persequeretur Israhel
sicut eruperant aperta oppida relin-
quentes, dixitque Dominus ad Iosue: Leva
clipeum qui in manu tua est contra urbem
Hay quoniam tradam tibi eam. Cumque elevas-
set clipeum ex adverso civitatis, insidie
que latebant surrexerunt confestim et per-
gentes ad civitatem ceperunt et succen-
derunt eam. Viri autem civitatis qui persequebantur
Iosue, respicientes et viden-
tes fumum ignis urbis ad celum usque
ascendere, non potuerunt huc vel illuc
ultra diffugere, presertim cum hii qui simula-
verant fugam et tendebant ad solitu-
dinem contra persequentes fortissime
restitissent. Videnseque Iosue et omnis
Israel quod capta esset civitas et fumus
urbis ascenderet, reversus percussit viros
Hay. Siquidem et illi qui ceperant
et accenderant civitatem egressi ex
urbe contra suos medium hostium fe-
rire ceperunt. Cum ergo ex utraque parte
adversarii cederentur ita ut nullus
de tanta multitudine salvaretur, regem
quoque urbis Hay apprehenderunt viventem
et obtulerunt Iosue. Igitur omnibus
interfectis qui Israhelem ad deserta
tendentem fuerant persecuti et in eodem

loco gladio corruentibus, reversi filii
Israel percusserunt civitatem. Erant autem qui
in eodem die conciderant a viro usque ad
mulierem duodecim milia hominum, omnes ur-
bis Hay. Iosue vero non contraxit
manum quam in sublime porrexerat
tenens clipeum donec interficerentur omnes
habitatores Hay. Iumenta autem et predam
civitatis diviserunt sibi filii Israel sicut
preceperat Dominus Iosue. Qui succendit ur-
bem et fecit eam tumulum sempiternum.
Regem quoque eius suspendit in patibulo
usque ad vesperam et solis occasum. Pre-
cepitque Iosue et deposuerunt cadaver
eius de cruce, proieceruntque in ipso in-
troitu, congesto super eum magno acer-
vo lapidum qui permanet usque in presentem
diem. Tunc edificavit Iosue altare Domino
Deo Israel in monte Ebal sicut preceperat
Moyses famulus Domini filiis Israhel
et scriptum est in volumine legis Moysi, al-
tare de lapidibus impolitis quos ferrum
non tetigit et obtulit super eo holocau-
sta Domino, ymolavitque victimas pacifi-
cas. Et scripsit super lapides deuteronomium
legis Moysi quod ille digesserat coram
filiis Israel. Omnis autem populus et omnes ma-
iores natu ducesque ac iudices stabant
ex utraque parte arche, in conspectu sacerdo-
tum qui portabant archam federis Domini, ut
advena ita et indigena. Media eorum
pars iuxta montem Garizim et media pars eorum
iuxta montem Hebal sicut preceperat Moyses
famulus Domini. Et primum quidem benedixit populo Israel.
Post hec legit omnia verba benedictionis et male-
dictionis et cuncta que scripta fuerant in legis volumine.
Nichil ex hiis que Moyses iusserat re-
liquit intactum sed universa replicavit coram

omni multitudini israel mulieribus que
ac parvulis et advenis qui inter
eos morabantur / Capitulum ix
Quibus auditis cunctis reges
trans iordanem qui versabatur in
montanis et in campestribus et mari-
timis ac litore maris magni hii
quoque qui habitabant iuxta libanum / ettheus
et amorreus / et chananeus / ferezeus /
et / eveus / et iebuseus / congregati
sunt pariter ut pugnarent contra iosue
et israel uno animo eademque sententia. At hii
qui habitabant in gabaon audientes
cuncta que fecerat iosue / iericho et hay
et callide cogitantes tulerunt sibi ciba-
ria saccos veteres asinis inponentes et
utres vinarios scissos atque consutos
calciamentaque perantiqua que ad
indicium vetustatis pictaciis consuta
erant induti veteribus vestimentis. Pa-
nes quoque quos portabant ad obviaticum
duri erant et in frustra comminuti
perrexeruntque ad iosue qui tunc mora-
batur in castris galgale et dixerunt
ei atque omni simul israheli. De terra
longinqua venimus pacem vobiscum
facere cupientes. Responderuntque viri israel
ad eos atque dixerunt. Ne forsitan in
terra que nobis sorte debetur habitetis /
non possimus fedus inire vobiscum /
At illi ad iosue. Servi inquiunt tui su-
mus. Quibus iosue ait. Quinam estis
vos et unde venistis. Responderunt / De terra
longinqua valde / venerunt servi tui in
nomine domini dei tui. Audivimus enim famam
potentie eius cuncta que fecit in egipto
et duobus amorreorum regibus trans
iordanem / seon regi esebon et og regi
basan qui erat in astaroth. Dixe-
runtque nobis seniores et omnes habitatores
terre nostre. Tollite in manibus vestris ciba-
ria ob longissimam viam et occurrite
eis ac dicite. Servi vestri sumus fedus

inite nobiscum. En panes quando egressi
sumus de domibus nostris ut veniremus
ad vos calidos sumpsimus / nunc sicci facti
sunt et vetustate in via comminuti
utres vini novos implevimus nunc
rupti sunt et soluti. Vestes et calcia-
menta quibus induimur et que habemus in pedibus
ob longitudinem longioris vie trita sunt
et pene consumpta. Susceperunt igitur
de cibariis eorum et os domini non interroga-
verunt / Fecitque iosue cum eis pacem et
inito federe pollicitus est quod non occiderentur
principes quoque multitudinis iuraverunt
eis / Post dies autem tres initi federis
audierunt quod in vicino habitarent et inter
eos futuri essent. Moveruntque castra
filii israel et venerunt in civitates eorum
tercio die / quarum hec sunt vocabula Ga-
baon et / caphira / et beroth / et caria-
thiarim / et non percusserunt eos eo quod
iurassent eis principes multitudinis
in nomine domini dei israel. Murmuravit itaque
omne vulgus contra principes. Qui respon-
derunt eis. Iuravimus illis in nomine domini dei
israel et ideo non possumus eos contingere.
Sed hoc faciemus eis. Reserventur quidem
ut vivant ne contra nos ira domini con-
citetur si periuraverimus sed sic vivant ut
in usus universe multitudinis ligna ce-
dant aquasque comportent. Quibus hec
loquentibus / vocavit iosue / gabao-
nitas et dixit eis. Cur nos decipere
fraude voluistis ut diceretis / procul
valde habitamus a vobis / cum in medio nostri
sitis. Itaque sub maledictione eritis et non
deficiet de stirpe vestra / ligna cedens
aquasque comportans in domum domini dei
mei. Qui responderunt. Nunciatum est nobis
servis tuis quod promisisset dominus deus tuus
moysi servo suo ut traderet vobis omnem
terram et disperderet omnes habitatores eius

Timuimus ergo valde et providimus animabus
nostris vestro terrore compulsi et hoc consilium
inivimus. Nunc autem in manu tua sumus
quod tibi bonum et rectum videtur fac no-
bis. Fecit ergo iosue ut dixerat et
liberavit eos de manu filiorum israhel
ut non occiderentur. Decrevitque iosue in
illo die esse eos in ministerium cuncti populi
et altaris domini cedentes ligna et aquas
comportantes usque in presens tempus in
loco quem dominus elegisset. Capitulum x

Que cum audisset adonisedech
rex ierusalem quod scilicet cepisset iosue
hay et subvertisset eam sicut enim fecerat
iericho et regi eius sic fecit hay et
regi illius et quod transfugissent gabao-
nite ad israel et essent federati eorum
timuit valde. Urbs enim magna erat
gabaon et una regalium civitatum
et maior oppido hay omnesque bella-
tores eius fortissimi. Misit ergo adoni-
sedech rex ierusalem ad oham regem ebron
et ad faram regem iherimoth et ad
iaphie quoque regem lachis et ad dabyr
regem eglon dicens. Ascendite ad me
et ferte presidium ut expugnemus ga-
baon quia transfugerit ad iosue et ad
filios israel. Congregati igitur ascenderunt
quinque reges amorreorum rex ebron
rex ierusalem rex iherimoth rex lachis
rex eglon simul cum exercitibus suis
et castrametati sunt circa gabaon
oppugnantes eam. Habitatores autem
gabaon urbis obsesse miserunt ad
iosue qui tunc morabatur in castris apud
galgala et dixerunt ei. Ne retrahas
manus ab auxilio servorum tuorum. Ascende
cito et libera nos fer quoque presidium.
Convenerunt enim adversus nos omnes
reges amorreorum qui habitant in mon-
tanis. Ascenditque iosue de galgal
et omnis exercitus bellatorum cum eo viri
fortissimi. Dixitque dominus ad iosue. Ne
timeas eos. In manus enim tuas tra-
didi eos. Nullus ex eis tibi resis-
tere poterit. Irruit itaque iosue super
eos repente tota ascendens nocte
de galgalis. Et conturbavit eos dominus
a facie israel. Contrivitque plaga magna
in gabaon ac persecutus est eos per viam
ascensus betheron et percussit usque
zecha et maceda. Cumque fugerent fili-
os israel et essent in descensu betheron
dominus misit super eos lapides magnos
de celo usque zecha et mortui sunt
multo plures lapidibus grandinis
quam gladio. Tunc locutus est iosue domino
in die qua tradidit dominus amorreum
in conspectu filiorum israel dixitque coram eis. Solis statio
Sol contra gabaon ne movearis
et luna contra vallem haylon. Stete-
runtque sol et luna donec ulcisceretur se gens
de inimicis suis. Nonne hoc scriptum est
in libro iustorum. Stetit itaque sol in medio
celi et non festinavit occumbere spacio
unius diei. Non fuit antea et postea tam
longa dies obediente domino voci hominis
et pugnante pro israel. Reversusque est iosue
cum omni israel in castra galgalis. Fu-
gerant enim quinque reges et se abscon-
derant in spelunca urbis maceda. Nun-
ciatumque est iosue quod inventi essent quinque
reges latentes in spelunca urbis maceda.
Qui precepit sociis et ait. Volvite saxa
ingentia ad os spelunce et ponite vi-
ros industrios qui clausos custo-
diant. Vos autem nolite stare sed persequi-
mini hostes et extremos quosque fu-
gientium cedite nec dimittatis eos
urbium suarum intrare presidia quos

tradidit dominus deus vester in manus vestras
Cesis igitur adversariis plaga magna
et usque ad internicionem pene consumptis hii
qui israel effugere potuerunt ingressi sunt
civitates munitas. Reversusque est omnis exer-
citus ad iosue in maceda ubi tunc castra
erant et integro numero. Nullusque contra
filios israel mutire ausus est. Precepitque
iosue dicens. Aperite os spelunce et produ-
cite ad me quinque reges qui in ea lati-
tant. Feceruntque ministri ut eis fuerat
imperatum, et eduxerunt ad eum quinque
reges de spelunca. Regem ierusalem, regem
iherimoth, regem ebron, regem lachis,
et regem eglon. Cumque essent educti
ad eum vocavit omnes viros israel et ait
ad principes exercitus qui secum erant
Ite et ponite pedes vestros super colla
regum istorum. Qui cum perrexissent et subiec-
torum colla pedibus calcarent. Rursum
ait ad eos. Nolite timere nec paveatis
Confortamini et estote robusti. Sic
enim faciet dominus cunctis hostibus vestris
adversum quos dimicatis. Percussitque
iosue reges et interfecit eos atque sus-
pendit super quinque stipites. Fueruntque
suspensi usque ad vesperam. Cumque occumberet
sol precepit sociis ut deponerent eos de
patibulis. Qui depositos proiecerunt eos
in spelunca in qua latuerant. Et posu-
erunt super os eius saxa ingentia que
permanent usque in presens. Eodem die ma-
cedam quoque cepit iosue et percussit
in ore gladii regemque illius interfecit
et omnes habitatores eius. Non dimisit
in ea saltem parvas reliquias. Fecitque
regi maceda sicut fecerat regi ieri-
cho. Transivitque cum omni exercitu israel

de maceda in lebna et pugnabat contra
eam quam tradidit dominus cum rege suo in
manus israel. Percusseruntque urbem in ore
gladii et omnes habitatores eius et non
dimiserunt in ea ullas reliquias. Fece-
runtque regi lebna sicut fecerant regi
iericho. De lebna transivit in lachis
cum omni israel et exercitu per gyrum dispo-
sito obpugnabat eam. Tradiditque dominus
lachis in manus filiorum israel et cepit
eam die altero atque percussit in ore gladii
omnemque animam que fuerat in ea sicut fe-
cerat lebna. Eo tempore ascendit horam rex
gazer ut auxiliaretur lachis. Quem per-
cussit iosue cum omni populo eius usque ad in-
ternicionem. Transivitque de lachis in eglon
et expugnavit eam eadem die percussitque in
ore gladii omnes animas que erant in ea
iuxta omnia que fecerat lachis. Ascendit
quoque cum omni exercitu israel de eglon in ebron
et pugnavit contra eam cepitque et per-
cussit in ore gladii. Regem quoque eius et omnia
oppida illius regionis universasque animas
que in ea fuerant commorate. Non reli-
quit in ea ullas reliquias. Sicut fe-
cerat eglon sic fecit et ebron omnia con-
sumens gladio. Inde reversus in dabir
cepit eam regemque eius et omnia per circuitum oppi-
da vastavit gladio. Sicut fecerat hebron
et lebna et regibus earum sic fecit dabir
et regi eius. Percussit itaque iosue omnem
terram montanam et meridianam atque campestrem
et asedoth cum regibus suis. Non dimisit
in eis ullas reliquias sed omne quod spirare poterat interfecit
sicut preceperat ei dominus. A cades barne
usque ad gazam. Omnem terram gessen usque gaba-
on. Cunctosque reges et regiones eorum vasta-
vit et uno impetu cepit quia dominus pugnavit pro eo. Reversusque est in galgala.

Que cum audisset Jabin Cap. XI
rex Asor, misit ad Iobab regem
Madon et ad regem Semeron atque
ad regem Achsaph, ad reges quoque aquilonis
qui habitabant in montanis et in plani-
tie contra meridiem Cenereth, in campestribus
quoque et in regionibus Dor iuxta mare,
Chananeum quoque qui est ab oriente et occidente
et Amorreum atque Etheum ac Pherezeum
et Iebuseum in montanis, Eveum quoque qui
habitavit ad radices Hermon in terra
Masphat. Egressique sunt omnes cum tur-
mis suis, populus multus nimis sicut arena
que est in littore maris, equi quoque et currus
immense multitudinis. Conveneruntque omnes
reges isti in unum ad aquas Merom ut
pugnarent contra Israhel. Dixitque Dominus
ad Iosue: Ne timeas eos; cras enim hac
eadem hora ego tradam omnes istos vulnera-
tos in conspectu Israhel. Equos eorum sub-
nervabis et currus eorum igne combures.
Venitque Iosue et omnis exercitus eius cum eo
adversus illos ad aquas Merom subi-
to et irruerunt super eos. Tradiditque
illos Dominus in manus Israhel. Qui percusserunt
eos et persecuti sunt usque ad Sidonem
magnam et aquas Maserephoth
campumque Masphe qui est ad orientalem
illius plagam. Itaque percussit omnes ut nul-
las dimitteret ex eis reliquias. Fecitque
sicut preceperat ei Dominus; equos eorum sub-
nervavit currusque combussit. Reversusque
statim cepit Asor et regem eius percussit
gladio. Asor enim antiquitus inter omnia
regna hec principatum tenebat. Per-
cussitque omnes animas que ibidem morabantur;
non dimisit in ea ullas reliquias
sed usque ad internitionem universa vastavit,
ipsamque urbem percussit incendio. Et

omnes per circuitum civitates regesque
earum cepit, percussit atque delevit sicut
preceperat ei Moyses famulus Domini. Abs-
que urbibus que erant in collibus et in
tumulis site, ceteras succendit Israhel;
unam tantum Asor munitissimam flamma
consumpsit. Omnemque predam istarum urbium
et iumenta diviserunt sibi filii Israhel,
cunctis hominibus interfectis. Sicut preceperat
Dominus Moysi servo suo, ita precepit Moy-
ses Iosue et ille universa complevit; non
preteriit de universis mandatis nec unum
quidem verbum quod iusserat Dominus Moysi.
Cepit itaque Iosue omnem terram monta-
nam et meridianam, terramque Gessen et pla-
nitiem et occidentalem plagam, montem-
que Israhel et campestria eius, et partem
montis que ascendit Seyr usque
ad Baalgad per planitiem Libani subter
montem Hermon. Omnesque reges eorum
cepit et percussit et occidit. Multo tempore
pugnavit Iosue contra istos reges.
Non fuit civitas que se non traderet filiis
Israhel, preter Eveum qui habitabat in Gabaon;
omnes bellando cepit. Domini enim sententia fu-
erat ut indurarentur corda eorum et
pugnarent contra Israhel et caderent
et non mererentur ullam clementiam ac pe-
rirent sicut preceperat Dominus Moysi. In tempore
illo venit Iosue et interfecit Enachim
de montanis Hebron et Dabir et Anab
et de omni monte Iuda et Israhel, urbesque
eorum delevit. Non reliquit ullum de stirpe
Enachim in terra filiorum Israhel absque ci-
vitatibus Gaza et Geth et Azoto,
Ascalon atque Accharon, in quibus
solis relicti sunt. Cepit ergo Iosue omnem
terram sicut locutus est Dominus ad Moysen,
et tradidit eam in possessionem filiis Israhel secundum
partes et tribus suas. Quievitque terra a preliis.

Hi sunt reges quos percusserunt Capitulum XII
filii israel et possederunt terram eorum
trans iordanem ad solis ortum a torrente
arnon usque ad montem hermon et omnem
orientalem plagam que respicit solitudinem
Seon rex amorreorum qui habitabat in esse
bon dominatus est ab aroer que sita est super ri
pam torrentis arnon et medie partis in
valle dimidiique galaad usque ad tor
rentem iaboth qui est terminus filiorum amon
Et a solitudine usque ad mare ceneroth
contra orientem et usque ad mare deserti quod
est mare salsissimum ad orientalem plagam
per viam que ducit bethsimoth et ab australi
parte que subiacet asedoth usque phasga
Terminus og regis basan de reliquiis
raphaym qui habitavit in astaroth et in
edraym et dominatus est in monte hermo
et in salacha atque in universa basan usque
ad terminos gessuri et machati et dimidie
partis galaad terminum seon regis esebon
Moyses famulus domini et filii israel percusse
runt eos Tradiditque terram eorum moises
in possessionem rubenitis et gadditis
et dimidie tribui manasse Hii sunt
reges terre quos percussit iosue et filii israel
trans iordanem ad occidentalem plagam
ab algad in campo libani usque ad mon
tem cuius pars ascendit in seyr Tradidit
que iosue eam in possessionem tribubus israel
singulis partes suas tam in montanis
quam in planiciis atque campestribus In
aseroth et in solitudine ac meridie ubi
etheus fuit et amorreus chananeus
et phereseus eveus et iebuseus Rex ie
richo unus Rex hay que est ex latere bethel
unus Rex ierusalem unus Rex ebron unus
Rex iherimoth unus Rex lachis unus
Rex eglon unus Rex gaser unus Rex
dabir unus Rex gader unus Rex her
ma unus Rex hereth unus Rex lebna
unus Rex adolam unus Rex macheda
unus Rex bethel unus Rex taffna unus
Rex afer unus Rex afer unus Rex sa
ron unus Rex madon unus Rex asor unus
Rex semeron unus Rex asaph unus Rex
ethenach unus Rex maieddo unus Rex
cedes unus Rex iethaan unus Rex car
meli unus Rex dor et provincie eius unus
Rex gencium galgal unus Rex thersa
unus Omnes reges triginta et unus

Josue senex provecteque Capitulum XIII
etatis erat et dixit dominus ad eum Se
nuisti et longevus es Terraque latis
sima derelicta est que nondum est sorte divi
sa Omnis videlicet galilea philistime
universa gessuri A fluvio turbido qui
irrigat egiptum usque ad terminos acha
ron contra aquilonem terra chanaan
que in quinque regulos philistim dividitur
Gazeos et azotios ascalonitas
gethseos et accharonitas A meri
die vero sunt evei omnis terra chanaan
et maara sidoniorum usque ad apheca
et terminos amorrei eiusque confinia
Libani quoque regio contra orientem ab al
gath sub monte hermon donec ingre
diaris emath omnium qui habitant in monte
a libano usque ad aquas maserephoth
Universique sydonii Ego sum qui delebo eos
a facie filiorum israel Veniat ergo in partem
hereditatis filiorum israel sicut precepi tibi
Et nunc divide terram in possessionem
novem tribubus et dimidie tribui ma
nasse cum qua ruben et gad possederunt
terram quam tradidit eis moises fa
mulus meus trans fluenta iordanis
ad orientalem plagam ab aroer que sita
est in ripa torrentis arnon et in vallis
medio universaque campestria medaba
usque dybon et cunctas civitates seon
regis amorrei qui regnavit in esebon
usque ad terminos filiorum amon et galaad

ac terminum gessuri et maachati omnemque
montem hermon et universam basan usque
salecha. Omne regnum og in basan qui
regnavit in astaroth et in edrayin. ipse
fuit de reliquiis raphaym. percussitque
eos moyses atque delevit. Noluerunt
disperdere filii israel gessuri et maachati et
habitaverunt in medio israel usque in presentem
diem. Tribui autem levi non dedit posses-
sionem sed sacrificia et victime domini dei
israel ipsa est eius hereditas sicut locutus
est illi. Dedit ergo moyses possessionem
tribui filiorum ruben iuxta cognationes
suas. Fuitque terminus eorum ab aroer que
sita est in ripa torrentis arnon et in val-
le eiusdem torrentis media. universamque pla-
niciem que ducit medaba et esebon. cunc-
tosque viculos earum qui sunt in campestribus.
Dybon quoque et bamoth baal et oppidum
baalmeon. et gessa et cerimoth et
mefeet et chariathaim et sabama
et sarathesar in monte convallis bet-
phegor et sedoch phasga et bethaisi-
moth omnes urbes campestres univer-
saque regna seon regis amorrei qui
regnavit in esebon quem percussit
moyses cum principibus suis madian
eveu et recen et sur et thur et re-
bee duces seon habitatores terre et balaam
filium beor ariolum occiderunt filii israel
gladio cum ceteris interfectis. Factusque
est terminus filiorum ruben iordanis fluvius.
Hec est possessio rubenitarum per cogna-
tiones suas urbium et viculorum. Dedit-
que moyses tribui gad et filiis eius
per cognationes suas possessionem cuius
hec est divisio. Terminus yaser et omnes
civitates galaad et dimidiamque partem
terre filiorum amon usque ad aroer que
est contra rabba et ab esebon usque ra-
moth masphe et bathanim et ma-
naym usque ad terminos dabir. In valle
quoque bethamiam et bethnemra et so-
choth et saphon reliqua parte regni
seon regis esebon. Huius quoque iordanis
finis est usque ad extremam partem maris
cenereth transiordanem ad orientalem
plagam. Hec est possessio filiorum gad
per familias suas civitates et ville
earum. Dedit et dimidie tribui ma-
nasse filiisque eius iuxta cognationes
suas possessiones cuius principium hoc est
Manaym et universam basan et cuncta
regna og regis basan omnesque vicos
yahir qui sunt in basan oppida lx et
dimidiam partem galaad et astaroth
et edray et urbes regni og regis
in basan filiis machir filii manas-
se et dimidie parti filiorum machir iux-
ta cognationes suas. Hanc possessionem
divisit moyses in campestribus moab
transiordanem contra iericho ad orientalem
plagam. Tribui autem levi non dedit pos-
sessionem quoniam dominus deus israel ipse est posses-
sio eius ut locutus est illi.

Cap. xiiij

Hoc est quod possederunt filii israel
in terra chanaan quam dederunt
eis eleazar sacerdos et Josue filius
nun et principes familiarum per tribus
israel sorte dividentes omnia sicut preceperat
dominus in manu moysi, ix tribubus et
dimidie tribui. Duabus enim tribubus
et dimidie tribui dederat moyses
transiordanem possessionem absque levitis
qui nichil terre acceperunt inter fratres
suos sed in eorum successerunt locum filii
ioseph hos in duas divisit tribus
scilicet manasse et effraym. Nec acceperunt
levite aliam partem in terra nisi urbes ad
habitandum et suburbana earum ad alen-
da iumenta et pecora sua. Sicut pre-
ceperat dominus moysi ita fecerunt filii israel

et diviserunt terram. Accesserunt itaque fi-
lii Iuda ad Iosue in Galgalis, locutusque
est ad eum Caleph filius Iephone Ce-
nezeus: Nosti quid locutus sit Dominus ad
Moysen hominem Dei de me et de te in Ca-
des Barne. Quadraginta annorum eram quando me mi-
sit Moyses famulus Domini de Cades Bar-
ne ut considerarem terram, nunciavique
ei quod mihi verum videbatur. Fratres autem
mei qui ascenderant mecum dissolve-
runt cor populi, et nichilominus ego secutus
Dominum Deum meum. Iuravitque Moyses in
illo die dicens: Terra quam calcavit
pes tuus erit possessio tua et filiorum
tuorum in eternum, quia secutus es Dominum
Deum meum. Concessit ergo Dominus vitam mihi
sicut pollicitus est usque in presentem diem.
Quadraginta et quinque anni sunt ex quo locutus est
Dominus verbum istud ad Moysen quando ambula-
bat Israel per solitudinem. Hodie octoginta quinque
annorum sum, sic valens ut eo valebam tempore
quando ad explorandum missus sum. Illius
in me temporis fortitudo usque hodie perseve-
rat, tam ad bellandum quam ad gradiendum.
Da mihi ergo montem istum quem pollicitus
est mihi Dominus te quoque audiente, in quo Enachim
sunt et urbes magne atque munite,
si forte sit Dominus mecum et potero delere
eos sicut promisit mihi. Benedixitque ei
Iosue et tradidit ei Hebron in possessi-
one. Atque ex eo fuit Hebron Caleph
filio Iephone Cenezeo usque in presentem
diem, quia secutus est Dominum Deum Israel. Nomen
Hebron antea vocabatur Chariathar-
be; Adam maximus ibi inter Enachim
situs est, et terra cessavit a preliis. Cap. XV

Igitur sors filiorum Iude per cognationes
suas ista fuit: A termino Edom usque
ad desertum Syn contra meridiem et usque ad
extremam partem australis plage. Initium
eius a summitate maris salsissimi
et a lingua eius que respicit meridiem.

Egrediturque contra ascensum scorpi-
onis et pertransit in Syna. Ascenditque
in Cades Barne et pervenit in Esron, ascen-
densque ad Addar et circuiens Chariatara,
atque inde pertransiens in Asemona, et perve-
niens ad torrentem Egipti. Eruntque termini
eius mare magnum. Hic erit finis meri-
diane plage. Ab oriente vero erit initium
maris salsissimi usque ad extrema Iordanis,
et ea que respiciunt aquilonem a lingua
maris usque ad eundem Iordanem fluvium.
Ascenditque terminus in Bethagla et pertran-
sit ab aquilone in Betharaba. Ascendens
ad lapidem Boem filii Ruben et tendens
usque ad terminos Debera de valle Achor
contra aquilonem respiciens Galgala,
que est ex adverso ascensionis Adomym ab
australi plaga torrentis. Transitque
aquas que vocantur fons solis, et erunt
exitus eius ad fontem Rogel. Ascen-
ditque per convallem Enon ex latere Iebu-
sei ad meridiem; hec est Ierusalem. Et inde se
erigens ad verticem montis que est contra Gehe-
non ad occidentem in summitate vallis
Rapharym contra aquilonem. Pertransit
a vertice montis usque ad fontem
aque Nepthoa, et pervenit usque ad vicos
montis Efron, inclinaturque in Bala que est
Cariathiarim, id est urbs silvarum. Et cir-
cuit de Bala contra occidentem usque ad
montem Seyr, transitque iuxta latus montis
Yarim ad aquilonem Cheslon, et
descendit in Bethsames, transitque in
Thamna et pervenit contra aquilonem
partis Accaron ex latere. Inclinaturque
Sethrona et transit montem Baala,
pervenitque in Iebneel, et mari magno
contra occidentem fine concluditur. Hii sunt
termini filiorum Iuda per circuitum in cognationibus
suis. Caleph vero filio Iephone dedit
partem in medio filiorum Iuda sicut pre-

cepit ei dominus cariatharbe patris
enach ipse est hebron Deleuitque ex
ea caleph tres filios enach sesay et
achyman et tholmay de stirpe enach
Atque inde conscendens venit ad habita
tores dabir que prius vocabatur cariath
sepher id est ciuitas litterarum Dixitque caleph
Qui percusserit cariathsepher et ceperit
eam dabo illi axam filiam meam vxorem
Cepitque eam othoniel filius cenez frater
caleph minor Deditque ei axam filiam
suam vxorem Que cum pergeret simul suasi
sa est a viro suo ut peteret a patre suo
agrum Suspirauitque ut sedebat in asi
no Cui caleph Quid habes inquit At
illa respondit Da mihi benedictionem tuam terr
ram australem et arentem dedisti mihi
iunge et irriguam Dedit itaque ei caleph
irriguum superius et inferius Hec est
possessio tribus filiorum iuda per cogna
tiones suas Erantque ciuitates sue ab
extremis partibus filiorum iuda iuxta
terminos edom a meridie capsahel
et eder et iagur et cyna et dymo
na adada et cedes et asor iethna
et zyphet et thelam baloth et noua
et cariothesron hec est asor aman
same et molada et aser gada as
semon bethphelech et aser sula ber
sabee et bathiotia et bala et hum
essem et eltolad et exul et erma
et sicelech et medemona sensena
lebaoth et selym et enremon Omnes
ciuitates xxix et ville earum In
campestribus vero estaol et saraa
et asena et zanoe et enganim et
taffna et enaym et therimoth et
adulam et azecha et sarym aditham
et gedera et giderothaim vrbes
xiiij et ville earum Sanon et adesa
et magdalgad delen et melpaha

et getellathis et basthath et eglon
cebon et leemas et thedis et giderothi
bethdagon et nehema et maceda
ciuitates xvi et ville earum labane
et ether et asan lepta et esna et ne
sib et ceyla et azib et maresa ci
uitates ix et ville earum Achatron cum
vicis et villulis suis Ab accaron
usque ad mare omnia que vergunt ad azotum
et viculos eius Azotus cum vicis et
villulis suis Gaza cum vicis et villu
lis suis usque ad torrentem egipti et mare
magnum terminus eius Et in monte samir
et iether et soccho et edana cariath
sanna hec est dabir anab et istomo
et anim gosen helon et gilo ciuitates
xi et ville earum Arab et roma esaam
ianum et bethaffua et affeca amna
tha et cariatharbe hec est ebron et
sior ciuitates ix et ville earum Maon
et chermel et ziph et iothathe ze
rael et zucadaminum et zanoe et
achaym gabaa et thamna ciuitates
x et ville earum Alul et bethsur et
gedor maroth et bethanoth et helthe
cem ciuitates vi et ville earum Cari
athbaal hec est cariathiarim urbs
siluarum et arebba ciuitates due et
ville earum In deserto betharaba meddin
et sabaca nepsan et ciuitates salis
et engadi ciuitates sex et ville earum
fiunt simul centum et quindecim

Cap xvi

Iebuseum autem habitatorem ierusalem non po
tuerunt filii iuda delere habitauitque
iebuseus cum filiis iuda in ierusalem
usque in presentem diem Cecidit quoque sors
filiorum ioseph ab iordane contra
iericho ad aquas eius ab oriente
solitudo que ascendit de iericho ad
montana bethel et egreditur de
bethel lusam transitque terminum

atthiataroth z descendit ad occide-
tem usqz t'minu iephleti usqz ad
t'minos betheron inferioris et gazer
finiuntur regiones eius mari mag-
no quas possederunt filij ioseph ma-
nasses et effraym. Et facus e t'min9
filiorum effraym p cognaciones suas
et possessio eorum contra oriente attha-
roth addar usqz betheron superiore
Egrediuntqz confinia i mare machi-
naroth vero aquilone respicit z cir-
cuit t'minos cont' orientem i thanat
sylo et p'transijt ab oriente ianoe des-
cenditqz de ianoe maccharoth et
noarrotha et p'venit in iericho z egre-
dit' ad iordanem de taffua p'transitqz
cont' mare in vallem arundineti
Suntqz egressus eius i mare salsissi-
m. Hec possessio tribus filiorum effraym
p familias suas. Urbes que separate
sunt filijs effraym in medio posses-
sionis filiorum manasse et ville earum
Et no interfecerunt filij effraym cana-
neum q habitabat in gazer Habitauitqz
cananeus in medio effraym usqz i diem
hanc tributarius

Capitulum XVII

Cecidit aut sors tribui manasse
Ipse e enim primogenitus ioseph
Machir primogenito manasse patri
galaad q fuit vir pugnator. Ha-
buitqz possessione galaad z basan
et reliquis filiorum manasse iuxta
familias suas filijs abiezer z filijs
helech et filijs sichem z filijs
epher et filijs semida. Isti sunt
filij manasse filij ioseph mares
p cognaciones suas. Salphaad vero
filio epher filij galaad filij machir
filij manasse filij no erant sed sole

filie quarum ista sunt nomina maala et
noha et egla et melcha et therfa
Veneruntqz in conspectu eleazari sacer-
dotis et iosue filij nun z principum
dicentes Dominus precepit p manum moisi
ut daretur nobis possessio i medio
fratrum nostrorum Deditqz eis iuxta imperiu
domini possessionem in medio fratrum patris
earum Et ceciderunt funiculi manasse
dece absqz terra galaad z basan trans
iordanem Filie enim manasse i me-
dio filiorum eius possederunt hereditatem
Terra aut galaad cecidit in sorte
filiorum manasse qui reliqui erant
Fuitqz t'minus manasse ab aser
machmatath q respicit sichem z egre-
ditur ad dexteram iuxta habitatores fontis
taffue Et enim in sorte manasse
ceciderat terra taffue q e iuxta t'minos
manasse filiorum effraym Descenditqz
t'minus vallis arundineti i meridie
torrentis ciuitatum effraym que in
medio urbium sunt manasse t'minus
manasse ab aquilone torrentis exi-
tus eius pergit ad mare ita ut ab
austro sit possessio effraym z ab
aquilone manasse Et utramqz
claudit mare Et coniungunt sibi in
tribu aser ab aquilone Et i tri-
bu ysachar ab oriente Fuitqz he-
reditas manasse in ysachar et i aser
Bethsan et viculi eius z Iebla-
am cu viculis suis z habitatores
dor cu opidis suis habitatores endor
cu viculis suis et habitatores similiter
thanath cu viculis suis z habitatores
mageddo cu viculis suis z terra pars
urbis nepheth. Nec enim potuerunt
filij manasse has subuertere ciuitates

Sed cepit chananeus habitare in terra
ista. Postquam autem convaluerunt filii israel
subiecerunt chananeos et fecerunt
sibi tributarios nec interfecerunt eos.
Locutique sunt filii ioseph ad iosue
atque dixerunt. Quare dedisti michi
terram in possessione sortis et funiculi
unius cum sim tante multitudinis et bene-
dixerit michi dominus. Ad quos iosue ayt.
Si populus multus es ascende in silvam
et succide tibi spacia in terra pherezei
sey et raphaym quia angusta est tibi
possessio montis effraym. Cui respon-
derunt filii ioseph. Non poterimus
ad montana conscendere cum ferreis
ferreis curribus utantur chananei
qui habitant in terra campestri in qua
site sunt bethsan cum viculis suis et yes-
rahel possidens mediam vallem. Dixit-
que iosue ad domum ioseph effraym
et manasse. Populus multus es et
magne fortitudinis. Non habebis sortem
unam sed transibis ad montem et succi-
des tibi atque purgabis ad habitandum
spacia et poteris ultra procedere cum
subverteris chananeum quem dicis cur-
rus ferreos habere et esse fortissimum.

Congregati que sunt Capitulum XVIII
omnes filii israel in silo ibique
fixerunt tabernaculum testimonii
et fuit eis terra subiecta. Remanserant
autem filiorum israel septem tribus que nec-
dum acceperant possessiones suas.
Ad quos iosue ait. Usquequo mar-
cetis ignavia et non intratis ad pos-
sidendam terram quam dominus deus patrum
vestrorum dedit vobis. Eligite de singulis
tribubus ternos viros ut mittam eos
et pergant atque circueant terram et describant
eam iuxta numerum uniuscuiusque multitu-
dinis referantque ad me quod descripserint.
Dividite vobis terram in septem partes.
Iudas sit in terminis suis ad austra-
li plaga et domus ioseph ab aqui-
lone. Mediam inter hos terram in septem
partes describite. Et huc venietis ad
me ut coram domino deo vestro mittam
vobis hic sortem quia non est inter vos
pars levitarum. Sed sacerdotium domini
est eorum hereditas. Gad autem et ruben et
dimidia tribus manasse iam acce-
perant possessiones suas trans iorda-
nem ad orientalem plagam quas dedit
eis moyses famulus domini. Cumque sur-
rexissent viri ut pergerent ad descri-
bendam terram precepit eis iosue dicens.
Circuite terram et describite eam et
revertimini ad me ut hic coram domino
deo vestro in silo mittam vobis sortem.
Itaque perrexerunt et lustrantes eam in
septem partes diviserunt scribentes
in volumine. Reversique sunt ad iosue in
castra in sylo. Divisitque terram filiis
israel in septem partes. Et ascendit sors
prima filiorum beniamin per familias
suas ut possiderent terram inter filios
iuda et filios ioseph. Fuitque terminus
eorum contra aquilonem ab iordane
pergens iuxta latus iericho septentrio-
nalis plage. Et inde contra occi-
dentem ad montana conscendens et perve-
niens ad solitudinem bethaven atque
pertransiens iuxta luzam ad meridiem ipsa est
bethel. Descenditque in astaroth
adar in monte qui est ad meridiem bethe-
ron inferioris et inclinatur circuiens
contra mare ad meridiem montis qui respi-
cit betheron contra affricum. Suntque exitus

eius in cariath baal que vocatur
cariathiarim urbem filiorum iuda. Hec
est plaga magna contra mare ad oc-
cidentem. A meridie autem ex parte cariathi-
arim egreditur terminus contra mare et
pervenit usque ad fontem aquarum neptoa.
Descenditque in partem montis qui respicit
vallem filiorum ennon et est contra sep-
tentrionalem plagam in extrema parte
vallis raphaym. Descenditque gehe-
non id est vallem ennon iuxta latus ie-
busei ad austrum et pervenit ad fontem
rogel transiens ad aquilonem et e-
grediens ad ensemes id est fontem
solis et pertransit usque ad tumulos
qui sunt ex adverso ascensus adomim.
Descenditque ad abenboen id est lapi-
dem boen filii ruben et pertransit ex
latere aquilonis ad campestria. Des-
cenditque in planiciem et pregreditur
contra aquilonem bethagla. Cuiusque
exitus eius contra linguam maris
salsissimi ab aquilone in fine iordanis
ad australem plagam qui est terminus
illius ab oriente. Hec est possessio
filiorum beniamin per terminos suos
in circuitu et familias suas. Fuerunt-
que civitates eius iericho et betha-
gla et vallis casis bethauen
et semeraim et bethel et aym et affara
et offra villa hemona et offni
et gabee civitates xij et ville earum.
Gabaon et rama et beroth et
masphe caphara et amosa et
recem iarafel et tharela et asce-
la eleph et iebus que est iherusalem et ga-
baath et cariathiarim civitates xiiij
et ville earum. Hec est possessio filiorum
beniamin iuxta familias suas. Capitulum XIX

Et egressa est sors secunda filiorum
symeon per cognationes suas.
Fuitque hereditas eorum in medio posses-
sionis filiorum iuda bersabee et sabee
et molada et asersual bala et
asem et betholaad betul arma
et siceleth et bethmarcha et asersusa
et bethlebaoth et sarohen civitates xiij et ville earum. Ayn et
remon et athar et asan civita-
tes iiijor et ville earum. Omnes viculi
per circuitum istarum urbium usque ad
balath beer rameth contra austra-
lem plagam. Hec est hereditas filiorum
symeon iuxta cognationes suas in
funiculo et possessione filiorum iuda
quia maior erat. Et ideo posse-
derunt filii symeon in medio he-
reditatis eorum. Ceciditque sors tertia
filiorum zabulon per cognationes
suas. Et factus est terminus possessionis
eorum usque sarith. Ascenditque
de mari et medala et pervenit in de-
baseth usque ad torrentem qui est contra
iecneram et revertitur de sarith contra
orientem in fines ceseleththabor
et egreditur ad daberth ascenditque
contra iaphie et inde pertransit
ad orientalem plagam gethefer
et thacasim et egreditur in remmon
amthar et noa et circuit ad aquilonem
et nathon. Suntque egressus eius vallis
iepthael et cateth et naalol et
semeron et iedala et bethlehem civi-
tates xij et ville earum. Hec est
hereditas tribus filiorum zabulon per
cognationes suas urbes et viculi
earum. Isachar egressa sors quarta
per cognationes suas. Fuitque hereditas
eius iezrael et casaloth et sunem
et affraym et seon et anaarath
et rabboth et cesion et abes et rameth et engannim

et enadda et bethsefes et peruenit ter-
minus eius usque thabor et sesima
et bethsemes Eruntque exitus eius iorda-
nis ciuitates xvj et ville earum Hec
est possessio filiorum ysachar per cogna-
tiones suas urbes et viculi earum
Ceciditque sors quinta tribui fili-
orum asser per cognationes suas Fuitque
terminus eorum alchat et achi et bethem
et apaph et elimelech et amaath
et mersha et peruenit usque carmelum
maris et syor et labanath et reuertitur
contra orientem bethdagam et pertransit
usque zabulon et vallem yeptael
contra aquilonem in bethemeth et neel
egrediturque ad leuam chabul et achra
roob et amon et chane usque ad sido-
nem magnam et reuertitur in horma usque
ad ciuitatem munitissimam thirum et
usque ossam Eruntque exitus eius in mare de fu-
niculo acziba et amma et affeth
et roab ciuitates xxij et ville earum
Hec est possessio filiorum asser per cog-
nationes suas urbesque et viculi earum
Filiorum neptalim sexta sors cecidit
per familias suas et cepit terminus de
heleth et helon sananim et adami
que est neceb et iebnael usque lecum
et egressus eorum usque ad iordanem
reuertiturque terminus contra occidentem in hasnoth
thabor atque inde egreditur in hucaca
et pertransit in zabulon contra meridiem
et in asser contra occidentem et in iuda
ad iordanem contra ortum solis ciui-
tates munitissime assedim taser
et aminad et rachata et ceneretha
edema et arama et asor cedes et e-
dray nasor et yeron et mabdahel
horem et betenath et bethsemes ciui-
tates xix et ville earum Hec est

possessio filiorum neptalim per cogna-
tiones suas urbes et viculi earum Tri-
bui filiorum dan per familias suas egressa
est sors septima et fuit terminus possessionis
eius saraha et esthaol et yrse-
mes id est ciuitas solis selebin et haylon
ietela helon themna acharon helteca
iethem balaath iud benebarach
iethremon ierchon arecom cum
termino qui respicit ioppen et ipso conclu-
ditur Ascenderuntque filii dan et pug-
nauerunt contra lesem ceperuntque eam et per-
cusserunt in ore gladii et habitauerunt
in ea vocantes nomen eius lesedam ex
nomine dan patris sui Hec est possessio
tribus filiorum dan per cognationes suas
urbes et viculi earum Et impleuit
terram sorte diuidere singulis per tribus
suas dederunt filii israel possessionem
iosue filio nun in medio sui iuxta
preceptum domini urbem quam postulauit
thamnath saraa in monte effraym
et edificauit ciuitatem habitauitque in ea
Hee sunt possessiones quas sorte di-
uiserunt iosue filius nun et eleazar
sacerdos et principes familiarum
ac tribuum filiorum israel in silo coram
domino ad ostium tabernaculi testimonii
partitique sunt terram

Capitulum XX

Et locutus est dominus ad iosue di-
cens Loquere filiis israel et dic
eis Separate urbes fugitiuorum de
quibus locutus sum ad vos per manum
moysi ut confugiat ad eas quicumque ani-
mam percusserit nescius et possit euadere
iram proximi qui vltor est sanguinis
cum ad vnam harum confugerit ciuitatem
Stabitque ante portam ciuitatis et lo-
quetur senioribus urbis illius ea que

comprobet se innocentem. Eumque suscipiet eum et dabit ei locum ad habitandum. Cumque ultor sanguinis eum fuerit persecutus non tradent in manus eius quia ignorans percussit proximum eius nec ante biduum triduumve eius probatur inimicus. Et habitabit in civitate illa donec stet ante iudicium causam reddens facti sui et non moriatur qui insequitur eum donec moriatur sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore. Tunc revertetur homicida et ingredietur civitatem et domum suam de qua fugerat. Decreveruntque Cedes in Galilea montis Neptalim. Et Sichem in monte Effraym. Et Cariatharbe, ipsa est Hebron, in monte Iuda. Et trans Iordanem contra orientalem plagam Iericho statuerunt Bosor, que sita est in campestri solitudine de tribu Ruben. Et Ramoth in Galaad de tribu Gad. Et Gaulon in Basan de tribu Manasse. Hee civitates constitute sunt cunctis filiis Israel et advenis qui habitabant inter eos ut fugeret ad eas qui animam nescius percussisset et non moreretur in manu proximi effusum sanguinem vindicare cupientis donec staret ante populum expositurus causam suam.

C. XXI

Accesseruntque principes familiarum Levi ad Eleazarum sacerdotem et ad Iosue filium Nun et ad duces cognationum per singulas tribus filiorum Israel. Locutique sunt ad eos in Silo terre Chanaan atque dixerunt: Dominus precepit per manum Moysi ut traderentur nobis urbes ad habitandum et suburbana earum ad alenda iumenta. Dederuntque filii Israel de possessionibus suis iuxta imperium Domini suburbana et civitates earum. Egressaque est sors in familia Caath filiorum Aaron sacerdotis de tribubus Iuda et Symeon et Beniamin civitates xiii. Et reliquis filiorum Caath, id est Levitis qui superfuerant de tribubus Effraym et Dan et dimidie tribus Manasse civitates x. Porro filiis Gerson egressa est sors ut acciperent de tribubus Ysachar et Aser et Neptalim dimidiaque tribu Manasse in Basan civitates numero xiii. Et filiis Merari per cognationes suas de tribubus Ruben et Gad et Zabulon urbes xii. Dederuntque filii Israel Levitis civitates et suburbana earum sicut precepit Dominus per manum Moysi singulis sorte tribuentes. De tribubus filiorum Iuda et Symeon dedit Iosue civitates quarum ista sunt nomina filiis Aaron per familias Caath Levitici generis. Prima enim sors illis egressa est. Cariatharbe patris Enach, que vocatur Hebron in monte Iuda et suburbana eius per circuitum. Agros vero et villas eius dederat Caleph filio Iephone ad possidendum. Dedit ergo filiis Aaron sacerdotis Hebron confugii civitatem ac suburbana eius. Et Lebna et Iether et Esthemo et Holon et Dabir et Aim et Iethan et Bethsames. Has civitates novem cum suburbanis suis de tribubus ut dictum est duabus. De tribu autem filiorum Beniamin Gabaon et Gabee et Anathoth et Almon cum suburbanis suis civitates iiii. Omnes simul civitates filiorum Aaron xiii cum suburbanis suis. Reliquis vero per familias filiorum Caath Levitici generis hec est data possessio. De tribu Effraym urbes refugii Sichem cum suburbanis suis in monte Effraym et Gazer et Cibsaim et Betheron civitates iiii cum suburbanis suis. De tribu quoque Dan Eltheco et Gabaton Haylon et Gethremon civitates iiii cum suburbanis suis. Porro de dimidia tribu Manasse Thanach et Gethremon cum suburbanis suis civitates due. Omnes civitates x et suburbana earum date sunt filiis Caath inferioris gradus. Filiis quoque Gerson Levitici generis dedit de dimidia

tribu manasse confugii civitates
gaulon in basan et bosram cum sub
urbanis suis civitates duas porro
de tribu ysachar cesion et dabrath
et yerimoth et engannim cum subur
banis suis civitates ~~duas~~ iiii de tribu
autem aser masal et abdon et elchat
et roob cum suburbanis suis civitates
iiii^or de tribu quoque neptalim civitates
confugii cedes in galilea et amoth
dor et carthan cum suburbanis suis
civitates iii omnes urbes familiarum
gerson xiii cum suburbanis suis fi
liis autem merari levitis inferioribus
gradu per familias suas de tribu
zabulon data est gethecnam et char
ta et demna et naloal civitates iiii^or
cum suburbanis suis et de tribu
gad civitates confugii ramoth in ga
laad et manaym et esebon et yazer
civitates iiii^or cum suburbanis suis
de tribu ruben ultra iordanem contra
iericho civitates refugii bosor
in solitudine misor et yaser et ges
son et masphat civitates iiii^or cum
suburbanis suis omnes urbes fi
liorum merari per familias et cognationes
suas xii. Itaque universe civitates
levitarum in medio possessionis fi
liorum israel fuerunt xlviii cum subur
banis suis singule per familias suas
distribute. Deditque dominus deus israeli
omnem terram quam traditurum se patribus
eorum iuraverat et possederunt illam
atque habitaverunt in ea. Dataque est
ab eo pax in omnes per circuitum nationes
nullusque eis hostium resistere ausus est
sed cuncti in eorum dicione redacti sunt
ne unum quidem verbum quod illis
prestaturum se esse promiserat irri
tum fuit sed rebus omnia completa sunt

Eodem tempore vocavit Ca^m xxii
iosue rubenitas et gadditas
et dimidiam tribum manasse dixitque
ad eos fecistis omnia que vobis precepit
moyses famulus domini mihi quoque in omnibus
obedistis nec reliquistis fratres vestros
longo tempore usque in presentem diem custodie
tes imperium domini dei vestri. Quia igitur
dedit dominus deus vester fratribus vestris quietem
ac pacem sicut pollicitus est revertimini
et ite in tabernacula vestra et in terram
possessionis vestre quam tradidit vobis
moyses famulus domini trans iordanem
ita dumtaxat ut custodiatis attente
et opere compleatis mandatum et legem
quam precepit vobis moyses famulus domini
ut diligatis dominum deum vestrum et ambu
letis in omnibus viis eius et observetis
mandata illius adhereatisque ei ac serviatis
in omni corde et in omni anima vestra. Benedixitque eis
iosue et dimisit eos. Qui reversi sunt in taber
nacula sua. Tribui autem manasse dimidie
moyses possessionem dederat in basan et idcirco
medie que superfuit dedit iosue sortem
inter ceteros fratres suos trans iordanem ad
occidentalem eius plagam. Cumque dimitteret
eos in tabernacula sua et benedixisset illis
dixit ad eos: In multa substantia atque divi
tiis revertimini ad sedes vestras cum argento
et auro ere ac ferro et veste multiplici.
Dividite predam hostium cum fratribus vestris.
Reversique sunt et abierunt filii ruben et filii
gad et dimidia tribus manasse a fi
liis israel de silo que sita est in terra canaan
ut intrarent galaad terram possessionis
sue quam obtinuerant iuxta imperium domini
in manu moysi. Cumque venissent ad tumulos
iordanis in terra chanaan edificaverunt
iuxta iordanem altare infinite magnitudinis
Quod cum audissent filii israel et ad eos

certa nuncii detulissent quod edificassent
filii ruben et gad et dimidia tribus
manasse altare in terra chanaan super ior-
danis tumulos contra filios israel convenerunt
omnes in silo ut ascenderent et dimicarent contra eos
Et interim miserunt ad eos in terra galaad
finees filium eleazari sacerdotem et decem
principes cum eo singulos de singulis tri-
bubus qui venerunt ad eos atque dixerunt
Hec mandat omnis populus domini Que est
ista transgressio Cur reliquistis dominum deum
israel edificantes altare sacrilegum et a cultu
illius recedentes An parum vobis est quod peccastis
in beelphegor et usque in presentem diem ma-
cula huius sceleris in vobis permanet multique
de populo corruerunt Et vos hodie reliquistis
dominum et cras in universum israel eius ira
desaeviet Quod si putatis immundam esse terram
possessionis vestre transite ad terram in qua taber-
naculum domini est et habitate inter nos tantum ut
a domino et a nostro consortio non recedatis
edificato altari preter altare domini dei nostri
Nonne achor filius zare preterivit mandatum
domini et super omnem populum israel ira incubuit
et ipse erat unus homo atque utinam solus perisset
in scelere suo Responderuntque filii ruben et gad
et dimidia tribus manasse principibus
legationis israel Fortissimus deus dominus israel
ipse novit et israel simul intelliget si pre-
varicationis animo hoc altare construximus
non custodiat nos sed puniat nos in
presenti Et si ea mente fecimus ut holoca-
usta et sacrificium et pacificas victimas
super eo imponeremus ipse querat et iudicet
et non ea magis cogitatione atque tractatu
ut diceremus Cras dicent filii vestri filiis
nostris Quid vobis et domino deo israel Ter-
minum posuit dominus inter nos et vos o
filii ruben et filii gad iordanem fluvium
Et ideo partem non habetis in domino Et per hanc

occasionem averterent filii vestri filios nostros
a timore domini Putavimus itaque melius
et diximus Extruamus nobis altare non in
holocausta neque in victimas offerendas
sed in testimonium inter nos et vos et sobolem nostram
utramque progeniem ut serviamus domino deo
nostro et iuris nostri sit offerre holocausta
et victimas et pacificas hostias et nequaquam
dicant cras filii vestri filiis nostris non est
vobis pars in domino Quod si voluerint dicere
Respondebunt eis Ecce altare domini quod patres
nostri fecerunt non in holocausta neque in
sacrificium sed in testimonium vestrum ac nostrum
Absit a nobis hoc scelus ut recedamus
a domino et eius vestigia relinquamus
constructo altari ad holocausta et sacri-
ficia et victimas offerendas preter altare
domini dei nostri quod constructum est ante taber-
naculum eius Quibus auditis finees
sacerdos et principes legationis israel qui
erant cum eo placati sunt et verba illa ab
eis libentissime susceperunt Dixitque fi-
nees Nunc scimus quod nobiscum sit dominus
quoniam alieni estis a prevaricatione hac
et liberastis filios israel de manu domini
Reversusque est cum principibus a filiis ru-
ben et gad de terra galaad finium cha-
naan ad filios israel et retulit eis
Placuitque sermo cunctis audientibus
et laudaverunt dominum filii israel et nequaquam
ultra dixerunt ut ascenderent contra
eos atque pugnarent et delerent terram pos-
sessionis eorum Vocaveruntque filii ruben
et filii gad altare quod construxerant
testimonium nostrum quod dominus ipse sit deus

XXIII

Evoluto autem multo tempore postquam pacem
dominus dederat israheli subiectis in
gyro nationibus universis et iosue iam
longevo et persenilis etatis Vocavit
iosue omnem israelem maioresque natu et
principes ac duces et magistros dixit

q ad vos Ergo senui et progressionis etatis sum/ Vosque cernitis omnia que fecerit dominus deus vester cunctis per circuitum nationibus et quomodo pro vobis ipse pugnaverit Et nunc que sorte divisit vobis omnem terram ab oriente parte iordanis usque ad mare magnum/ multeque adhuc supersunt nationes eas/ dominus deus vester disperdet eas et auferet a facie vestra et possidebitis terram sicut vobis pollicitus est Tantum confortamini et estote solliciti ut custodiatis cuncta que scripta sunt in volumine legis moisi/ et non declinetis ab eis nec ad dexteram nec ad sinistram/ ne postquam intraveritis ad gentes que inter vos futurae sunt iuretis in nomine deorum earum/ et serviatis eis et adoretis illos/ sed adhereatis domino deo vestro quod fecistis in die hac Et tunc auferet dominus in conspectu vestro gentes magnas et robustissimas Et nullus vobis resistere poterit Unus ex vobis persequitur hostium mille viros quia dominus deus vester pro vobis ipse pugnabit sicut pollicitus est Hoc tantum diligentissime precavete ut diligatis dominum deum vestrum Quod si volueritis gentium harum que inter vos habitant erroribus adherere/ et cum eis miscere conubia/ atque amicitias copulare/ iam nunc scitote quod dominus deus vester non eas deleat ante faciem vestram/ sed erunt vobis in foveam ac laqueum/ et offendiculum ex latere vestro/ et sudes in oculis vestris donec vos auferat/ atque disperdat/ de terra hac optima/ quam tradidit vobis En ego hodie ingredior viam universe terre et toto animo cognoscetis quod de omnibus verbis que se dominum prestiturum vobis esse pollicitus est unum non preterierit incassum Sicut ergo implevit opere quod promisit et prospera cuncta venerunt Sic adducet super vos quicquid malorum comminatus est donec vos auferat atque disperdat/ de terra hac optima quam tradidit vobis eo quod preterieritis pactum domini dei vestri/ quod pepigit vobiscum et servieritis diis alienis et adoraveritis eos Cito atque velociter consurget in vos furor domini et auferemini de terra hac optima quam tradidit vobis/

Capitulum XXIIII

Congregavitque iosue omnes tribus israel in sichem et vocavit maiores natu ac principes et iudices et magistros/ steteruntque in conspectu domini et ad populum sic locutus est Hec dicit dominus deus israel Trans flumen habitaverunt patres vestri ab initio thare pater abraham et nachor/ servieruntque diis alienis Tuli ergo patrem vestrum abraham de mesopotamie finibus et adduxi eum in terram chanaan/ multiplicavique semen eius et dedi ei ysaac/ illique rursum dedi iacob et esau Ex quibus esau dedi montem seyr ad possidendum Iacob vero et filii eius descenderunt in egiptum Misique moysen et aaron et percussi egiptum multis signis atque portentis Eduxique vos et patres vestros de egipto et venistis ad mare/ persecutique sunt egiptii patres vestros cum curribus et equitatu usque ad mare rubrum Clamaverunt autem/ ad dominum filii israel/ qui posuit tenebras inter vos et egiptios/ et adduxit super eos mare et operuit illos Viderunt oculi vestri cuncta que in egipto fecerim et habitastis in solitudine multo tempore/ et introduxi vos in terram amorrei qui habitabat trans iordanem Cumque pugnarent contra vos tradidi eos in manus vestras et possedistis terram eorum atque interfecistis illos Surrexit autem balach filius

sephor rex moab et pugnavit contra
israel misitque et vocavit balaam fi-
lium beor ut malediceret vobis et ego
nolui audire eum sed econtrario
benedixi vobis et liberavi de manu eius
Transistisque iordanem et venistis ad ieri-
cho pugnaveruntque contra vos viri
civitatis eius amorreus et phere-
zeus chananeus etheus et gergeseus
eveus et iebuseus et tradidi illos
in manus vestras misique ante vos crab-
rones et ieci eos de locis suis du-
os reges amorreorum non in gladio
et in arcu tuo dedique vobis terram in
qua non laborastis et urbes quas
non edificastis ut habitaretis in eis vi-
neas et oliveta que non plantastis
Nunc ergo timete dominum et servite ei cor-
de perfecto atque verissimo et auferte
deos quibus servierunt patres vestri in
mesopothamia et in egipto ac ser-
vite domino Sin autem malum vobis videtur
ut domino serviatis optio vobis datur
Eligite hodie quod placet cui
servire potissimum debeatis utrum diis
quibus servierunt patres vestri in meso-
pothamia an diis amorreorum in
quorum terra habitatis Ego autem et
domus mea serviemus domino Responditque
populus et ait Absit a nobis ut
relinquamus dominum et serviamus diis
alienis Dominus deus noster ipse eduxit
nos et patres nostros de terra egipti
et de domo servitutis fecitque viden-
tibus nobis signa ingentia et custo-
divit nos in omni via per quam ambu-
lavimus et in cunctis populis per quos
transivimus et eiecit universas gentes
amorreum habitatorem terre quam nos
intravimus Serviemus igitur domino

quia ipse est dominus deus noster Dixitque
iosue ad populum Non poteritis servire
domino Deus enim sanctus et fortis et emula-
tor nec ignoscet sceleribus vestris atque
peccatis Si dimiseritis dominum et servieritis
diis alienis convertet se et affliget
vos atque subvertet postquam vobis presti-
terit bona Dixitque populus ad iosue
Nequaquam ita ut loqueris erit sed domino
serviemus Et iosue ad populum Testes in-
quit vos estis quia ipsi elegeritis vobis
dominum ut serviatis ei Responderuntque testes
Nunc ergo ait auferte deos alienos de
medio vestri et inclinate corda vestra ad
dominum deum israel Dixitque populus ad iosue
Domino deo nostro serviemus et obedientes
erimus preceptis eius Percussit igitur
iosue in die illo fedus et proposuit populo pre-
cepta atque iudicia in sichem Scripsit quoque
omnia verba hec in volumine legis domini et tulit
lapidem pergrandem posuitque subter
quercum que erat in sanctuario domini Et
dixit ad omnem populum En lapis iste erit
vobis in testimonium quod audierit omnia verba domini
que locutus est vobis Ne forte postea negare ve-
litis et mentiri domino deo vestro Dimisitque
populum singulos in possessionem suam Et post
hec mortuus est iosue filius nun servus
domini centum decem annorum Sepelieruntque eum in fini-
bus possessionis sue in thamnathsare que
sita est in monte effraym a septentrionali
parte montis gaas Servivitque israel domino cunc-
tis diebus iosue et seniorum qui longo tempore
vixerunt post iosue et qui noverant omnia opera domini
que fecerat in israel Ossa quoque ioseph que tulerant
filii israel de egipto sepelierunt in sichem in parte
agri quem emerat iacob a filiis emor patris
sichem centum novellis ovibus et fuit in possessione
filiorum ioseph Eleazar quoque filius aaron
mortuus est et sepelierunt eum in gabaath finees filii
eius que data est ei in monte effraym

Incipit liber Judicum Capitulum primum

Post mortem iosue consuluerunt filij israhel dominum dicentes Quis ascendet ante nos contra chananeum et erit dux belli Dixitque dominus Iudas ascendet Ecce tradidi terram in manus eius Et ait iudas symeoni fratri suo Ascende mecum in sorte mea et pugna contra chananeum ut et ego pergam tecum in sorte tua Et abijt symeon cum eo Ascenditque iudas et tradidit dominus chananeum et ferezeum in manus eorum et percusserunt in bezecha x milia virorum Inveneruntque adonibezech in bezech et pugnaverunt contra eum ac percusserunt chananeum et ferezeum Fugit autem adonibezech quem secuti comprehenderunt cesis summitatibus manuum eius ac pedum Dixitque adonibezech Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias Sicut feci ita reddidit mihi dominus Adduxeruntque

eum in ierusalem et ibi mortuus est Obpugnantes ergo filij iuda ierusalem ceperunt eam et percusserunt in ore gladij tradentes cunctam incendio ciuitatem Et postea descendentes pugnaverunt contra chananeum qui habitabat in montibus et ad meridiem et in campestribus Pergensque iudas contra chananeum qui habitabat in ebron cuius nomen fuit antiquitus cariatharbe percussit sisay et hayman et tholmay atque inde profectus abijt ad habitatores dabir cuius nomen vetus erat cariathsepher id est ciuitas litterarum Dixitque caleph Qui percusserit cariathsepher et vastaverit eam dabo ei axam filiam meam uxorem Cumque cepisset eam othoniel filius cenez frater caleph iunior dedit ei filiam suam coniugem Quam pergentem in itinere monuit vir suus ut peteret a patre suo agrum Que cum suspirasset sedens in asino dixit ei caleph Quid habes At illa respondit Da mihi benedictionem Quia terram arentem dedisti mihi da et irriguam aquis Dedit ergo ei caleph irriguum superius et irriguum inferius Filij autem cinei cognati moysi ascenderunt de ciuitate palmarum cum filijs iuda in desertum sortis eius que est ad meridiem arad et habitaverunt cum eo Abijt autem iudas cum symeone fratre suo et percusserunt chananeum qui habitabat in sephat et interfecerunt eum Vocatumque est nomen urbis horma id est anathema Cepitque iudas gazam cum finibus suis et ascalonem atque accharon cum terminis suis Fuitque dominus cum iuda et montana possedit nec potuit delere habitatores vallis quia falcatis curribus habundabant Dederuntque caleph ebron sicut dixerat moyses qui delevit ex ea

tres vide filios enach / Iebuseu
aut habitatorem ierusalem non deleverunt
filii beniamin / habitavitque iebuse-
us cum filiis beniamin / in ierusalem usque in
presentem diem / Domus quoque ioseph / as-
cendit in bethel / fuitque dominus cum
eis / Nam cum obsiderent urbem que prius
luza vocabatur / Viderunt homines egre-
dientem de civitate / Dixeruntque ad eum
Ostende nobis introitum civitatis et fa-
ciemus tecum misericordiam / Qui cum osten-
disset eis percusserunt urbem in ore
gladii / hominem autem illum et omnem cog-
nationem eius dimiserunt / Qui dimissus
abiit in terram etthim / edificavitque ibi
civitatem / vocavitque eam luzam que ita
appellatur in presentem diem / Manasses
quoque non delevit bethsan / et thanach
cum viculis suis et habitatores dor
et ieblaam et mageddo cum viculis
suis / Cepitque chananeus habitare cum
eis / Postquam autem confortatus est israel fe-
cit eos tributarios et delere noluit
Effraym etiam non interfecit chananeum
qui habitabat in gazer / sed habitavit cum
eo / Zabulon etiam non delevit habitato-
res cethron / et naalon / sed habitavit
chananeus in medio eius / factusque est ei tri-
butarius / Aser quoque non delevit habita-
tores achon / et sydonis / alab / et
achazib / et alma / et afech / et roob /
habitavitque in medio chananei habita-
toris illius terre nec interfecit eum / Nep-
talim etiam non delevit habitatores
bethsames / et bethanath / et habitavit
inter chananeum habitatorem terre / fue-
runtque ei bethsamite / et bethanite
tributarii / Artavitque amor-
reus filios dan in monte nec dedit
eis locum ut ad planiora descen-
derent / habitavitque in monte hares

quod interpretatur testaceo / et in haylon /
et salabim / et aggravata est manus
domus ioseph / factusque est ei tribu-
tarius / fuit autem terminus amorrei ab as-
censu scorpionis petra et superiora loca.

Ascenditque angelus Capitulum II
domini de galgala ad locum flen-
tium et ait / Eduxi vos de egipto
et introduxi in terram / pro qua iuravi
patribus vestris et pollicitus sum ut
non facerem irritum / pactum meum
vobiscum in sempiternum / ita dumtaxat
ut non feriretis fedus / cum habitato-
ribus terre huius / et aras eorum sub-
verteritis et noluistis audire vocem
meam / Cur hoc fecistis / Quamobrem
nolui delere eos a facie vestra / ut ha-
beatis hostes / et dii eorum sint vobis
in ruinam / Cumque loqueretur angelus domini
verba hec ad omnes filios israel / Elevave-
runt vocem suam et fleverunt / Et vo-
catum est nomen loci illius flentium sive
lacrimarum / ymolaveruntque ibi hosti-
as domino / Dimisit ergo iosue populum et
abierunt filii israel / unusquisque in
possessionem suam / ut obtinerent
eam / Servieruntque domino cunctis diebus
eius / et seniorum / qui longo post eum
vixerunt tempore / et noverant omnia opera
domini magna / que fecerat cum israel
Mortuus est autem iosue / filius nun fa-
mulus domini / C et x annorum / et sepelie-
runt eum in finibus possessionis sue
in thamnathsare in monte effraym /
a septentrionali plaga montis gaas
Omnisque generatio illa congregata est
ad patres suos / Et surrexerunt alii qui
non noverant dominum et opera que fecerat
cum israel / Feceruntque filii israel malum
in conspectu domini et servierunt baalim

dimiserunt dominum deum patrum suorum qui
eduxerat eos de terra egipti et secuti
sunt deos alienos deosque populorum qui ha-
bitabant in circuitu eorum et adoraverunt
eos et ad iracundiam concitaverunt
dominum dimittentes eum et servientes baal
et astaroth Iratusque dominus contra israel
tradidit eos in manibus diripientium
Qui ceperunt eos et vendiderunt hos-
tibus qui habitabant per gyrum nec potu-
erunt resistere adversariis suis sed quo-
cumque pergere voluissent manus domini erat
super eos sicut locutus est et iuravit eis
et vehementer afflicti sunt Suscitavit-
que dominus iudices qui liberarent eos de
vastantium manibus sed nec illos audire
voluerunt fornicantes cum diis alienis
et adorantes eos Cito deseruerunt
viam per quam ingressi fuerant patres eorum
et audientes mandata domini omnia fece-
runt contraria Cumque dominus iudices sus-
citaret in diebus eorum flectebatur miseri-
cordia et audiebat afflictorum gemitus et libe-
ravit eos de cede vastantium Postquam
autem mortuus esset iudex revertebantur
et multo maiora faciebant quam fecerant
patres eorum sequentes deos alienos
et servientes eis et adorantes illos
non dimiserunt adinventiones suas et
viam durissimam per quam ambulare
consueverant Iratusque est furor domini
in israel et ait Quia irritum fecit
gens ista pactum meum quod pepige-
ram cum patribus eorum et vocem meam
audire contempsit et ego non delebo
gentes quas dimisit iosue et mortuus
est ut in ipsis experiar israel utrum custodiant
viam domini et ambulent in ea sicut patres eorum
an non Dimisit ergo dominus omnes nationes

suas et cito subvertere noluit nec tra-
didit in manibus iosue

Cap iii

Hec sunt gentes quas dominus dereli-
quit ut erudiret in eis israhe-
lem et omnes qui non noverant bella
chananeorum et ut postea discerent
filii eorum certare cum hostibus et habe-
re consuetudinem preliandi Quinque sa-
trapas philistinorum omnemque cha-
naneum et sidonium atque eveum qui habita-
bat in monte libano de monte baal
hermon usque ad introitum emath Di-
misitque eos ut in ipsis experiretur
israhelem utrum audiret mandata domini
que preceperat patribus eorum per manum
moisi an non Itaque filii israel habitave-
runt in medio chananei et ethei
et amorrei et pherezei et evei et iebu-
sei et duxerunt uxores filias eorum
ipsique filias suas eorum filiis tradide-
runt et servierunt diis eorum Feceruntque
malum in conspectu domini et obliti sunt
domini dei sui servientes baal et asta-
roth Iratusque dominus contra israel tradi-
dit eos in manus cusan rasathaym
regis mesopotamie servieruntque
ei octo annis et clamaverunt ad do-
minum qui suscitavit eis salvatorem et
liberavit eos othoniel videlicet
filium cenez fratrem caleph iuniorem
Fuitque in eo spiritus domini et iudicavit
israel Egressusque est ad pugnam et tradidit
dominus in manus eius Cusan rasathaym
regem syrie et oppressit eum Quievit-
que terra xl annis et mortuus est otho-
niel filius cenez Addiderunt autem filii
israel facere malum in conspectu domini qui
confortavit adversum eos eglon regem
moab quia fecerunt malum in conspectu

eius et copulauit ei filios amon
et amalech Abijtque et percussit isrl
atque possedit urbe palmarum Ser-
uieruntque filij isrl eglon regi moab
xviij annis Et postea clamauerunt ad
dnm Qui suscitauit eis saluatorem
vocabulo aioth filium gera filij ge-
mini q utraque manu utebatur p dextera
Miseruntque filij isrl p illum munera
eglon regi moab Qui fecit sibi
gladium ancipite habente in medio
capulum longitudinis palme manus
et accinctus est eo subter sagum in
dextro femore Obtulitque munera
eglon regi moab Erat aut eglon
crassus nimis Cumque obtulisset ei
munera psecutus e socios suos qui
cu eo venerant et reuersus e de gal-
galis ubi erant idola dixit ad re-
gem Verbum secretum habeo ad te o rex
Et ille imperauit silencium Egressisque
omnibus qui cu eo erant Ingressus
e aioth ad eum Sedebat aut i estiuo
cenaculo solus Dixitque verbum dni
habeo ad te Qui statim surrexit de
throno Extenditque aioth manum
sinistram et tulit sicam de dextro latere
et femore suo Infixitque eam i ventre
eius valide ut capulus ferrum sequeretur
in vulnere ac pinguissimo adipe stri-
geretur Nec eduxit gladium sz ita
ut percusserat reliquit in corpore Stati-
mque p secreta nature alui stercora pru-
peruntur Aioth aut clausis diligentissime
ostijs cenaculi et obfirmatis sera
p posticum egressus e Serui que regis
ingressi viderunt clausas fores ce-
naculi atque dixerunt Forsitan pur-
gat aluum in estiuo cubiculo Expec-
tantesque diu donec erubescerent et vide-

rent q nullus aperiret tulerunt clauem
et aperientes inuenerunt dnm suum iacente
in terra mortuum Aioth aut dum illi tur-
barentur effugit et ptransijt locum ydo-
lorum vnde reuersus fuerat venitque i seirath
Et statim insonuit buccina in monte
effraym Descenderuntque cu eo filij isrl
ipso in fronte gradiente Qui dixit
ad eos Sequimini me Tradidit enim
dns inimicos nros moabitas in
manus nras Descenderuntque post eum
et occupauerunt vada iordanis que
transmittunt in moab et non dimiserunt
transire quemque Sed percusserunt moabitas
in tpe illo circiter x milia omnes
robustos et fortes viros Nullus
eorum euadere potuit Humiliatusque e
moab die illo sub manu isrl et quieuit
terra lxxx annis Post hunc fuit sa-
gar filius anath q percussit de philis-
tim sexcentos viros vomere et ipse
quoque defendit isrlm **Cap iiij**

Addideruntque filij isrl facere ma-
lum in conspectu dni post mortem
aioth Et tradidit illos dns i manus
Jabin regis chanaan q regnauit
in asor Habuitque ducem exercitus sui
noie zizaram Ipse aut habitabat in
aroseth gencium Clamaueruntque
filij isrl ad dnm Nongentos ei habe-
bat falcatos currus p viginti annos
vehementer oppresserat eos Erat aut
delbora prophetes uxor laphidoth
q iudicabat pplm illo tpe et sedebat
sub palma q noie illius vocabatur
inter rama et bethel i monte effraym
Ascendebantque ad eam filij isrl i omne
iudicium Que misit et vocauit barach
filium abinoem de cedes neptalim

dixitque ad eum Precepit tibi dominus deus
israel Vade et duc exercitum in montem
thabor / tollesque tecum x milia pug-
natorum de filiis neptalim / et de filiis
zabulon Ego autem adducam ad te
in loco torrentis cyson / zisaram /
principem exercitus iabin / et currus eius
atque omnem multitudinem et tradam
eos in manu tua Dixitque ad eam
barath Si venis mecum vadam si
autem nolueris venire non pergam Que
dixit ad eum Ibo quidem tecum sed in
hac vice tibi victoria non repug-
nabitur quia in manu mulieris tradetur
sysara Surrexit itaque delbora
et perrexit cum barath in cedes Qui
accitis zabulon / et neptalim / ascen-
dit cum x milibus pugnatorum habens
delboram in comitatu suo Aber autem
cyneus recesserat quondam a ceteris
cyneis fratribus suis filiis obab cog-
nati moysi Et tetenderat taberna-cula
usque ad vallem que vocatur sennim et erat
iuxta cedes Nunciatumque est sisare quod
ascendisset barath filius abynoem /
in monte thabor et congregavit nonge-
tos falcatos currus omnemque exerci-
tum de aroseth gentium ad torrentem
cyson Dixitque delbora ad barath
Surge hec est enim dies in qua tradidit
dominus sysaram in manus tuas En ipse duc-
tor tuus est Descendit itaque barath
de monte thabor et x milia pugna-
torum cum eo Perterruit itaque dominus
sysaram et omnes currus eius / universam-
que multitudinem in ore gladii ad con-
spectum barath in tantum ut sysara
de curru desiliens pedibus fugeret

et barath persequeretur fugientes currus
et exercitum usque ad aseroth gentium
Et omnis hostium multitudo usque ad in-
ternitionem cadet Sysara autem fugiens
pervenit ad tentorium yahel uxoris
aber cynei Erat enim pax inter iabin
regem asor et domum aber cynei Egressa
ergo yahel in occursum sysare dixit
ad eum Intra ad me domine mi ne ti-
meas Qui ingressus tabernaculum
eius et opertus ab ea pallio Dixit
ad eam Da mihi obsecro paululum aque
quia valde sitio Que aperuit utrem
lactis et dedit ei bibere et operuit illum
Dixitque sysara ad eam Sta ante ostium
tabernaculi Et cum venerit aliquis inter-
rogans te Nunquid hic est aliquis / Respon-
debis / nullus est / Tulit itaque yahel ux-
or aber clavum tabernaculi assu-
mens pariter malleum et ingressa abscon-
dite et cum silentio / posuit super tympus
capitis eius clavum / percussumque mal-
leo defixit in cerebrum usque ad terram
Qui sopore morti sociatus defecit et
mortuus est Et ecce barath persequens
sysaram veniebat Egressaque yahel
in occursum eius dixit ei Veni et osten-
dam tibi virum quem queris Qui cum in-
trasset ad eam / vidit sysaram iacentem
mortuum et clavum infixum in tympore
eius Humiliavit igitur deus in die illo iabin
regem chanaan coram filiis israel Qui
crescebant cottidie et forti manu
opprimebant yabin regem chanaan
donec delerent eum / Capitulum v

Capitulum v

Cecineruntque delbora et barath
filius abinoem in die illa di-
centes Qui sponte obtulistis de israel

animas vestras ad periculum benedicite do-
mino. Audite reges, percipite auribus
principes. Ego sum, ego sum que domino ca-
nam, psallam domino deo israel. Domine cum
exires de seyr et transires per regio-
nes edom, terra mota est et celi ac
nubes distillaverunt aquis. Montes
fluxerunt a facie domini et synay a fa-
cie domini dei israel. In diebus sagar fi-
lii enach, in diebus iahel quie-
verunt semite et qui ingrediebantur
per eas ambulaverunt per colles devios.
Cessaverunt fortes in israel et quieverunt
donec surgeret delbora mater in israel.
Nova bella elegit dominus et portas
hostium ipse subvertit. Clippeus et
hasta si apparuerint in xl milibus
israel. Cor meum diligit principes israel.
Qui propria voluntate obtulistis vos
discrimini benedicite domino. Qui ascen-
ditis super nitentes asinos et sedetis
in iudicio et ambulatis in via loquimini.
Ubi collisi sunt currus et hostium est
suffocatus exercitus. Ibi narrentur
iusticie domini et clemencie in fortes
israel. Tunc descendit populus domini ad por-
tas et obtinuit principatum. Surge
surge delbora, surge surge et loquere
canticum. Surge barach et apprehende
captivos tuos fili abinoem. Sal-
vate sunt reliquie populi, dominus in forti-
bus dimicavit. Ex effraym dele-
vit eos in amalech et post eum ex
beniamin in populos tuos o ama-
lech. De machir principes descende-
runt et de zabulon qui exercitum du-
cerent ad bellandum. Duces ysachar
fuere cum delbora et barach vesti-
gia sunt secuti qui quasi in preceps ac

baratrum se discrimini dedit. Diviso contra
se ruben magnanimorum reperta
contencio est. Quare habitas inter duos
terminos ut audias sibilos gregum?
Galaad trans iordanem quiescebat. Dan
vacabat navibus. Aser habitabat
in littore maris et in portubus mora-
batur. Zabulon vero et neptalim
obtulerunt animas suas morti in re-
gione merome. Venerunt reges
et pugnaverunt. Pugnaverunt
reges chanaan in thanac iuxta
aquas mageddo et nichil tulerunt
predantes. De celo dimicatum est contra
eos. Stelle manentes in ordine
et cursu suo adversum sisaram pug-
naverunt. Torrens cyson traxit
cadavera eorum, torrens cadumim, tor-
rens cyson. Conculca anima mea
robustos. Ungule equorum cecide-
runt fugientibus impetu et per preceps ru-
entibus fortissimis hostium. Ma-
ledicite terre meroz dixit angelus
domini. Maledicite habitatoribus eius quia
non venerunt ad auxilium domini in ad-
iutorium fortissimorum eius. Benedicta
inter mulieres iahel uxor aber ci-
nei, benedicatur in tabernaculo suo.
Aquam petenti lac dedit et in fiala
principum obtulit butirum. Sinistram
manum misit ad clavum et dexteram
ad fabrorum malleos. Percussitque sy-
saram querens in capite vulneri
locum et tympus valide perforans.
Inter pedes eius ruit, defecit et
mortuus est. Ante pedes illius volue-
batur et iacebat exanimis et mi-
serabilis. Per fenestram prospiciens
ululabat mater eius et de cenaculo

loquebatur. Cur moratur regredi cur-
rus eius? Quare tardaverunt pedes
quadrigarum illius? Una sapientior ce-
teris uxoribus hec socrui verba respondit:
Forsitan nunc dividit spolia et pul-
cherrima feminarum eligitur ei; vestes diver-
sorum colorum Sisare traduntur in predam
et supellex varia ad ornanda colla
congeritur. Sic pereant omnes inimici
tui domine. Qui autem diligunt te sicut
in ortu suo sol splendet ita rutilent.
Quievitque terra per xl annos. C vj

Fecerunt autem filii israel malum
in conspectu domini qui tradidit eos
in manu madian vij annis et oppressi
sunt valde ab eis. Feceruntque sibi
antra et speluncas in montibus et
munitissima ad repugnandum loca.
Cumque sevisset israel ascendebat
madian et amalech et ceteri orien-
talium nationum et apud eos figen-
tes tentoria sicut erant in herbis
cuncta vastabant usque ad introitum
gaze nichil omnino ad vitam pertinens
relinquebant in israel non oves non
boves non asinos. Ipsi enim et universi
greges eorum veniebant cum taberna-
culis suis et instar locustarum uni-
versa complebant innumera multitudo
hominum et camelorum quicquid tetige-
rant devastantes. Humiliatusque est
israel valde in conspectu madian.
Et clamavit ad dominum postulans
auxilium contra madianitas. Qui
misit ad eos virum prophetam et locutus
est. Hec dicit dominus deus israel: Ego
vos feci conscendere de egipto
et eduxi vos de domo servitutis
et liberavi de manu egipciorum
et omnium inimicorum qui affligebant
vos. Eieci eos ad introitum vestrum
et tradidi vobis terram eorum. Et dixi:
Ego dominus deus vester ne timeatis
deos amorreorum in quorum terra ha-
bitatis et noluistis audire vocem
meam. Venit autem angelus domini et sedit
sub quercu que erat in ephra et per-
tinebat ad ioas patrem familie
ephri. Cumque gedeon filius eius excu-
teret atque purgaret frumenta in
torculari ut fugeret madian ap-
paruit ei angelus domini et ait: Dominus
tecum virorum fortissime. Dixitque ei ge-
deon: Obsecro domine mi si dominus no-
biscum est cur apprehenderunt nos
mala hec omnia? Ubi sunt mirabilia
eius que narraverunt patres nostri
atque dixerunt: De egipto eduxit
nos dominus. Nunc autem dereliquit nos et
tradidit in manus madian. Respexit-
que ad eum dominus et ait: Vade in hac
fortitudine tua et liberabis israel
de manu madian. Scito quod miserim
te. Qui respondens ait: Obsecro domine
mi in quo liberabo israel? Ecce fami-
lia mea infima est in manasse et
ego minimus in domo patris mei. Di-
xitque ei dominus: Ego ero tecum et percu-
ties madian quasi unum virum. Et
ille: Si inveni gratiam inquit coram
te da michi signum quod tu sis qui loqueris
ad me. Ne recedas hinc donec rever-
tar ad te portans sacrificium et offe-
rens tibi. Qui respondit: Ego presto-
labor adventum tuum. Ingressus est
itaque gedeon et coxit edum et de
farine modio azimos panes.

carnes q3 pones in canistro ꝛ ius
carniu mittes i olla / tulit oīa
sub quercu obtulit ei / Cui dixit
agelus dn̄i / Tolle carnes ꝛ pa-
nes azimos et pone sup petram
illa et ius desup funde / Cuq3 fecis-
set ita / extedit angelus dn̄i su-
mitate vge qua tenebat i manu
et tetigit carnes ꝛ azimos pa-
nes / Ascenditq3 ignis de petra
et carnes / azimosq3 panes con-
sumpsit / Angelus at dn̄i euanuit
ex oculis eius / Vidēsq3 gedeon
q esset angelus dn̄i ait / Heu mi
dn̄e deus q2 vidi angelu dn̄i facie
ad facie / Dixitq3 ei dn̄s / Pax tecu
Ne timeas / No morieris / Edificauit
g° gedeon ibi altare dn̄o / vocauit
q3 i° dn̄i pax usq3 in p̄nte diem
Cuq3 adhuc esset in ephra q est
familie esri / nocte i° dixit dn̄s
ad eu / Tolle thauru pris tui
et alteꝝ thauru vij anoꝝ destru-
es q3 ara baal q e pris tui et
nem9 quod circa ara e succides
et edificabis altare dn̄o deo tuo
i sumitate pet° hui9 sup qua an
sacrificiu obtulisti / Tollesq3 thauꝝ
scd̄m et offeres holocaustu super
struem lignoꝝ que de nemore
succideris / Assumptis g° gedeon x
viris de seruis suis fecit sicut pce-
pat dn̄s / Timens at domu pris
sui et hoies illi9 ciuitatis / p die facē
noluit sed oīa nocte cople° / Cuq3
surrexissent viri opidi eius mane
viderut destructa ara baal / lu-
cu q3 succisu et thauꝝ alteꝝ im-
positu sup altare q3 tuc edifica-
tu erat / Dixeruntq3 ad inuice / Quis
hoc fecit / Cuq3 pquirerēt auctore
facti dictu e / Gedeon fili9 ioas
fecit hec oīa / Et dixerut ad ioas
ads p̄duc filiu ut moriat q3 destru-
xit ara baal et succidit nem9 / Quibus
ille r̄ndit / Nuq3 vltores estis
baal ut pugnetis p eo / Qui ad-
uersari9 eius e moriatur anq3 lux
crastina veniat / Si deus e vindicet
se de eo q suffodit ara ei9 / Ex i°
die vocatus e gedeon / Ierobaal
eo q dixisset / Ioas / vlciscatur
se de eo baal q suffodit altare ei9
Igit° oēs madian ꝛ amalech
et orientales p̄pli cogregati sut
simul et trāseuntes iordane cast-
metati sut in valle iesrahel /
Sp̄us at dn̄i induit gedeon q
clagēs buccina conuoca° domu
abieser ut sequeret° / Misitq3 nuc-
cios i vniuersu manasse q ꝛ ipe
secutus e eu et alios nuccios in
aser et zabulon / et neptalim /
qui occurrerut ei / Dixitq3 gedeon
ad dn̄m / Si saluu facis isrl̄ p ma-
nu mea sicut locut9 es ponā vell9
hoc lane in area / Si ros i solo
vellere fuit et in oi terra siccitas sciam
q p manu mea sicut locut9 es
liberabis isrl̄ ffcm q3 e ita / Et de
nocte cosurgens expsso vellere
concha rore cōpleuit / Dixitq3 rur-
su ad dn̄m / Ne irascat° furor tu9
cont° me si ad huc semel teptauero
signu querens in vellere / Oro
ut solum vellus siccum sit et
omnis terra rore madens / Fecit
q3 dn̄s nocte illa ut postulaue-
rat et fuit siccitas in solo velle-
re et ros in omi terra / Cap̄ vij

(sic) 2

Igitur Ierobaal qui et gedeon
de nocte consurgens et omnis popu-
lus cum eo venit ad fontem qui vocatur arad.
Erant autem castra madian in valle
ad septentrionalem plagam collis ex-
celsi. Dixitque dominus ad gedeon Multus
tecum est populus nec tradetur madian in ma-
nus eius ne glorietur contra me israel
et dicat Meis viribus liberatus sum.
Loquere ad populum et cunctis audientibus
predica Qui formidolosus et timidus
est revertatur. Recesseruntque de monte ga-
laad et reversi sunt ex populo viginti duo mi-
lia virorum et tantum decem milia reman-
serunt. Dixitque dominus ad gedeon Ad-
huc populus multus est. Duc eos ad a-
quas et ibi probabo illos et de quo
dixero tibi ut tecum vadat ipse pergat
et quem ire prohibuero revertatur. Cumque
descendisset populus ad aquas dixit
dominus ad gedeonem Qui lingua la-
buerint aquas sicut solent canes la-
bere separabis eos seorsum. Qui autem
curvatis genibus biberint in altera
parte erunt. Fuit itaque numerus eorum qui
manu ad os proicientes aquas labu-
erant trecenti viri. Omnis autem reliqua
multitudo flexo poplite biberat.
Et ait dominus ad gedeon In trecentis
viris qui labuerunt aquas liberabo
vos et tradam madian in manu tua.
Omnis autem reliqua multitudo revertatur
in locum suum. Sumptis igitur pro numero ci-
bariis et tubis omnemque reliquam
multitudinem abire precepit ad tab-
nacula sua et ipse cum trecentis viris
se certamini dedit. Castra autem madian
erant subter eum in valle. Eadem nocte
dixit dominus ad eum Surge et descen-
de in castra quia tradidi eos in manu
tua. Sin autem solus ire formidas

descendat tecum phara puer tuus et
cum audieris quid loquantur tunc confor-
tabuntur manus tue et securior ad hos-
tium castra descendes. Descendit ergo
ipse et phara puer eius in partem castrorum
ubi erant armatorum vigilie. Madian
autem et amalech et omnes orientales popu-
li fusi iacebant in valle ut locustarum
multitudo. Cameli autem innumerabiles erant
sicut arena que iacet in littore maris.
Cumque venisset gedeon narrabat ali-
quis sompnium proximo suo et in hunc modum
referebat quod viderat Vidi somp-
nium et videbatur mihi quasi subcinericius
panis ex ordeo volui et in castra madian
descendere. Cumque pervenisset ad taberna-
culum percussit illud atque subvertit et
terre funditus coequavit. Respondit is cui
loquebatur Non est hoc aliud nisi gladius ge-
deonis filii ioas viri israhelite. Tra-
didit enim dominus in manus eius madian
et omnia castra eius. Cumque audisset
gedeon sompnium et interpretacionem eius
adoravit et reversus ad castra israel ait
Surgite tradidit enim dominus in manus
nostras castra madian. Divisitque tre-
centos viros in tres partes et dedit tu-
bas in manibus eorum lagenasque vacu-
as ac lampades in medio lagenarum
et dixit ad eos Quod me facere vi-
deritis hoc facite. Ingrediar partem
castrorum et quod fecero sectamini. Quando
personuerit tuba in manu mea vos quoque
per castrorum circuitum clangite et cla-
mate domino et gedeoni. Ingressusque
est gedeon et trecenti viri qui erant
cum eo in partem castrorum incipientibus
vigiliis noctis medie et custodibus
suscitatis ceperunt buccinis clan-
gere et complodere inter se lagenas. Cumque

per giru castrorum in tribus personare-
rent locis et idrias confregissent
tenuerunt sinistris manibus lam-
pades et dextris sonantes tubas
clamaveruntque Gladius domini et
gedeonis stantes singuli in loco suo
per circuitu castrorum hostium. Omnia
itaque castra turbata sunt et voci-
ferantes ululantesque fugierunt et
nichilominus insistebant trecenti viri
buccinis personantes. Immisitque dominus
gladium in omnibus castris et mu-
tua se cede truncabant fugientes
usque bethsetha et crepidinem abel-
meula in thebbat. Conclamantes autem
filii israel de neptalim et aser et omni
manasse persequebatur madian
Et dedit dominus victoriam populo israhel
Misitque gedeon nuncios in omnem mon-
te effraym dicens. Descendite in oc-
cursu madian et occupate aquas
usque bethbera atque iordanem. Cla-
mavitque omnis effraym et preoccupavit aquas
atque iordanem usque bethbera. Ap-
prehensosque duos viros madian o-
reb et zeb interfecit oreb in petra
oreb. Zeb vero in torculari zeb et
persecuti sunt madian. Capita oreb
et zeb portantes ad gedeon trans
fluenta iordanis. Capitulum viii

Dixeruntque ad eum viri effraym
Quid est hoc quod facere voluisti
ut nos non vocares cum ad pugnam
pergeres contra madian iurgantes for-
titer et prope vim inferentes. Quibus
ille respondit. Quid enim tale facere po-
tui quale vos fecistis. Nonne me-
lior est racemus effraym vindemiis
abiezer. In manus vestras dominus tra-
didit principes madian oreb et zeb

Quid tale facere potui quale vos
fecistis. Quod cum locutus esset requi-
evit spiritus eorum quo tumebat contra eum. Cumque
venisset gedeon ad iordanem transi-
vit cum trecentis viris qui cum eo erant
et per lassitudinem fugientes persequi non
poterant. Dixitque ad viros socchot
Date obsecro panes populo qui mecum
est quia valde defecerunt ut possimus
persequi zebee et salmana reges
madian. Responderunt principes socchot
Forsitan palme manuum zebee et
salmana in manu tua sunt et ideo
postulas ut demus exercitui tuo pa-
nes. Quibus ille ait. Cum ergo tradi-
derit dominus zebee et salmana in ma-
nus meas et cum reversus fuero victor in
pace conteram carnes vestras cum spinis
tribulisque deserti et inde conscendens
venit in phanuel. Locutusque est ad vi-
ros loci illius similia. Cui et illi respon-
derunt sicut responderant viri socchot. Dixit
itaque et eis. Cum reversus fuero victor
in pace destruam hanc turrim. Zebee
autem et salmana requiescebant cum omni
exercitu suo. Quindecim milia viri rema-
serant ex omnibus turmis orientalium
populorum cesis centum viginti milibus bellatorum
et educentium gladium. Ascendensque ge-
deon per viam eorum qui in tabernaculis
morabantur ad orientalem plagam
nobe et iecbaa percussit castra hostium
qui securi erant et nichil adversi
suspicabantur. Fugeruntque zebee et
salmana. Quos persequens gedeon
apprehendit turbato omni exercitu eorum.
Reversusque de bello ante solis ortum ap-
prehendit puerum de viris socchot
Interrogavitque eum nomina principum et

3

seniorum socoth et descripsit lxxvij vi-
ros. Venitque ad socoth et dixit eis
En zebee et salmana super quibus
exprobrastis michi dicentes forsitan
manus zebee et salmana in manibus
tuis sunt et ideo postulas ut demus
viris qui lassi sunt et defecerunt panes.
Tulit ergo seniores civitatis et spinas
deserti ac tribulos et contrivit cum eis
atque comminuit viros socoth. Turrim
quoque phanuel subvertit occisis habitatori-
bus civitatis. Dixitque ad zebee et
salmana. Quales fuerunt viri quos
occidistis in thabor. Qui responderunt
Similes tui et unus ex eis quasi filius
regis. Quibus ille respondit. Fratres
mei fuerunt filii matris mee. Vivit
dominus quia si servassetis eos non vos occiderem.
Dixitque iether primogenito suo. Sur-
ge et interfice eos. Qui non eduxit
gladium timebat enim quia adhuc pu-
er erat. Dixeruntque zebee et salma-
na. Tu surge et irrue in nos quia
iuxta etatem et robur est hominis. Sur-
rexit gedeon et interfecit eos scilicet
zebee et salmana. Et tulit orna-
menta ac bullas quibus colla re-
galium camelorum decorari solent. Dixe-
runtque omnes viri israel ad gedeon.
Dominare nostri tu et filius tuus et filius
filii tui quia liberasti nos de manu ma-
dian. Quibus ille ait. Non dominabor
vestri nec filius meus sed dominabitur vobis
dominus. Dixitque ad eos. Unam peticionem
postulo a vobis. Date michi inaures
ex preda vestra. Inaures enim aureas
ysmahelite habere consueverant. Qui
responderunt. Libentissime dabimus. Expa-

dentes quoque super eam pallium proiecerunt
in eo inaures de preda et fuit pondus
postulatarum inaurium mille septingenti
auri sicli absque ornamentis et moni-
libus et veste purpurea quibus ma-
dian reges uti soliti erant et preter
torques aureas camelorum. Fecitque
ex eo gedeon ephot et posuit id
in civitate sua ephra. Fornicatusque
est omnis israel in eo et factum est gedeoni
et omni domui eius in ruinam. Humili-
atus est autem madian coram filiis israel
nec potuerunt ultra cervices elevare
sed quievit terra per quadraginta annos quibus
gedeon prefuit. Abiit itaque ierobaal
filius ioas et habitavit in do-
mo sua. Habuitque lxx filios qui
egressi sunt de femore eius eo quod plures
habuit uxores. Concubina autem sua
quam habebat in sichem genuit ei filium nomine
abimelech. Mortuusque est gedeon
filius ioas in senectute bona et sepul-
tus est in sepulchro ioas patris sui
in ephra de familia ezri. Postquam
autem mortuus est gedeon aversi sunt filii
israel et fornicati sunt cum baalim. Per-
cusseruntque cum baal fedus ut esset
eis in deum nec recordati sunt domini
dei sui qui eruit eos de manu inimi-
corum suorum omnium per circuitum nec fece-
runt misericordiam cum domo ierobaal ge-
deon iuxta omnia que fecerat israheli.

Capitulum ix

Abiit autem abimelech
in sichem ad fratres matris sue
et locutus est ad eos et ad omnem
cognationem patris sui et matris sue
dicens. Loquimini ad omnes viros sichem.
Quid vobis est melius ut dominentur

vobis, septuaginta viri omnes filii Jerobaal
aut ut dominetur vobis vir unus? Si-
mulque considerate quod os vestrum et
caro vestra sum. Locutique sunt fratres
matris eius de eo ad omnes viros
Sichem universos sermones istos
et inclinaverunt cor eorum post Abi-
melech dicentes: Frater noster est.
Dederuntque illi septuaginta pondo argen-
ti de fano Baal Berith. Qui
conduxit ex eo sibi viros inopes
et vagos secutique sunt eum. Et venit
in domum patris sui in Ephra et
occidit fratres suos filios Jerobaal
septuaginta viros super lapidem unum. Rema-
sitque Joathan filius Jerobaal minimus
et absconditus est. Congregati sunt autem
omnes viri Sichem et universae fami-
liae urbis Mello. Abieruntque et consti-
tuerunt regem Abimelech iuxta quer-
cum quae stabat in Sichem. Quod cum nun-
tiatum esset Joathan, ivit et stetit
in vertice montis Garizim. Eleva-
taque voce clamavit et dixit: Audite
me viri Sichem ita ut audiat vos
Deus. Ierunt ligna ut ungerent su-
per se regem. Dixeruntque olivae: Impera
nobis. Quae respondit: Numquid possum
deserere pinguedinem meam qua et dii
utuntur et homines et venire ut inter
ligna promovear? Dixerunt quoque ligna
ad arborem ficum: Veni et super nos
regnum accipe. Quae respondit eis: Numquid
possum deserere dulcedinem meam fruc-
tusque suavissimos et ire ut inter
cetera ligna promovear? Locuta
quoque sunt ligna ad vitem: Veni et impera
nobis. Quae respondit eis: Numquid
possum deserere vinum meum quod lae-
tificat Deum et homines et inter ligna
ceterorum promoveri? Dixeruntque omnia ligna
ad rhamnum: Tu veni et impera super
nos. Quae respondit eis: Si vere me
regem vobis constituistis, venite et
sub umbra mea requiescite. Si
autem non vultis, egrediatur ignis
de rhamno et devoret cedros Libani.
Nunc igitur si recte et absque peccato con-
stituistis super vos regem Abime-
lech et bene egistis cum Jerobaal et
cum domo eius et reddidistis vicem
beneficiis eius qui pugnavit pro vobis
et animam suam dedit periculis ut erueret
vos de manu Madian, qui nunc sur-
rexistis contra domum patris mei et
interfecistis filios eius septuaginta viros
super unum lapidem et constituistis
regem Abimelech filium ancillae eius
super habitatores Sichem eo quod frater vester
sit. Si igitur recte et absque ulla ini-
quitate egistis cum Jerobaal et
cum domo eius, hodie laetamini in Abi-
melech et ipse laetetur in vobis. Sin au-
tem perverse, egrediatur ignis ex eo et con-
sumat habitatores Sichem et oppidum
Mello, egrediaturque ignis de viris
Sichem et oppido Mello et devoret
Abimelech. Quae cum dixisset, fugit
et abiit in Berath, habitavitque ibi
ob metum Abimelech fratris sui.
Regnavit itaque Abimelech super
Israel tribus annis. Misitque Dominus spiritum
pessimum inter Abimelech et habitato-
res Sichem. Qui coeperunt eum detestari
et scelus interfectionis septuaginta filiorum Jero-
baal et effusionem sanguinis eorum
conferre in Abimelech fratrem suum

c 9

et in verticibus sicimorum principes / po-
sueruntque insidias adversus eum in
montium summitate / et dum illius praesto-
larentur adventum exercebant latrocinia
agentes praedas / de praetereuntibus / nunti-
atumque est abimelech. Venit autem gaal
filius obeth cum fratribus suis transivit
in sicimam. Ad cuius adventum erecti
habitatores sichem egressi sunt in agros
vastantes vineas, uvasque calcantes
et factis cantantium choris, ingressi sunt
phanum dei sui et inter epulas et
pocula maledicebant abimelech
/ clamante gaal filio obed. Quis est
abimelech et quae est sichem ut serviamus
ei? Numquid non est filius / ierobaal, et
constituit principem / zebul servum suum super
viros emor patris sichem? Cur ergo
serviemus ei? Utinam daret aliquis populum
istum sub manu mea ut auferrem de
medio abimelech / Dictumque est abi-
melech. Congrega exercitus multitudinem
et veni. Zebul enim princeps civitatis
auditis sermonibus gaal filii obeth
Iratus est valde et misit clam nun-
tios ad abimelech dicens. Ecce gaal
filius obeth venit in sicimam cum fra-
tribus suis et oppugnat adversum te
civitatem. Surge itaque nocte cum populo
qui tecum est et latita in agro, et primo
mane oriente sole, irrue super civita-
tem. Illo autem egrediente adversum te
cum populo suo fac ei quod potueris. Sur-
rexit itaque abimelech cum omni exerci-
tu suo nocte et tetendit insidias
iuxta sicimam in quattuor locis. Egressusque
est gaal filius obed et stetit in
introitu portae civitatis. Surrexit-
que abimelech et omnis exercitus cum eo
de insidiarum loco. Cumque vidisset populum
gaal dixit ad zebul. Ecce de mon-
tibus multitudo descendit. Cui ille re-
spondit: umbras montium vides quasi
capita hominum et hoc errore deciperis
Rursumque gaal ait. Ecce populus de um-
bilico terrae descendit et unus cuneus
venit per viam quae respicit quercum. Cui
dixit zebul: Ubi est nunc os tuum quo
loquebaris: Quis est abimelech ut
serviamus ei? Nonne iste est populus quem
despiciebas? Egredere et pugna contra
eum. Abiit ergo gaal / spectante populo
sicimorum et pugnavit contra abime-
lech. Qui persecutus est eum fugientem
et in urbem compulit. Et ceciderunt ex
parte eius plurimi usque ad portam
civitatis et abimelech sedit in
ruma. Zebul autem gaal et socios
eius expulit de urbe / nec in ea pas-
sus est commorari. Sequenti ergo die
egressus est populus in campum. Quod
cum nuntiatum esset abimelech, tu-
lit exercitum suum et divisit in tres tur-
mas tendens insidias in agris. Vi-
densque quod egrederetur populus de civitate
surrexit et irruit in eos cum cuneo
suo oppugnans et obsidens civitatem
Duae autem turmae palantes per campum
adversarios persequebantur. Porro aby-
melech omni die illo oppugnabat
urbem / quam cepit interfectis habitato-
ribus eius. Ipsaque destructa ita
ut sal in ea dispergeret. Quod cum audi-
issent qui habitabant in turre sicimorum
ingressi sunt phanum dei sui berith /
ubi foedus cum eo pepigerant, et ex eo
locus nomen acceperat qui erat munitus

valde. Abimelech quoque audiens viros turris Sichimorum pariter conglobatos ascendit in montem Selmon cum omni populo suo et arrepta securi precidit arboris ramum impositumque ferens humero dixit ad socios. Quod me videtis facere cito facite. Igitur certatim ramos de arboribus precidentes sequebantur ducem. Qui circumdantes presidium succenderunt atque ita factum est ut fumo et igne mille homines necarentur viri pariter ac mulieres habitatorum turris Sichem. Abimelech autem inde proficiscens venit ad oppidum Thebes. Quod circumdans obsidebat exercitu. Erat autem turris excelsa in media civitate ad quam confugerant viri simul ac mulieres et omnes principes civitatis clausa firmissime ianua et super turris tectum stantes per propugnacula. Accedensque Abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter et appropinquans ~~hostio~~ ostio ignem supponere nitebatur. Et ecce una mulier fragmen mole desuper iaciens illisit capiti Abimelech et confregit cerebrum eius. Qui vocavit cito armigerum suum et ait ad eum. Evagina cito gladium tuum et percute me ne forte dicatur quod a femina interfectus sim. Qui iussa perficiens interfecit eum. Illoque mortuo omnes qui cum eo erant de Israel reversi sunt in sedes suas. Et reddidit deus malum quod fecerat Abimelech contra patrem suum interfectis lxx fratribus suis. Sichimitis quoque quod operati erant retributum est et venit super eos maledictio Ioatham filii Ierobaal.

Capitulum x

Post Abimelech surrexit dux in Israel Thola filius Phua patrui Abimelech vir de Ysachar qui habitavit in Samyr montis Effraym et iudicavit Israel xxiii annis mortuusque est ac sepultus in Samyr. Huic successit Jayr Galaadites qui iudicavit Israel per xxii annos habens xxx filios sedentes super xxx pullos asinarum et principes xxx civitatum que ex nomine eius appellate sunt Anothiair id est oppida Jair usque in presentem diem in terra Galaad. Mortuusque est Yayr ac sepultus in loco cui est vocabulum Camon. Filii autem Israel peccatis veteribus iungentes nova fecerunt malum in conspectu domini et servierunt ydolis Baalim et Astaroth et diis Syrie ac Sidonis et Moab et filiorum Amon et Philistiim dimiseruntque dominum et non coluerunt eum. Contra quos iratus dominus tradidit eos in manus Philistiim et filiorum Amon. Afflictique sunt et vehementer oppressi per annos xviii omnes qui habitabant trans Iordanem in terra Amorrei qui est in Galaad in tantum ut filii Amon Iordanem transmissi vastarent Iudam et Beniamin et Effraym. Afflictusque est Israel nimis et clamantes ad dominum dixerunt. Peccavimus tibi quia dereliquimus te dominum deum nostrum et servivimus Baalim. Quibus locutus est dominus. Numquid non Egipcii et Amorrei filii quoque Amon et Philistiim Sydonii quoque et Amalech et Chanaan oppresserunt vos et clamastis ad me

et eruï vos de manu eorum et tamen reliquistis me et coluistis deos alienos Idcirco non addam ut ultra vos liberem Ite et invocate deos alienos quos elegistis ipsi vos liberent in tempore angustie Dixeruntque filii israel ad dominum Peccavimus Redde tu nobis quidquid placet tibi tantum libera nos nunc Que dicentes omnia de finibus suis alienorum deorum idola proiecerunt et servierunt domino deo Qui doluit super miseriis eorum Itaque filii amon conclamantes in galaad fixere tentoria Contra quos filii israel congregati in masphat castrametati sunt Dixeruntque principes galaad singuli ad proximos suos Qui primus e nobis contra filios amon dimicare cepit erit dux populi galaad

Cap. XI

Fuit itaque illo tempore Iepte galaadites vir fortissimus atque pugnator filius mulieris meretricis qui natus est de galaad Habuit autem galaad uxorem de qua suscepit filios Qui postquam creverant eiecerunt iepte dicentes Heres in domo patris nostri esse non poteris quia de adultera matre natus es Quos ille fugiens atque devitans habitavit in terra tob Congregatique sunt ad eum viri inopes et latrocinantes et quasi principem sequebantur In diebus illis pugnabant filii amon contra israel Quibus acriter instantibus perrexerunt maiores natu de galaad ut tollerent in auxilium sui iepte de terra tob Dixeruntque ad eum Veni et esto princeps noster et pugnator contra filios amon Quibus ille respondit Nonne vos estis qui odistis me et eiecistis de domo patris mei Et nunc venistis ad me necessitate compulsi Dixeruntque principes galaad ad iepte Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus ut proficiscaris nobiscum et pugnes contra filios amon sisque dux omnium qui habitant in galaad Iepte quoque dixit eis Si vere venistis ad me ut pugnem pro vobis contra filios amon tradideritque dominus eos in manus meas ego ero vester princeps Qui responderunt ei Dominus qui hec audit ipse mediator ac testis est quod nostra promissa faciemus Abiit itaque iepte cum principibus galaad Fecitque eum omnis populus principem sui Locutusque est iepte omnes sermones suos coram domino in masphat Et misit nuntios ad regem filiorum amon qui ex persona sua dicerent Quid mihi et tibi est quia venisti contra me ut vastares terram meam Quibus ille respondit Quia tulit israel terram meam quando ascendit de egipto a finibus arnon usque Jaboth atque iordanem Nunc ergo cum pace redde mihi eam Per quos rursum mandavit iepte et imperavit eis ut dicerent regi amon Hec dicit Iepte Non tulit israel terram moab nec terram filiorum amon Sed quando de egipto conscendit ambulavit per solitudinem usque ad mare rubrum et venit in cades Misitque nuncios ad regem edom dicens Dimitte me ut transeam per terram tuam Qui noluit acquiescere precibus eius Misit quoque ad regem moab qui et ipse transitum prebere contempsit Mansit itaque in cades et circuivit ex latere terram

edom et tra moab / Circuitq; contra
orientalē plaga tre moab z castra
metatus ē trās arnon nec voluit
intrare t'minos moab / Arnon quippe
confiniu ē tre moab / Misit itaq;
isrl nuncios ad seon rege amor
reor q̄ habitabat in esebon z dixe-
runt ei / Dimitte ut trāseā p tra
tua usq; ad fluuiu / Qui z ipe isrl
v'a despiciēs nō dimisit eu trāsire
p t'minos suos / Sed infinita mul-
titudīe cogregata egressus ē q̄
eu in gessa et fortit' resistebat
/ Tradiditq; eu dns i manus isrl
cu omi exercitu suo / Qui pcussit eu
et possedit omēq; tra amorrei /
habitatoris regiōis illius z vniūsos
fines eius / De arnon usq; iaboth
et de solitudīe usq; ad iordanē
/ Dns g° deus isrl subuertit amorreu
pugnante cont' eu pp° isrl / Et tu
nūc vis possidere tra eius / Nonne
ea que possedit chamos deus tuus
tibi iure debent' / Que aūt dns deus
nr victor obtinuit i nram cedet
possessionē / Nisi forte melior es
balach filio sephor rege moab
aut doce potes q̄ iurgatus sit cont'
isrl et pugnauit contra eu q̄n habi-
tauit in esebon et i viculis eius et
in aroer et villis eius et i cunctis ci-
tatibus iux' iordanē p ccc anos
/ Quare tanto tpe nichil sup hac re
petitōe temptastis / Igit' nō ego pecco
in te sed tu contra me male agis
indicēs mi bella iniusta / Judicet dns
arbit' huius diei int' isrl z int' fili-
os amon / Noluitq; acquiescere rex
filiorum amon verbis iepte que p
nuncios mādauerat / Factus ē ergo
sup iepte spūs dni / Et circuiēs ga-
laad et manasse maspha quoq; gala-
ad et inde trāsiens ad filios amon
/ Uotu vouit dno dicēs / Si tradideris
filios amon i manus meas / quicūq;
p'mus fuerit egressus de foribus
domus mee / michiq; occurrerit reu'-
tenti cu pace a filijs amon eu in
holocaustu offeram dno / Trasiuit
q; iepte ad filios amon ut pugna-
ret cō eos / quos tradidit dns i man'
eius / pcussitq; ab aroer usq; du
venias i menuth xx ciuitates usq; //et
ad abel / q̄ est vineis consita plaga
magna nimis / humiliatiq; sunt
filij amon a filijs isrl / Reuerteti
aūt iepte in maspha domu suam
occurrit ei vnigenita filia cu tympa-
nis et choris / Non ei habebat alios
liberos / Qua visa scidit vestimēta
sua et ait / Heu filia mi / decepisti
me et ipa decepta es / Aperui e-
nim os meu ad dnm et aliud facere nō po-
tero / Cui i'a rndit / Pr mi si apuisti
os tuu ad dnm / fac m quodcūq;
pollicitus es / concessa tibi vltiōe
atq; victoria de hostibus tuis / Dixit-
q; ad prem / Hoc solu m p'sta quod
deprecor / Dimitte me ut duobus
mensibus circueam montes z pla-
gam virginitate mea cu sodalib;
meis / Cui i'e rndit / Uade z dimisit
ea duobus mensibus / Cumq; abisset
cu socijs ac sodalibus suis / flebat
virginitate sua in montibus / Cōple-
tisq; duobus mensibus reu'sa ē ad
prem suu z fecit ei sicut vouerat q̄
ignorabat viru / Exīnde mos increuit i isrl
z consuetudo suata ē ut p' anos singulos cōueni-
ant i vnu filie isrl z plangant filiam
iepte galaaditē diebus quatuor

Ecce autem in ephraym **Capitulum xij**
orta est sedicio Nam transeuntes
contra aquilonem dixerunt ad iepte Cur
non vadens ad pugnam contra filios amon
vocare nos noluisti ut pergeremus tecum
Igitur incendimus domum tuam Quibus
ille respondit Disceptacio erat mihi et populo
meo contra filios amon vehemens vo
cavique vos ut mihi preberetis auxilium
et facere noluistis Quod cernens posui
in manibus meis animam meam transivique
ad filios amon et tradidit eos dominus
in manus meas Quid promerui ut ad
versum me consurgatis in prelium Vocatis
itaque ad se cunctis viris galaad pug
nabat contra effraym percusseruntque
eum viri galaad effraym quia dixerat
fugitivus est galaad de effraym et
habitat in medio effraym et manas
se Occupaveruntque galaadite va
da iordanis per que effraym reversu
rus erat Cumque venisset quis ad ea
de effraym numero fugiens atque dixisset
Obsecro ut me transire dimittatis Dice
bant ei galaadite Numquid effrateus
es Quo dicente non sum interrogabant
eum Dic ergo sebolech quod interpretatur
spica Qui respondebat thebolech eadem
littera spicam exprimere non valens
Statimque apprehensum iugulabant
in ipso iordanis transitu Et ceciderunt
in tempore de effraym xlij milia Iudi
cavitque Iepte galaadites israel sex
annis Et mortuus est ac sepultus in ci
vitate sua galaad Post hunc iu
dicavit israel abesan de bethlehem qui
habuit xxx filios et totidem filias
Quas emittens foras maritis dedit
Et eiusdem numeri filiis suis accepit
uxores introducens in domum suam Qui

septem annis iudicavit israel mortuus
que est ac sepultus in bethlehem Cui
successit hayalon zabulonites
et iudicavit israel x annis Mortuusque
est ac sepultus in zabulon Post
eum iudicavit israel abdon filius hellel
pharathonites qui habuit xl filios
et xxx ex eis nepotes ascendentes
super lxx pullos asinarum Et iudicavit
israel octo annis Mortuusque est ac se
pultus in pharathon terre effraym
in monte amalech **Capitulum xiij**
Rursumque filii israel fecerunt ma
lum in conspectu domini Qui tradi
dit eos in manus philistinorum xl annis
Erat autem quidam vir de saraa de stir
pe dan nomine manue habens uxo
rem sterilem Cui apparuit angelus domini
et dixit ad eam Sterilis es et absque
liberis Sed concipies et paries filium
Cave ergo ne bibas vinum ac siceram
nec immundum quicquam comedas quia conci
pies et paries filium cuius non tanget
novacula caput Erit enim nazareus
dei ab infancia sua et ex utero matris
Et ipse incipiet liberare israel de manu
philistinorum Que cum venisset ad ma
ritum suum dixit ei Vir dei venit ad
me habens vultum angelicum terribilis nimis
Quem cum interrogassem quis esset et unde
venisset et quo nomine vocaretur noluit
mihi dicere Sed hoc respondit Ecce concipies
et paries filium Cave ne bibas vinum
et siceram et ne aliquid vescaris immundo
Erit enim puer nazareus domini ab in
fancia ex utero matris sue usque in diem
mortis sue Oravit itaque manue do
minum et ait Obsecro domine ut vir
dei quem misisti veniat iterum et doceat
nos quid debeamus facere de puero
quid puero

qui nascitur est. Exaudivitque dominus
precantem manue / et apparuit rursum
angelus domini uxori eius sedenti in
agro. Manue autem maritus eius non
erat cum ea. Que cum vidisset ange-
lum festinavit et cucurrit ad virum suum
nunciavitque ei dicens. Ecce apparuit mihi
vir quem ante videram. Qui surrexit
et secutus est uxorem suam. Veniensque
ad virum dixit ei. Tu es qui locutus
es mulieri. Et ille respondit. Ego sum.
Cui manue. Quando inquit sermo tuus
fuerit completus. Quid vis ut faci-
at puer aut a quo se observare debe-
bit. Dixitque angelus domini ad manue
ab omnibus que locutus sum uxori tue
abstineat se. Et quicquid ex vinea
nascitur non comedat / vinum et siceram
non bibat / nullo vescatur immundo / et
quod ei precepi impleat / atque custodi-
at. Dixit itaque manue ad angelum
domini. Obsecro te ut acquiescas precibus
meis et faciamus tibi hedum de capris.
Cui angelus respondit. Si me cogis /
non comedam panes tuos. Si autem vis
holocaustum facere / offer illud domino. Et
nesciebat manue quod angelus domini
esset. Dixitque ad eum. Quod est tibi
nomen ut si sermo tuus fuerit completus
honoremus te. Cui ille respondit. Cur
queris nomen meum quod est mirabile.
Tulit itaque manue hedum de capris
et libamenta et posuit super petram
offerens domino / qui facit mirabilia. Ipse
autem et uxor eius intuebantur. Cumque
ascenderet flamma altaris in celum
angelus domini in flamma pariter ascen-
dit. Quod cum vidissent manue et uxor
eius / proni ceciderunt in terram et ultra
non apparuit eis angelus domini. Statim-
que intellexit manue angelum domini
esse. Et dixit ad uxorem suam. Morte
moriemur quia vidimus dominum. Cui
respondit mulier. Si dominus vellet nos
occidere / de manibus nostris holocaustum
et libamenta non suscepisset. Nec
ostendisset nobis omnia hec neque ea
que sunt ventura dixisset. Peperit
itaque filium et vocavit nomen eius Sam-
son. Crevitque puer et benedixit ei dominus.
Cepitque spiritus domini esse cum eo in castris
dan inter saraa et esthaol. Capitulum xiiii

Descendit igitur sampson in tham-
natha. Vidensque ibi mulierem
de filiabus philistiim ascendit et
nunciavit patri suo et matri sue dicens. Vidi
mulierem in thamnatha de filiabus
philistinorum. Quam queso ut michi
accipiatis uxorem. Cui dixerunt pa-
ter et mater sua. Numquid non est mulier in fili-
abus fratrum tuorum et in omni populo tuo quia
vis accipere uxorem de philistiim qui
incircumcisi sunt. Dixitque sampson ad pa-
trem suum. Hanc michi accipe quia placuit
oculis meis. Parentes autem eius nesci-
ebant quod res a domino fieret et quereret occa-
sionem contra philistiim. Eo enim tempore domina-
bantur philistiim israel. Descendit itaque
sampson cum patre suo et matre in thamna-
tha. Cumque venissent ad vineas oppidi
apparuit catulus leonis sevus et
rugiens et occurrit ei. Irruit autem spiritus
domini in sampson et dilaceravit leonem
quasi hedum in frustra concerpens
nichil omnino habens in manu et hoc

ct ↑

patri et matri noluit indicare. Descen-
ditque et locutus est mulieri que placuerat
oculis eius. Et post aliquot dies
revertens ut acciperet eam declinavit ut vide-
ret cadaver leonis. Et ecce examen
apum in ore leonis erat ac favus mel-
lis. Quem cum sumpsisset in manibus
comedebat in via. Veniensque ad pa-
trem suum et matrem dedit eis partem
qui et ipsi comederunt. Nec tamen voluit
eis indicare quod mel de corpore leonis
assumpserat. Descendit itaque pater eius
ad mulierem et fecit filio suo Sam-
son convivium. Sic enim iuvenes facere
consueverant. Cum igitur cives loci illius
vidissent eum, dederunt ei sodales
triginta qui essent cum eo. Quibus locutus
est Samson. Proponam vobis problema
quod si solveritis mihi intra septem dies con-
vivii, dabo vobis triginta sindones et to-
tidem tunicas. Sin autem non potueritis
solvere, dabitis mihi triginta sindones et
eiusdem numeri tunicas. Qui responderunt ei.
Propone problema ut audiamus. Dixit-
que eis. De comedente exivit cibus et
de forti egressa est dulcedo. Nec
potuerunt per tres dies propositionem solvere.
Cumque adesset dies septimus dixerunt
ad uxorem Samsonis. Blandire viro
tuo et suade ei ut indicet tibi quid
significet problema. Quod si facere
nolueris, incendemus te et domum patris
tui. An idcirco vocastis nos ad nup-
tias ut spoliaretis? Que fundebat
apud Samson lacrimas et querebatur
dicens. Odisti me et non diligis. Idcirco
problema quod proposuisti filiis populi
mei non vis mihi exponere. At ille respondit

vos

Patri meo et matri mee nolui dicere et tibi
indicare potero? Septem igitur diebus
convivii flebat apud eum. Tandemque
die septimo cum ei esset molesta exposuit.
Que statim indicavit civibus suis. Et
illi dixerunt ei die septimo ante solis occu-
bitum. Quid dulcius melle et quid
fortius leone? Qui ait ad eos. Si
non arassetis in vitula mea, non
invenissetis propositionem meam. Irruit
itaque in eum spiritus domini. Descenditque
Ascalonem et percussit ibi triginta viros
quorum ablatas vestes dedit his
qui problema solverant. Iratusque
nimis ascendit in domum patris sui.
Uxor autem eius accepit maritum unum
de amicis eius et pronubis. Ca XV

Post aliquantulum autem temporis
cum dies triticee messis insta-
rent, venit Samson invisere volens
uxorem suam et attulit ei hedum de capris.
Cumque cubiculum eius solito vellet
intrare, prohibuit eum pater illius dicens.
Putavi quod odisses eam et ideo tradi-
di illam amico tuo. Sed habes sororem que
iunior et pulchrior illa est, sit tibi
pro ea uxor. Cui Samson respondit. Ab
hac die non erit culpa in me contra
Philisteos. Faciam enim vobis mala.
Perrexitque et cepit trecentas vulpes. Cau-
dasque earum iunxit ad caudas et fa-
ces ligavit in medio. Quas igne
succendens dimisit ut huc illucque
discurrerent. Que statim perrexerunt in
segetes Philistinorum. Quibus succen-
sis et comportate iam fruges et ad-
huc stantes in stipula concremate
sunt in tantum ut vineas quoque et olive-
ta flamma consumeret. Dixeruntque Philistim

Quibus fecit hanc rem? Qui dixerunt est Sampson gener thamnathei qui tulit uxorem eius et alteri tradidit hec operatus est. Ascenderuntque philistiim et combusserunt tam mulierem quam patrem eius. Quibus ait sampson Licet hec feceritis tamen adhuc ex vobis expetam ultionem et tunc quiescam. Percussitque eos ingenti plaga ita ut stupentes suram femori imponerent. Et descendens habitavit in spelunca petre etham. Igitur ascendentes philistiim in terra iuda castrametati sunt in loco qui postea vocatus est lechi id est maxilla ubi eorum effusus est exercitus. Dixeruntque ad eos de tribu iuda. Cur ascendistis adversum nos? Qui responderunt ut ligemus sampsonem venimus et reddamus ei que in nobis operatus est. Descenderunt ergo tria milia virorum de iuda ad specum silicis etham. Dixeruntque ad sampson Nescis quod philistiim imperent nobis? Quare hoc facere voluisti? Quibus ille ait Sicut fecerunt mihi ita feci eis. Ligare inquiunt te venimus et tradere in manus philistiorum. Quibus respondit sampson Iurate et spondete michi quod me non occidatis. Dixerunt Non te occidemus sed vinctum trademus. Ligaveruntque eum duobus novis funibus et tulerunt eum de petra etham. Qui cum venisset ad locum maxille et philistiim vociferantes occurrissent ei irruit spiritus domini in eum et sicut solent ad ardorem ignis ligna consumi ita vincula quibus ligatus erat dissipata sunt et soluta. Inventamque maxillam id est mandibulam asini que iacebat arripiens interfecit in ea mille viros et ait In maxilla asini et in mandibula pulli asinarum delevi eos et percussi mille viros. Cumque hec canens complesset proiecit mandibulam de manu et vocavit nomen loci illius ramathlechi quod interpretatur elevatio maxille. Sitiensque valde clamavit ad dominum et ait Tu dedisti in manu servi tui salutem hanc maximam atque victoriam et en siti morior incidamque in manus incircumcisorum. Aperuit itaque dominus molarem dentem in maxilla asini. Et egresse sunt aque ex eo quibus haustis refocillavit spiritum et vires recepit. Ideo appellatum est nomen loci illius fons invocantis de maxilla usque in presentem diem. Iudicavitque israel in diebus philistiim xx annis.

Cap. xvi

Abiit quoque in gazam et vidit ibi mulierem meretricem ingressusque est ad eam. Quod cum audissent philistiim et percrebuisset apud eos intrasse urbem sampson circumdederunt eum positis in porta civitatis custodibus et ibi tota nocte cum silencio prestolantes ut facto mane exeuntem occiderent. Dormivit autem sampson usque ad noctis medium et inde consurgens apprehendit ambas porte fores cum postibus suis et sera impositasque humeris portavit ad verticem montis qui respicit ebron. Post hec adamavit mulierem que habitabat in valle sorech et vocabatur dalida. Veneruntque ad eam principes philistiorum atque dixerunt Decipe eum et disce ab eo in quo habeat tantam fortitudinem et quomodo eum superare possimus et vinctum affligere. Quod si feceris dabimus tibi singuli mille centum

tt 8

argenteos. Locuta est ergo dali-
da ad sampson. Dic michi obsecro
in quo sit tua maxima fortitudo
et quid sit quo ligatus erumpe-
re nequeas. Cui respondit sampson. Si vij
nerviceis funibus necdum siccatis
et adhuc humentibus ligatus
fuero infirmus ero ut ceteri homines.
Attulerunt ad eam satrape philis-
tiorum vij funes ut dixerat. Qui-
bus vinxit eum latentibus apud se
insidijs et in cubiculo finem rei ex-
pectantibus. Clamavitque ad eum phi-
listiim super te sampson. Qui rupit
vincula quomodo si quis rumpat fi-
lum de stuppa tortum stamine puta-
mine cum odorem ignis acceperit et
non est cognitum in quo esset fortitudo
eius. Dixitque ad eum dalida. Ecce
illusisti michi et falsum locutus es.
Saltem nunc indica michi quo ligari
debeas. Cui ille respondit. Si ligatus
fuero novis funibus qui nunquam
fuerunt in opere infirmus ero et ali-
orum hominum similis. Quibus rursum
dalida vinxit eum et clamavit
philistiim super te sampson in cubiculo
insidijs preparatis. Qui ita rupit
vincula quasi fila telarum. Dixitque
dalida rursum ad eum. Usquequo deci-
pis me et falsum loqueris. Osten-
de quo vinciri debeas. Cui
ille: Si vij crines capitis mei cum
licio plexueris et clavum hijs cir-
cumligatum terre fixeris infir-
mus ero. Quod cum fecisset dalida
dixit ad eum philistiim super te
sampson. Qui consurgens de
sompno extraxit clavum cum crini-
bus et licio. Dixitque ad eum dalida
Quomodo dicis quod amas me cum ani-
mus tuus non sit mecum. Per tres vices
mentitus es michi et noluisti dicere
in quo sit tua maxima fortitudo.
Cumque molesta esset ei et per multos
dies iugiter adhereret spacium ad
quietem non tribuens defecit anima
eius et ad mortem usque lassata est.
Tunc aperiens veritatem dixit
ad eam. Ferrum nunquam ascendit super
caput meum quia nazareus id est deo
consecratus sum de utero matris
mee. Si rasum fuerit caput meum
recedet a me fortitudo mea et
deficiam eroque ut ceteri homines. Vidensque
illa quod confessus esset ei omnem ani-
mum suum misit ad principes philistiorum
atque mandavit. Ascendite adhuc se-
mel quia nunc michi aperuit cor suum. Qui
ascenderunt assumpta pecunia quam pro-
miserant. Ac illa dormire eum fecit super
genua sua et in sinu suo reclinare
caput. Vocavitque tonsorem et rasit vij
crines eius et cepit abigere eum et a se
repellere. Statimque ab eo fortitudo dis-
cessit. Dixitque ad eum philistiim super
te sampson. Qui de sompno consurgens
dixit in animo suo. Egrediar sicut et
ante feci et me excuciam nesciens quod
dominus recessisset ab eo. Quem cum appre-
hendissent philistiim statim eruerunt
oculos eius et duxerunt gazam
vinctum cathenis et clausum in carcere
molere fecerunt. Iamque eius capilli
renasci ceperant. Et principes phi-
listiorum convenerunt in unum ut immola-
rent hostias magnificas dagon deo
suo et epularentur dicentes. Tra-
didit deus noster inimicum nostrum sampson

in manus nostras. Quod etiam populus vi-
dens laudavit deum suum. eademque dice-
bat. Tradidit deus noster in manus
nostras adversarium nostrum qui delevit terram
nostram et occidit plurimos. Letique
per convivia sumptis iam epulis precepe-
runt ut vocaretur sampson et ante
eos luderet. Qui eductus de carcere
ludebat ante eos. Feceruntque eum stare
inter duas columpnas. Qui dixit puero
regenti gressus suos. Dimitte me
ut tangam columpnas quibus omnis
domus imminet ut recliner super
eas et paululum requiescam. Domus
autem erat plena virorum ac mulierum et erant
ibi omnes principes philistinorum ac de
tecto ac solario circiter tria milia
utriusque sexus spectabant ludentem
sampson. At ille. Invocato domino ait
Domine deus memento mei et redde
michi nunc pristinam fortitudinem deus meus
ut ulciscar me de hostibus meis
et pro amissione duorum luminum unam
ultionem recipiam. Et apprehendens am-
bas columpnas quibus innitebatur
domus. alteram earum dextera et al-
teram leva tenens ait. Moriatur
anima mea cum philistiim. Concussisque
fortiter columpnis. Cecidit domus
super omnes principes et ceteram multitu-
dinem que ibi erat. Multoque plures inter-
fecit moriens quam ante vivus occide-
rat. Descendentes autem fratres eius et
universa cognatio tulerunt corpus
eius et sepelierunt inter saraa et es-
thaol in sepulchro patris sui ma-
ne. Iudicavitque israel xx annis.

CAP XVII

Fuit eodem tempore
vir quidam de monte effraym
nomine michas. Qui dixit matri sue.
Mille centum argenteos quos sepa-
raveras tibi et super quibus audiente
me iuraveras. Ecce ego habeo et
apud me sunt. Cui illa respondit. Bene-
dictus filius meus domino. Reddidit ergo
eos matri sue. Que dixerat ei. Con-
secravi et vovi argentum hoc domino
ut de manu suscipiat mea filius
meus et faciat sculptile atque con-
flatile. Et nunc trado tibi illud.
Reddidit ergo matri sue. Que tulit
ducentos argenteos et dedit eos ar-
gentario ut faceret ex eis sculptile
atque conflatile quod fuit in domo
miche. Qui edicula quoque in ea deo
separavit et fecit ephod atque the-
raphim id est vestem sacerdotalem et
ydola. Implevitque unius filiorum
suorum manum et factus est ei sacerdos.
In diebus illis non erat rex in israel
sed unusquisque quod sibi rectum videbatur
hoc faciebat. Fuit quoque alter eodem tempore alius
adolescens de bethlehem iuda de cog-
natione eius. eratque ipse levites et habita-
bat ibi. Egressusque de civitate bethle-
hem peregrinari voluit ubicumque sibi
commodum repperisset. Cumque venisset in
monte effraym iter faciens et decli-
nasset parumper in domum miche. In-
terrogatus est ab eo unde venis. Qui
respondit. Levita sum de bethlehem iuda
et vado ut habitem ubi potuero et
utile michi perspexero. Mane inquit
michas apud me et esto mihi pa-
rens ac sacerdos. Daboque tibi per
annos singulos x argenteos ac
vestem duplicem et que ad victum sunt

nātā Acquieuit ꝛ mansit apud hoīez
ffuitq illi q̄si vnus de filijs Impleuit
q micha manu eius ꝛ habuit pu-
eru sacerdote apud se dicēs Nunc
scio q bn̄ faciat m̄ dn̄s deus habe-
ti leuitici gn̄is sacerdote Cap xviij

IN diebus illis nō erat rex
in isrl Et tribus dan querebat
possessione sibi ut habitaret i ea vsq
ad illu diē nō n̄ cetās tribus sorte
nō acceperat Miserunt g̊ filij dan
stirpis sue et familie quinq viros
fortissimos de saraa et esthaol
ut explorarent terra ꝛ diligenter
inspicerent Dixeruntq eis Ite ꝛ co-
siderate tra̅ Qui cu pgentes ve-
nissent i mōte ephraym ꝛ intrassent
domu miche requieuerunt ibi ꝛ ag-
noscētes vocē adolescētis leuite
Vtentesq illius diuersorio dixerunt
ei Quis te huc adduxit
Quid hic agis Quā ob causam
huc venire voluisti Qui rn̄dit eis
Hec et hec prestitit michi michas
et me mercede conduxit ut sim ei
sacerdos Rogaueruntq eu ut cōsu-
leret dn̄m et scire possent an psp̄o
itinere pergerent et res haberet effectum
Qui rn̄dit eis Ite cu pace Dn̄s
respicit via vr̄am et iter q̊ pgitis
Euntes itaq v viri venerunt lays
Videruntq p̄p̄lm habitante i ea absq
vllo timore iuxta sidoniorum cōsuetu-
dine securu et quietu nullo eis pe-
nitus resistente magnarumq opu
et procul a sidone atq a cunctis hoībus
separatu Reuersiq ad fratres suos in
saraa et esthaol ꝛ quid egissent
sciscitantibus responderunt Surgite et

ascendamus ad eos Vidimus eni tra̅
valde opulentam et vberem Nolite ne-
gligere nolite cessare Eamus ꝛ possi-
deamus ea Nullus erit labor Intra-
bimus ad securos i regione latissi-
ma tradetq vobis dn̄s locu i quo
nullius rei e penuria eorum que gig-
nuntur in terra Profecti igitur sunt de cog-
natione dan i de saraa et esthaol sex-
centi viri accincti armis bellicis as-
cendentesq manserunt in cariathiarim
iude Qui locus ex eo tpe castrorum
dan nomē accepit et ē post tergu
cariathiarim Inde transierunt i mo-
te ephraym Cumq venissent ad domu
miche Dixerunt quinq viri qui prius
missi fuerant ad considerandam tra̅
lays ceteris fratribus suis Nostis q
in domibus istis sit ephod ꝛ thera-
phim et sculptile atq conflatile
Videte quid vobis placeat Et cum
paululum declinassent ingressi sunt
domu adolescentis leuite q̊ erat in
domo miche Salutaueruntq eu verbis
pacificis Sexcenti aūt viri ita ut erant
armati stabant an ostiu At illi qui
ingressi fuerant domu iuuenis scul-
ptile et ephod et theraphim atq
conflatile tollere nitebantur Et sacer-
dos stabat an ostiu sexcentis viris
fortissimis haut procul expectantibus
Tulerunt igitur qui intrauerant sculptile
ephod ydola atq conflatile Quibus
dixit sacerdos Quid facitis Qui
responderunt Tace et pone digitum sup
os tuum Venique nobiscum ut habeamus
te patrem et sacerdotem Quid tibi i domo
melius ē ut sis sacerdos vnius viri
an in vna tribu ꝛ familia in isrl

Quod cum audisset acquievit ser-
monibus eorum et tulit ephod et ydo-
la ac sculptile et cum eis profectus
est. Qui cum pergerent et ante se ire
fecissent parvulos et iumenta et
omne quod erat preciosum. Iamque a domo
miche essent procul. Viri qui habi-
tabant in edibus miche conclaman-
tes secuti sunt. Et post tergum cla-
mare ceperunt. Qui cum respexis-
sent dixerunt ad micham. Quid ti-
bi vis. Cur clamas. Qui respondit
Deos meos quos mihi feci tulistis
et sacerdotem et omnia que habeo
Et dicitis. Quid tibi est. Dixeruntque
ei filii dan. Cave ne ultra loquaris
ad nos Et veniant ad te viri ani-
mo concitati et ipse cum omni domo tua peras
Et sic cepto itinere perrexerunt. Videns
que michas quod fortiores se essent re-
versus est in domum suam. Sexcenti
autem viri tulerunt sacerdotem et que
supra diximus. Veneruntque in lachis
ad populum quiescentem atque securum
et percusserunt eos in ore gladii. Ur-
bemque incendio tradiderunt, nullo
penitus ferente subsidium, eo quod procul
habitaret a sydone. Et cum nullis hominum
haberent quicquam societatis ac negocii
Erat autem civitas sita in regione
roob. Quam rursum extruentes ha-
bitaverunt in ea. Vocato nomine civitatis
dan iuxta vocabulum patris sui quem
genuerat israel que prius layis dicebatur.
Posueruntque sibi sculptile et iona-
than filium gersam filii moysi ac
filios eius sacerdotes in tribu dan
usque ad diem captivitatis sue. Mansit-
que apud eos ydolum miche omni tempore
quo fuit domus dei in sylo. In diebus
illis non erat rex in israel.

Cap XIX

Fuit vir quidam levites habitans
in latere montis ephraim qui acce-
pit uxorem de bethleem iuda. Que
reliquit eum et reversa est in domum patris
sui in bethleem. Mansitque apud eum
iiiior mensibus. Secutusque est eam vir
suus. Volens reconciliari ei atque bla-
diri et secum reducere habens in comita-
tu puerum et duos asinos. Que suscepit
eum et introduxit eum in domum patris sui.
Quod cum audisset socer eius. Eumque vi-
disset occurrit ei letus et amplexatus
est eum. Mansitque gener in domo soce-
ri tribus diebus comedens et bibens cum eo
familiariter. Die autem quarto de nocte
consurgens proficisci voluit. Quem te-
nuit socer et ait ad eum. Gusta prius
pauxillum panis et confortato sto-
macho sic proficisceris. Sederuntque simul
et comederunt ac biberunt. Dixitque
pater puelle ad generum suum. Queso te
ut hodie hic maneas pariterque letemur.
At ille consurgens cepit velle proficisci
et nichilominus obnixe eum socer tenuit
et apud se fecit manere. Mane autem
facto parabat levites iter. Cui socer
rursum. Oro te inquit ut paululum
cibi capias. Et assumptis viribus
donec increscat dies postea proficis-
ceris. Comederunt ergo simul. Surrexitque
adolescens ut pergeret cum uxore sua
et puero. Cui rursum locutus est socer
Considera quod dies ad occasum decli-
vior sit et propinquet ad vesperam.
Mane apud me etiam hodie et duc letum

diem et eras proficisceris ut vadas
in domum tuam. Noluit gener acquiescere
sermonibus eius sed statim perrexit et venit
contra iebus que altero nomine vocabatur
ierusalem. ducens secum duos asinos onu-
stos et concubinam. Iamque aderant iux-
ta iebus et dies mutabatur in noctem.
Dixitque puer ad dominum suum Veni ob-
secro declinemus ad urbem iebuseorum
et maneamus in ea. Cui respondit
dominus Non ingrediar oppidum gentis
aliene que non est de filiis israel. Sed
transibo usque gabaa et cum illuc perve-
nero manebo in ea aut certe in urbe
rama. Transierunt igitur iebus et
ceptum carpebant iter. Occubuitque
eis sol iuxta gabaa que est in tribu be-
niamin. Diverteruntque ad eam ut ma-
nerent ibi. Quo cum intrassent sede-
bant in platea civitatis et nullus
eos recipere voluit hospicio. Et ecce
apparuit homo senex revertens de agro
et de opere suo vespere qui et ipse erat
de monte effraym et peregrinus habita-
bat in gabaa. Homines autem regionis
illius erant filii gemini. Elevatisque
oculis vidit senex sedentem hominem
cum sarcinulis suis in platea civitatis
et dixit ad eum. Unde venis et quo
vadis. Qui respondit ei Profecti sumus
de bethleem iuda et pergimus ad lo-
cum nostrum qui est in latere montis effraym
unde ieramus bethleem et nunc va-
dimus ad domum dei. Nullusque sub
tectum suum nos voluit recipere
habentes paleas et fenum in asinorum
pabulum et panem ac vinum in meos
et ancille tue usus et pueri qui me-
cum est. Nulla re indigemus nisi hospicio.
Cui respondit senex Pax tecum sit.
Ego prebebo omnia que necessaria sunt tantum
queso ne in platea maneas. Intro-
duxitque eum in domum suam et pabulum
asinis prebuit. At postquam laverunt
pedes suos recepit eos in convivium.
Illis epulantibus et post laborem
itineris cibo et potu reficientibus cor-
pora venerunt viri civitatis illius
filii belial id est absque iugo et circumdan-
tes domum senis pulsare fores ce-
perunt clamantes ad dominum domus atque
dicentes Educ virum qui ingressus est
domum tuam ut abutamur eo. Egressusque
est ad eos senex et ait Nolite
fratres nolite facere malum hoc quia
ingressus est homo hospicium meum et
cessate ab hac stulticia. Habeo
filiam virginem et hic homo habet concu-
binam. Educam eas ad vos ut humi-
lietis eas et vestram libidinem comple-
atis tantum obsecro ne scelus hoc contra
naturam operemini in virum. Nolebat ac-
quiescere sermonibus eius. Quod cernens
homo duxit ad eos concubinam suam
et eis tradidit illudendam. Qua cum
tota nocte abusi essent dimiserunt
eam mane. At mulier recedentibus tene-
bris venit ad ostium domus ubi ma-
nebat dominus suus et ibi corruit
Mane autem facto surrexit homo
et aperuit ostium ut ceptam compleret
viam. Et ecce concubina eius iacebat
ante ostium sparsis in limine manibus.
Cui ille putans eam quiescere loquebatur
Surge ut ambulemus. Qua nil
respondente intelligens quod erat mortua.

tulit eam et imposuit asino Reversusque
est in domum suam Quam cum esset
ingressus arripuit gladium et ca-
daver uxoris cum ossibus in xii par-
tes ac frusta concidens misit in om-
nes terminos israel Quod cum vidissent singuli
conclamabant Numquam res talis facta
est in israel ex eo die quo ascen-
derunt patres nostri de egipto usque in
presens tempus Ferte sententiam et in co-
mune decernite quid facto opus sit

Egressi sunt itaque Capitulum xx
omnes filii israel et pariter congre-
gati quasi vir unus de dan usque
bersabee et terra galaad ad dominum
in masphath omnesque anguli populorum
et cuncte tribus israel in ecclesiam populi
dei convenere quadringen-
ta milia peditum pugnatorum Nec
latuit filios beniamin quod ascendis-
sent filii israel in masphat Interro-
gatusque levita maritus mulieris interfe-
cte quomodo tantum scelus perpetratum
esset Respondit Veni in gabaa benia-
min cum uxore mea illucque diverti
Et ecce homines civitatis illius circum-
dederunt nocte domum in qua mane-
bam volentes me occidere et uxorem meam
incredibili furore libidinis vexantes
Denique mortua est Quam arreptam
in frusta concidi misique partes in omnes
terminos possessionis vestre quia numquam tantum
nephas et tam grande piaculum
factum est in israel Adestis omnes filii israel
Decernite quid facere debeatis Stansque
omnis populus quasi unius hominis sermone respondit
Non recedemus in tabernacula nostra
nec suam quisque intrabit domum sed

hoc contra gabaa in commune faciemus
Decem viri eligantur centum ex omnibus
tribubus israel et centum de mille et
mille de decem milibus ut compor-
tent exercitui cibaria et possimus pug-
nantes contra gabaa beniamin reddere
ei pro scelere quod meretur Convenitque
universus israel ad civitatem quasi unus homo
eadem mente unoque consilio et mi-
serunt nuncios ad omnem tribum
beniamin qui dicerent Cur tantum
nephas in vobis repertum est Tradite
homines de gabaa qui hoc flagicium
perpetrarunt ut moriantur et auferatur
malum de israel Qui noluerunt fratrum
suorum filiorum israel audire mandatum
Sed ex cunctis urbibus que erant
partis sue convenerunt in gabaa ut
illis ferrent auxilium et contra uni-
versum populum israel dimicarent Inventique
sunt xxv milia de beniamin edu-
centium gladium preter habitatores gabaa
qui septingenti erant viri fortissimi
ita sinistra ut dextera proeliantes et
sic fundis lapides ad certum iaci-
entes ut capillum quoque possent percutere
et ut nequaquam in partem alteram ictus
deferretur lapidis Virorum quoque israel
absque filiis beniamin inventa sunt quadringenta
milia educentium gladium et paratorum
ad pugnam Qui surgentes venerunt
in domum dei hoc est in silo Consulu-
eruntque eum atque dixerunt Quis erit
in exercitu nostro princeps certaminis
contra filios beniamin Quibus respondit
dominus Iudas sit dux vester Statimque filii
israel surgentes mane castrametati

sunt iuxta gabaa. Et inde procedentes
ad pugnam contra beniamin urbem
obpugnandam aperuerunt. Egressique filii
beniamin de gabaa occiderunt de filiis
israel die illo xxii milia virorum. Rursum-
que filii israel et fortitudine et numero con-
fidentes in eodem loco in quo prius cer-
taverunt aciem direxerunt. Ita tamen
ut prius ascenderent et flerent coram
domino usque ad noctem consulerentque
eum atque dicerent. Debeo ultra ad di-
micandum procedere contra filios beniamin
fratres meos an non. Quibus ille respondit
Ascendite ad eos et inite certamen
Cumque filii israel altero die contra benia-
min ad prelium processissent. Erupue-
runt filii beniamin de portis gabaa
et occurrentes eis tanta in eos cede
bacchati sunt ut xviii milia virorum
educentium gladium prosternerent. Quam-
obrem omnes filii israel venerunt in
domum dei et sedentes flebant coram
domino. Ieiunaveruntque die illo usque
ad vesperam et obtulerunt ei holo-
caustomata et pacificas victimas
Et super statu suo interrogaverunt
eum. Eo tempore erat ibi archa federis
domini et finees filius eleazari filii a-
aron prepositus domus. Consuluerunt
igitur dominum atque dixerunt. Exire ultra
debemus ad pugnam contra beniamin
fratres meos an quiescere. Quibus
ait dominus. Ascendite. Cras enim tra-
dam eos in manus vestras. Posuerunt-
que filii israel insidias per circuitum ur-
bis gabaa et tercia vice sicut semel
et bis contra beniamin exercitum produxerunt

Sed et filii beniamin audacter e-
rupuerunt de civitate et fugientes
adversarios longius persecuti sunt ita
ut vulnerarent ex eis sicut primo et
secundo die et cederent per duas se-
mitas vertentes terga quarum una
ferebatur in bethel altera in gabaa
atque prosternerent xxx circiter viros. Pu-
taverunt enim solito eos more cedere
Qui fugam arte simulantes inierunt
consilium ut abstraherent eos de ci-
vitate et quasi fugientes ad supradictas
semitas perducerent. Omnes itaque
filii israel surgentes de sedibus suis
tetenderunt aciem in loco qui voca-
batur baalthamar. Insidie quoque
que circa urbem erant paulatim
se aperire ceperunt et ab occidentali
urbis parte procedere. Sed et alia x
milia virorum de universo israel habi-
tatores urbis ad certamina provo-
cabant. Ingravatumque est bellum contra
filios beniamin et non intellexe-
runt quod ex omni parte illis instaret
interitus. Percussitque eos dominus in
conspectu filiorum israel et interfecerunt
ex illis in illo die xxv milia et
centum viros omnes bellatores et
educentes gladium. Filii autem beniamin
cum se inferiores esse vidissent cepe-
runt fugere. Quod cernentes filii israel
dederunt eis ad fugiendum locum ut ad
preparatas insidias devenirent quas
iuxta urbem posuerant. Qui cum re-
pente de latibulis surrexissent
et beniamin terga cedentibus daret
Ingressi sunt civitatem et percusserunt

ca in ore gladii. Signum autem dede-
rat filii israel hiis quos in insidiis
collocauerat ut postquam urbem ce-
pissent ignem accenderent. Ut ascen-
dente in altum fumo captam urbem
demonstrarent. Quod cum cernerent
filii israel in ipso certamine positi.
Putauerunt enim filii beniamin eos
fugere et instancius sequebantur. Cesis
de exercitu eorum xxx viris. Et viderent
quasi columpnam fumi de ciuitate conscen-
dere. Beniamin quoque retro aspiciens cum
captam cerneret ciuitatem et flammas
in sublime ferri. qui prius simulaue-
rat fugam versa facie forcius resis-
tebat. Quod cum vidissent filii benia-
min in fugam conuersi sunt et ad viam deser-
ti ire ceperunt. Illuc quoque eos aduersa-
riis persequentibus. Sed et hii qui
urbem succenderant occurrerunt eis.
Itaque ita factum est ut ex utraque parte
ab hostibus cederentur. Nec erat ulla
morientium requies. Ceciderunt que
atque prostrati sunt ad orientalem plagam
urbis gabaa. Fuerunt autem qui in eodem
loco interfecti sunt xviii milia virorum
omnes robustissimi bellatores. Quod cum
tu vidissent qui remanserant de ben-
iamin fugierunt in solitudinem et per-
gebant ad petram cuius vocabulum est
remmon. In illa quoque fuga palantes
et in diuersa loca tendentes occiderunt
v milia virorum. Et cum ultra tenderent
persecuti sunt eos et interfecerunt etiam
alia milia duo. Et sic factum est ut
omnes qui ceciderant de beniamin in
diuersis locis essent xxv milia pu-
gnatorum et ad bella promptissimi.

Remanserunt itaque de omni numero be-
niamin qui euadere potuerant et fuge-
re in solitudinem sexcenti viri. Sederunt-
que in petra remon mensibus iiii. Re-
gressi autem filii israel omnes reliquias
ciuitatis a viris usque ad iumenta
gladio percusserunt. Cunctasque urbes
et viculos beniamin vorax flam-
ma penitus consumpsit. Ca. xxi

Iurauerunt quoque filii israel in masphat
et dixerunt. Nullus nostrum dabit
filiis beniamin de filiabus suis uxorem.
Veneruntque omnes ad domum dei in
sylo et in conspectu eius sedentes
usque ad vesperam. Leuauerunt vocem et
magno ululatu ceperunt flere dicen-
tes. Quare domine deus israel factum est
hoc malum in populo tuo ut hodie una
tribus auferretur ex nobis. Altera
autem die diluculo consurgentes construx-
erunt altare obtuleruntque ibi holo-
causta et pacificas victimas et dix-
erunt. Quis non ascendit in exercitu
domini de uniuersis tribubus israel. Gran-
di enim iuramento se constrinxerant cum
essent in masphat interfici eos qui
defuissent. Ductique penitencia filii israel
super fratre suo beniamin ceperunt dicere.
Ablata est una tribus de israel. Unde
uxores accipient. Omnes enim in commune
iurauimus non daturos nos hiis
filias nostras. Idcirco dixerunt. Quis est
de uniuersis tribubus israel qui non ascen-
dit ad dominum in masphat. Et ecce
inuenti sunt habitatores iabes gala-
ad in illo exercitu non fuisse. Eo quo-
que tempore cum essent in sylo nullus ex eis
ibi repertus est. Miserunt itaque x mi-
lia virorum fortissimos et preceperunt eis

Ite et percutite habitatores Jabes ga
laad in ore gladii tam uxores quam et
paruulos eorum. Et hoc erit quod obserua
re debetis. Omne generis masculini
et mulieres que cognouerunt viros
interficite. Virgines autem reseruate. In
ueneruntque de Jabes galaad cccc
virgines que nescierunt viri thorum et
adduxerunt eas ad castra in silo
in terra chanaan. Miseruntque nuncios
ad filios beniamin qui erant in petra
remmon et preceperunt eis ut eas in
pace susciperent. Veneruntque filii be
niamin in illo tempore et date sunt eis
uxores de filiabus Jabes galaad.
Alias autem non repererunt quas simili
modo traderent. Uniuersus autem israel val
de doluit et egit penitentiam super interfec
tione unius tribus ex israel. Dixerunt
que maiores natu. Quid faciemus
reliquis qui non acceperunt uxores.
Omnes in beniamin femine conci
derunt et magna nobis cura inge
tique studio prouidendum est ne una tri
bus deleatur ex israel. Filias nostras
eis dare non possumus constricti iura
mento et maledictione qua diximus. Male
dictus qui dederit de filiabus suis beni
amin uxorem. Ceperuntque consilium atque
dixerunt. Ecce sollempnitas domini
est in silo anniuersaria que sita est ad sep
tentrionalem urbis bethel et ad ori
entalem plagam vie que de bethel
tendit ad sichima et ad meridiem
oppidi lebna. Preceperuntque filiis
beniamin atque dixerunt. Ite et lati
tate in uineis. Cumque videritis fili
as silo ad ducendos choros ex
more procedere. Exite repente de vi
neis et rapite eas singuli uxores
singulas et pergite in terram beniamin.
Cumque venerint patres earum ac fratres
aduersum vos querere atque iurgari
dicemus eis. Miseremini eorum. Non enim
rapuerunt eas iure bellantium atque
victorum sed rogantibus ut acciperent
non dedistis et a uestra parte peccatum
est. Feceruntque filii beniamin ut eis
fuerat imperatum. Et iuxta numerum suum
rapuerunt sibi de his que duce
bant choros uxores singulas. Abi
eruntque in possessionem suam edifican
tes urbes et habitantes in eis. Filii
quoque israel reuersi sunt per tribus et familias
in tabernacula sua. In diebus illis non
erat rex in israel. Sed unusquisque quod
sibi rectum videbatur hoc faciebat.

Explicit iudicum Incipit liber Ruth

In diebus unius iudicis quando
iudices preerant filiis israel
facta est fames in terra. Abiit
ergo homo de bethleem iuda ut pe
regrinaretur in regione moabi
tide cum uxore sua ac duobus
liberis. Ipse vocabatur Elyme
lech et uxor eius Noemi

et duo filii alter maalon et alter
chelion ephratei de bethlehem iuda
Ingressique regionem moabitidem
morabantur ibi Et mortuus est eli-
melech maritus noemi remansitque
ipsa cum filiis Qui acceperunt uxores
moabitidas quarum una vocabatur
orpha altera vero ruth Manseruntque
decem annis ibi Et ambo mortui sunt
maalon videlicet et chelion remansitque
mulier orbata duobus liberis ac marito
Et surrexit ut in patriam pergeret cum
utraque nuru sua de regione moa-
bitide Audierat enim quod respexisset
dominus populum suum et dedisset eis escas
Egressa est itaque de loco peregrinationis
sue cum utraque nuru sua Et iam in via
revertendi posita in terram iuda dixit
ad eas Ite in domum matris vestre faci-
at vobiscum dominus misericordiam sicut fecistis
cum mortuis et mecum Det vobis invenire
requiem in domibus virorum quos sorti-
turi estis Et osculata est eas Que e-
levata voce flere ceperunt et dicere Tecum
pergemus ad populum tuum Quibus illa respondit
Revertimini filie mee cur venitis mecum
Non ultra habeo filios in utero meo ut
viros ex me sperare possitis Revertimini
filie moabitide Iam enim senectute
confecta sum nec apta vinculo coniuga-
li Etiam si possem hac nocte concipere
et parere filios si eos expectare velitis
donec crescant et annos impleant puber-
tatis ante eritis vetule quam nubatis
Nolite queso filie mee hoc facere quia
vestra angustia me magis premit et
egressa est manus domini contra me Eleva-
ta igitur voce flere ceperunt Orpha os-
culata est socrum ac reversa est Ruth ad-
hesit socrui sue Cui dixit Noe-
mi En reversa est cognata tua ad populum
suum et ad deos suos et tu vade cum ea
Que respondit Ne adverseris mihi ut relin-
quam te et abeam quocumque perrexeris
pergam et ubi morata fueris et ego pariter
morabor populus tuus populus meus et deus tuus
deus meus Que te terra morientem susce-
perit in ea moriar ibique accipiam se-
pulture locum Hec mihi faciat deus et
hec addat si non sola mors me et
te separaverit Videns ergo noemi quod obsti-
nato ruth animo decrevisset secum pergere
adversari noluit nec ultra ad suos
reditum persuadere Profecteque sunt simul
et venerunt in bethleem Quibus
urbem ingressis velox apud cunctos
fama percrebuit Dicebantque mulieres
Hec est illa noemi Quibus illa ait
Ne vocetis me noemi id est pulchram
sed vocate me mara hoc est amaram
quia valde amaritudine replevit me
omnipotens Egressa sum plena et vacua re-
duxit me dominus Cur igitur vocatis me
noemi quam dominus humiliavit et afflixit
omnipotens Venit ergo noemi cum ruth mo-
abitide nuru sua de terra peregrinationis
sue ac reversa est in bethleem quando
primum hordea metebantur Capitulum 2m

Erat autem vir elimelech con-
sanguineus homo potens et mag-
narum opum nomine booz Dixitque ruth
moabitis ad socrum suam Si iubes va-
dam in agrum et colligam spicas que
fugerint manus metentium ubicum-
que clementis in me patrisfamilias reppe-
rero gratiam Cui illa respondit Vade filia mi
Abiit itaque et colligebat spicas post
terga metentium Accidit autem ut agrum

ille habebat dominum nomine booz qui erat de
cognatione elimelech Et ecce ipse
veniebat de bethleem Dixitque mes-
soribus dominus vobiscum Qui responderunt
ei Benedicat tibi dominus Dixitque booz
iuveni qui messoribus preerat Cuius est
hec puella Cui respondit Hec est moabi-
tis que venit cum noemi de regione moa-
bitide et rogavit ut spicas colligeret
remanentes sequens messorum vesti-
gia et de mane usque nunc stat in agro
et ne ad momentum quidem domum re-
versa est Et ait booz ad ruth Audi
filia Ne vadas in agrum alterum ad col-
ligendum nec recedas ab hoc loco Sed
iungere puellis meis Et ubi messue-
rint sequere Mandavi enim pueris meis
ut nemo molestus sit tibi Sed si etiam
sitieris Vade ad sarcinulas et bibe
aquas de quibus et pueri mei bibunt
Que cadens in faciem suam et adorans
super terram Dixit ad eum Unde mihi hoc
ut invenirem gratiam ante oculos tuos
et nosse me dignareris peregrinam mu-
lierem Cui ille respondit Nunciata sunt
mihi omnia que feceris socrui tue post mor-
tem viri tui et quod reliqueris parentes
tuos et terram in qua nata es et veneris
ad populum quem antea nesciebas Red-
dat tibi dominus pro opere tuo et plenam mer-
cedem recipias a domino deo israel ad quem
venisti et sub cuius confugisti alas Que
ait Inveni gratiam in oculis tuis do-
mine qui consolatus es me et locutus es
ad cor ancille tue que non sum similis unius
puellarum tuarum Dixitque ad eam booz
Quando hora vescendi fuerit veni huc et
comede panem et intinge buccellam
tuam in aceto Sedit itaque ad mes-
sorum latus et congessit polentam sibi

Comeditque et saturata est et tulit reli-
quias atque inde surrexit ut spicas
ex more colligeret Precepit autem booz
pueris suis dicens Etiam si vobiscum me-
tere voluerit ne prohibeatis eam et de
vestris quoque manipulis proicite de industria
et remanere permittite ut absque rubore
colligat et colligentem nemo corripiat
Collegit ergo in agro usque ad vesperam
et que collegerat virga cedens et excu-
tiens invenit ordei quasi ephi mensuram id est
tres modios Quos portans reversa est
in civitatem Et ostendit socrui sue
Insuper protulit et dedit ei reliquias
cibi sui quo saturata fuerat Dixitque
socrus Ubi hodie collegisti Et ubi
fecisti opus Sit benedictus qui misertus
est tui Indicavitque ei apud quem esset
operata et nomen dixit viri quod booz vo-
caretur Cui respondit noemi Benedictus
sit a domino quoniam eandem gratiam quam prebu-
erat vivis servavit et mortuis Rur-
susque ait Propinquus noster est homo id est Et
Ruth Hoc inquit precepit mihi ut tam
diu messoribus eius iungerer donec
omnes segetes meterentur Cui dixit
socrus Melius est filia mi ut cum pu-
ellis eius exeas ad metendum ne
in alieno agro quispiam resistat tibi
Iuncta est itaque puellis booz et tam diu
cum eis messuit donec ordea et triti-
cum in horreis conderentur Capitulum tertium
Postquam autem reversa est ad socrum suam
audivit ab ea Filia mi Ego
queram tibi requiem et providebo ut
bene sit tibi Booz iste cuius puellis
in agro iuncta es propinquus noster est
Et in hac nocte aream ordei ven-
tilat Lava igitur et ungere et indue

cultoribus vestimentis ac descende
in aream Non te videat homo donec esum
potumque finierit Quando autem ierit ad dor-
miendum Nota locum in quo dormiat
Veniesque et discooperies pallium quo
operitur a parte pedum et proicies te et ibi
iacebis Ipse autem dicet tibi quid agere
debeas Que respondit Quicquid preceperis
faciam Descenditque in aream et fecit
omnia que sibi preceperat socrus Cum-
que comedisset booz et bibisset et factus
esset hilarior issetque ad dormiendum
iuxta acervum manipulorum Venit absco-
dite et discooperto pallio a pedibus eius
se proiecit Et ecce nocte iam ~~nocte~~
media expavit homo et conturbatus
est Viditque mulierem iacentem ad pedes
suos Et ait illi Que es Illaque re-
spondit Ego sum ruth ancilla tua Expande
pallium tuum super famulam tuam quia
propinquus es Et ille Benedicta inquit
es a domino filia et priorem misericordiam poste-
riore superasti quia non es secuta
iuvenes pauperes sive divites No-
li ergo metuere Sed quicquid dixeris
mihi faciam tibi Scit enim omnis populus qui
habitat intra portas urbis mee mulierem
te esse virtutis Nec abnuo me propinquum
Sed est alius me propinquior Quiesce
hac nocte Et facto mane si te voluerit
iure propinquitatis retinere bene res acta
est Sin autem ille noluerit ego te absque
ulla dubitatione suscipiam Vivit dominus
Dormi usque mane Dormivit itaque
ad pedes eius usque ad noctis abscessum
Surrexit itaque antequam homines se
cognoscerent mutuo Et dixit booz
Cave ne quis noverit quod huc veneris
et rursum Expande inquit palliolum
tuum quo operiris et tene utraque manu
Qua extendente et tenente mensus
est sex modios ordei et posuit super
eam Que portans ingressa est civitatem
et venit ad socrum suam Que dixit ei
Quid egisti filia Narravitque ei omnia
que sibi fecisset homo et ait Ecce sex
modios ordei dedit mihi et ait Nolo
vacuam te redire ad socrum tuam Dixitque
Noemi Expecta filia donec videamus
quem res exitum habeat Neque
enim cessabit homo nisi compleve-
rit que locutus est / Capitulum IIII

Ascendit ergo booz ad portam
et sedit ibi Cumque vidisset
propinquum pretereuntem de quo prius sermo
habitus est Dixit ad eum Declina
paulisper et sede hic Vocans eum nomine
suo Qui divertit et sedit Tollens
autem booz decem viros de senioribus civitatis
dixit ad eos Sedete hic Quibus
residentibus Locutus est ad propinquum
Partem agri fratris nostri elimelech
vendit noemi que reversa est de regione
moabitide / quod audire te volui et
dicere tibi coram cunctis sedentibus et ma-
ioribus natu de populo meo Si vis pos-
sidere agrum iure propinquitatis / Eme et
posside Sin autem tibi displicet hoc
ipsum indica mihi ut sciam quid facere
debeam Nullus enim est propinquus ex-
cepto te qui prior es et me qui secundus
sum At ille respondit Ego agrum ema
Cui dixit booz Quando emeris agrum
de manu mulieris Ruth quoque moabiti-
dem que uxor defuncti fuit debes ac-
cipere ut suscites nomen propinqui tui in
hereditate sua Qui respondit Cedo
iure propinquitatis Neque enim posteritatem

familie mee deleo de boo. Tu meo u-
tere privilegio quo me carere libenter
confiteor. Hic autem erat mos antiquus
in israel inter propinquos. Ut si quando alter
alteri suo iure cedebat ut esset fir-
ma concessio, solvebat homo calcia-tum
suum et dabat proximo suo. Hoc erat
testimonium cessionis in israel. Dixit ergo
proximo suo booz. Tolle calciamentum.
Quod statim solvit de pede suo. At
ille maioribus natu et universo populo.
Testes vos inquit estis hodie quod pos-
sederim omnia que fuerunt Elimelech
et Chelion et Maalon tradente noe-
mi et ruth moabitidem uxorem ma-
alon in coniugium sumpserim ut suscitem
nomen defuncti in hereditate sua ne vo-
cabulum eius de familia sua ac fra-
tribus et populo deleatur. Vos inquam huius
rei testes estis. Respondit omnis populus qui in
porta erat et maiores natu. Nos tes-
tes sumus. Faciat dominus hanc mulierem
que ingreditur in domum tuam sicut
rachel et liam que edificaverunt
domum israel ut sit exemplum virtutis in effra-
tha et habeat celebre nomen in bethleem
fiatque domus tua sicut domus pha-
res quem thamar genuit iude de semine
quod dederit dominus tibi ex hac puella.
Tulit itaque booz ruth et accepit eam
uxorem. Ingressusque est ad eam et dedit
illi dominus ut conciperet et pareret filium.
Dixeruntque mulieres ad Noemi.
Benedictus dominus qui non est passus ut
deficeret successor familie tue et voca-
retur nomen eius in israel. Et habeas
qui consoletur animam tuam et enutriat
senectutem. De nuru enim tua na-
tus est que te diligit et multo tibi
melior est quam si septem haberes filios.

Susceptumque noemi puerum posuit
in sinu suo et nutricis ac gerule
officio fungebatur. Vicine autem mulie-
res congratulantes ei dicebant. Natus
est filius noemi. Vocaveruntque nomen
eius obeth. Hic est pater ysai patris da-
uid. Hee sunt generationes phares. Pha-
res genuit esrom. Esrom genuit aram.
Aram genuit aminadab. Amina-
dab genuit naason. Naason genuit sal-
mon. Salmon genuit booz. Booz genuit
obeth. Obeth genuit ysay. Ysai genuit
dauid regem. Dauid genuit salomonem et cetera.

Explicit liber Ruth. Sequitur
prologus in libros regum.

Viginti et duas esse litteras apud
hebreos syrorum quoque lingua
et chaldeorum testatur que hebree mag-
na ex parte confinis est. Nam et ipsi
viginti duo elementa habent eodem sono di-
uersis caracteribus. Samarita-
ni etiam pentateucum moysi to-
tidem litteris scriptitant figuris tan-
tum et apicibus discrepantes. Cer-
tumque est esdram scribam legisque doc-
torem post captam ierusalem et in-
staurationem templi sub zoroba-
bel alias litteras repperisse quibus
nunc utimur cum ad illud usque tempus
idem samaritanorum et hebreorum ca-
racteres fuerint. In libro quoque numero-
rum hec eadem supputatio sub levitarum
ac sacerdotum censu mistice osten-
ditur et nomen domini tetragramma-
ton in quibusdam grecis voluminibus
usque hodie antiquis expressum litteris
invenimus. Sed et psalmi tricesimus
sextus et centesimus decimus et cente-
simus undecimus et centesimus decimus octavus.

cetesi9 plim9 quaq diuiso scribat
metro / ty euisd mu tepus al
phabeto / Et Jeremie lamentaciones
et oro eius / Salomonis q i fie
puba ab eo loco in quo ait / Mu
lierem forte quis inueniet eisdem
alphabetis ul incisioib supputan-
tur / Porro quinq litre duplices
apud hebreos sut / Caph / Mem / Nu-
phe / Sade / Aliter enim scribuntur
p has principia medietates q
voz / Aliter fines / Vn z quinq a ple-
risq libri duplices estimantur / Sa-
muel / Malachim / Dabreyamim /
Esdras / Jeremias cu Cynoth i la-
metacoibus suis / Quo igit xxij
elementa sut p que scribimus he-
braice ome quod loqm z corp ini-
tijs / vox humana comphenditur /
ita xxij volumia supputatr / quibs
quasi litris et exordijs in dei doct-
na tenera adhuc lactes viri iusti
erudit infancia / Primus apud eos
liber vocatr bresith / que nos ge-
nesim dicimus / Secudus hellesmoth
q exodus appellatr / Tercius vaye-
thra i leuiticus / Quartus vage-
daber que numi vocamus / Quintus a-
dabarim deutronomiu pnotatur
Hij sut quinq libri moisi quos phe
toratha i lege appellat / Secudum
phetaz ordinem faciut z incipiunt
ab Jhesu filio naue q apud illos
Josue benun dr / Deinde subtexe-
sophtim i Judicu librum z i eunde
copigut Ruth quia in diebs Judi-
cu fca eius narratr historia / Ter-
cius sequitr Samuel que nos reg-
noz primu et scdm dicimus / Quar-
tus Malachim i regu q tercio et
quarto regnoz volume continetr
Meliusq e m(u)lto Malachim i
regu q malachot i regnoz dica-
re / No em multaz gentium regna descri-
bit s(e)d vnius israelitici ppli q tribubs
xij continetur / Quintus e Ysayas /
Sextus Jeremias / Septimus Ezechiel /
Octauus liber xij phetaz q apud
eos vocatr tharcasra / Tercius ordo
agiographa possidet / Et primus liber
incipit a Job / Secudus a dauid que
quinq incisoibus et vno psalmoz
volume comphendut / Tercius salmon
e tres habens libros / puerbia que
illi pabolas i masloth appellat
Quartus ecclesiasten i coeleth
Quintus e cantica canticoz quem
titulo syrasyrim pnotat / Septi-
mus e daniel / Septimus dabreyamin i
vba diez quod significancius cronj-
cam totius diuine historie possumus
appellare / qui libri apud nos palipo-
menon primus et secudus inscribitur
Octauus esdras q et ipe similiter
apud grecos et latinos in duos li-
bros diuisus e / Nonus hester atq
ita fiut pie legis veteris libri vi-
ginti duo i moisi quinq / et phetaz
viij / agiographoz ix / quaq no-
nulli Ruth et Cynoth int agiog-
pha scriptitat z hos libros in suo
putat numero supputados / ac p hoc
esse prisce legis libros xxiiij / quos
sub numero xxiiij seniorum apocalip-
sis iohis inducit adorantes agnu
et coronas suas pstratis vultibus
offerentes / stantibus cora iiij or aialibs
oculatis retro z ante / idest i ptitu
et in futurum respicientibus / z indefessa
voce clamantibus / Scs scs scs dns

deus ops q cad et q est et q venturus
e. hic plogus scriptuarum q̄si galea-
tu principium oib libris quos de he-
breo vtimus in latinu convertere pt
et ut scire valeamus quicquid extra
hos e int apocrifa esse ponendum
Igit sapia q vulgo salomonis inscri-
bit et Jhesu filius syrach liber et
Judith et Thobias et Ester et pas-
tor no sut in canone. Machabeorum
primu libru hebraicum repperi. Secudus
grecus e quod ex ipa frasim pro-
bari pt. Que cu se ita habeat. Ob-
secro te lector ne laborem meu re-
phensione esse estimes antiquorum
In templo dei offert unusquisque
qd pt. Alii aurum et argentum et lapi-
des preciosos. Alii bissum purpuram
et coccum offerut et iacinctum. Nobis-
cu bn agit si obtulerimus pelles et
caprarum pilos. Et tn apostolus contep-
tibiliora nra magis necia iudicat
tabnacli Unde et tota illa tabernaculi pulchritudo
et per singulas species eccle pntis fu-
tureque distinctio pellibus tegitur
et ciliciis. ardoremque solis et iniuria
ymbrium ea que viliora sut phibet
Lege ergo primu Samuelem et malachym
meu meum inquam meum. Quicquid enim crebrius
vertendo et emedando sollicitius
didicimus et tenemus nrm e. Et cu
intellexeris qd antea nesciebas uel
interpretem me estimato si gratus es
ul parafrasten uel historiographum
si ingratus. Quamquam mihi omnino co-
sim scius no sum mutasse me quippiam
de hebraica veritate. Certe si in-
credulus es. Lege grecos codices
et latinos et confer cu his opusculis

que supernuauimus. Et ubicumque
discrepare int se videris. Interroga quem-
libet hebreorum cui magis accomodare
debeas fidem. Et si nra firmaverit pu-
to q eum no estimes esse coiectorem
ut in eodem loco mecum similiter divi-
naret ul deviaverit. Sed et vos fa-
mulas xpi rogo que dni discum-
bentis preciosissima fidei mirra ungi-
tis caput q nequaquam salvatorem
queritis in sepulchro quibus iam ad
patrem xps ascendit. ut contra la-
trantes canes qui adversum me ra-
bido ore deseviunt et circueunt ci-
uitatem atque in eo se doctos arbitran-
tur si aliis detrahant. orationum ves-
trarum clipeos opponatis. Ego sci-
ens humilitatem meam illius semper se-
tencie recordabor. Dixi custodiam
vias meas ut non delinquam in lingua
mea. Posui ori meo custodiam
cum consisteret peccator adversum me. Obmu-
tui et humiliatus sum et silui a bonis &c.

Explicit prologus beati Jeronimi
in libros regum quatuor &c.

Regum

Hic incipit primus liber Regum

Fuit vir / Capitulum j

unus de ramatha in
sophim de monte effra
ym Et nomen eius
Elchana filius Jeo
boam filii Eliud / filii
than / filii suph effra
theus Et habuit duas uxores No
men uni Anna Et nomen secunde phe
nena / Fueruntque phenene filii An
ne autem non erant liberi Et ascendebat
vir ille de civitate sua statutis di
ebus ut adoraret et sacrificaret domino
exercituum in sylo Erant autem ibi duo fi
lii heli / Ophni / et phinees sacer
dotes domini Venit ergo dies et ymo
lavit elchana Deditque phenene
uxori sue et cunctis filiis eius et fili
abus partes Anne autem dedit partem
unam tristis quia anam diligebat
Dominus autem concluserat vulvam eius Af
fligebat quoque eam emula eius et vehe
menter angebat in tantum ut expro
braret quod conclusisset dominus vulvam
eius Sicque faciebat per singulos

annos Cum rediente tempore ascenderet
in templum domini et sic provocabat eam
Porro illa flebat et non capiebat
cibum Dixit ergo ei elchana vir
suus Anna cur fles et quare non
comedis et quamobrem affligitur
cor tuum Numquid non ego melior
sum tibi quam x filii Surrexit autem anna
postquam comederat et biberat in sylo
Et hely sacerdote sedente super
sellam ante postes templi domini Cum
esset anna amaro animo Oravit dominum
largiter flens Et votum vovit dicens
Domine deus exercituum Si respiciens
videris afflictionem famule tue et recor
datus mei fueris nec oblitus ancille
tue / Dederisque serve tue sexum virile
Dabo eum domino omnibus diebus vite eius
Et novacula non ascendet super caput
eius / Factum est autem cum illa multiplica
ret preces coram domino ut heli observa
ret os eius / Porro anna loquebatur
in corde suo / tantumque labia eius
movebantur / et vox penitus non au
diebatur Estimavit ergo eam hely te
mulentam Dixitque ei Usquequo ebria
ris Digere paulisper vinum quo ma
des Respondens anna / hely Nequaquam
inquit domine mi Nam / mulier infelix
mulier ego sum Vinum et omne
quod inebriare potest non bibi Sed effu
di animam meam in conspectu domini Ne re
putes ancillam tuam quasi unam de filia
bus belial Quia ex multitudine
doloris et meroris locuta sum usque
in presens Tunc hely ait ei Vade
in pace et deus israel det tibi peti
tionem quam rogasti eum Et illa dixit
Utinam inveniat ancilla tua graciam

in oculis tuis. Et abijt mulier in
viam suam et comedit et bibit. Vul-
tusque illius non sunt amplius in diversa
mutati. Et surrexerunt mane et ado-
raverunt coram domino. Reversique sunt et
venerunt in domum suam in rama-
tha. Cognovit autem elchana annam
uxorem suam. Et recordatus est eius
dominus. Et factum est post circulum dierum
concepit anna et peperit filium. Vo-
cavitque nomen eius samuel eo quod
postulasset eum a domino. Ascendit
autem vir eius elchana et omnis
domus eius ut ymolaret domino
hostiam sollempnem et votum suum. Et
anna non ascendit. Dixit enim viro
suo. Non vadam donec ablactetur in-
fans et ducam eum ut appareat ante
conspectum domini et maneat ibi iu-
giter. Et ait ei elchana vir suus
Fac quod tibi bonum videtur et mane
donec ablactes eum. Precorque ut dominus
impleat verbum suum. Mansit ergo
mulier et lactavit filium suum donec
amoveret eum a lacte. Et adduxit
eum secum postquam ablactaverat eum
in vitulis tribus et tribus mo-
dijs farine et amphora vini. Et
adduxit eum ad domum domini in sylo.
Puer autem adhuc erat infantulus.
Et ymolaverunt vitulum et obtule-
runt puerum hely. Et ait anna Ob-
secro mi domine vivit anima tua. Ego
sum illa mulier que steti coram te hic
orans dominum pro puero isto. Oravi et
dedit mihi dominus peticionem meam qua
postulavi eum. Idcirco et ego comme-
davi eum domino cunctis diebus vite
quibus fuerit accommodatus domino. Et ado-
raverunt ibi dominum. Et oravit anna et ait

Cap. ij

Exultavit cor meum
in domino et exaltatum est cornu
meum in deo meo. Dilatatum est os meum
super inimicos meos quia letata sum in
salutari tuo. Non est sanctus ut est dominus
neque enim est alius extra te et non
est fortis sicut deus noster. Nolite
multiplicare loqui sublimia gloria-
tes. Recedant vetera de ore vestro quia
deus scienciarum dominus est et ipsi preparantur
cogitationes. Arcus fortium superat-
tus est et infirmi accincti sunt robo-
re. Saturati sunt prius pro panibus se loca-
verunt et famelici saturati sunt. Do-
nec sterilis peperit plurimos et que multos
habebat filios infirmata est. Dominus
mortificat et vivificat deducit
ad inferos et reducit. Dominus pau-
perem facit et ditat humiliat et sub-
limat. Suscitat de pulvere egenum
et de stercore elevat pauperem. Ut
sedeat cum principibus et solium glorie
teneat. Domini sunt cardines terre
et posuit super eos orbem. Pedes sanctorum
suorum servabit et impij in tenebris
conticescent quia non in fortitudine sua
roborabitur vir. Dominum formidabunt
adversarij eius et super ipsos in celis to-
nabit. Dominus iudicabit fines terre
et dabit imperium regi suo et subli-
mabit cornu christi sui. Et abijt el-
chana in ramatha in domum suam.
Puer autem erat minister in conspectu
domini ante faciem heli sacerdotis. Porro
filij hely filij belial nescientes
dominum neque officium sacerdotum ad populum
sed quicumque ymolasset victimam

veiebat puer sacerdotis dum coqueren
tur carnes et habebat fuscinulam
tridentem in manu sua et mittebat
eam in lebetem uel in caldariam aut
in ollam siue in caccabum Et omne quod
leuabat fuscinula tollebat sacer
dos sibi Sicque faciebant vniuerso
israheli venientium in sylo Ante
quam ecciam adolerent adipem veiebat pu
er sacerdotis et dicebat ymmola
ti Da mihi carnem ut coquam sacerdo
ti Non enim accipiam a te carnem coc
tam sed crudam Dicebatque illi ymmo
lans Incendatur primum hodie iuxta
morem adeps et tolle tibi quantumcumque
desiderat anima tua Qui respondens aie
bat ei Nequaquam Nunc enim dabis
alioquin tollam vi Erat ergo peccatum pu
erorum grande nimis coram domino quia detra
hebant homines a sacrificio domini Sa
muel autem ministrabat ante faciem
domini puer accinctus ephod lineo et
tunicam paruam faciebat ei mater sua
quam afferebat statutis diebus
ascendens cum viro suo ut ymmo
laret hostiam sollempnem et votum suum
Et benedixit hely elchane et vxori
eius Dixitque reddat tibi dominus se
men de muliere hac pro fenore quod
commodasti domino Et abierunt in locum
suum Visitauit ergo dominus annam et con
cepit et peperit tres filios et duas
filias Et magnificatus est puer
samuel apud dominum hely autem erat
senex valde Et audiuit omnia que
faciebant filij sui vniuerso israheli
et quomodo dormiebant cum mulieribus
que obseruabant ad ostium tabernaculi
Et dixit eis Quare facitis res huius
cemodi quas ego audio res pessi
mas ab omni populo Nolite filij mei
Non enim est bona fama quam ego au
dio ut transgredi faciatis populum domini
Si peccauerit vir in virum placari
ei potest deus Si autem in deum peccauerit
quis orabit pro eo Et non audierunt
vocem patris sui quia voluit dominus occi
dere eos Puer autem samuel proficie
bat atque crescebat et placebat
tam deo quam hominibus Venit autem vir
dei ad hely Et ait ad eum Hec dicit
dominus Numquid non aperte reuelatus
sum domui patris tui cum esset in egip
to in domo pharaonis et elegi eum
ex omnibus tribubus israhelis mihi in
sacerdotem ut ascenderet ad altare
meum et adoleret michi incensum et portaret
ephod coram me et dedi domui patris
tui omnia de sacrificijs filiorum israhel
Quare calce abiecisti victimam
meam et munera que precepi tibi ut
offerrentur in templo Et magis hono
rasti filios tuos quam me ut comede
retis primicias omnium sacrificiorum israhel
populi mei Propterea ait dominus deus israhel
Loquens locutus sum ut domus tua
et domus patris tui ministraret in
conspectu meo usque in sempiternum
Nunc autem dicit dominus Absit hoc a
me Sed quicumque honorauerit me
glorificabo eum qui autem contempnunt me
erunt ignobiles Ecce dies veniunt
et precidam brachium tuum et brachium
domus patris tui ut non sit senex

in domo tua. Et videbis emulum
tuum in templo in universis prosperis israel
et non erit senex in domo tua om-
nibus diebus. Verumptamen non auferam
penitus ex te virum ab altari meo
sed ut deficiant oculi tui et tabescat
anima tua et pars magna domus
tue morietur cum ad virilem etatem
venerit. Hoc autem erit tibi signum quod
venturum est duobus filiis tuis Ophni
et Phinees. In die una morientur
ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem
fidelem qui iuxta cor meum et animam meam
faciet. Et edificabo illi domum fidelem
et ambulabit coram christo meo cunc-
tis diebus. Futurum est autem ut quicumque
remanserit in domo tua veniat ut
oretur pro eo et offerat nummum argen-
teum et tortam panis dicatque dimitte
me obsecro ad unam partem sacerdo-
talem ut comedam buccellam panis.

Puer autem Samuel Capitulum iij
ministrabat domino coram Hely
sacerdote et sermo domini erat preciosus
in diebus illis non erat visio mani-
festa. Factum est autem in die quadam
Heli iacebat in loco suo et oculi
eius caligaverant nec poterat vide-
re lucernam dei antequam extingueretur
Samuel autem dormiebat in templo
domini ubi erat archa dei. Et vocavit
dominus Samuel. Qui respondens ait Ecce
ego. Et cucurrit ad Hely et dixit ei
Ecce ego vocasti enim me. Qui dixit
Non vocavi te revertere et dormi. Et
abiit et dormivit. Et adiecit dominus
rursum Samuel vocare. Consurgens-
que Samuel et abiit ad Hely et dixit
Ecce ego quia vocasti me. Qui respon-
dit Non vocavi te fili mi revertere
et dormi. Porro Samuel necdum
sciebat dominum neque revelatus fu-
erat ei sermo domini. Et adiecit dominus
et vocavit adhuc Samuel tercio.
Qui consurgens abiit ad Heli et
ait Ecce ego quia vocasti me. In-
tellexit igitur Hely quod dominus vocaret
puerum et ait ad Samuel Vade et
dormi. Et si deinceps vocaverit
te dices Loquere domine quia audit servus
tuus. Abiit igitur Samuel et dormivit
in loco suo. Et venit dominus et stetit
et vocavit sicut vocaverat secundo Sa-
muel Samuel. Et ait Samuel Lo-
quere domine quia audit servus tuus.
Et dixit dominus ad Samuel Ecce ego
facio verbum in israel quod quicumque au-
dierit tinnient ambe aures eius.
In die illa suscitabo adversum Heli
omnia que locutus sum super domum eius
incipiam et complebo. Predixi enim
ei quod iudicaturus essem domum eius
in eternum propter iniquitatem eo quod no-
verat indigne agere filios suos et
non corripuit eos. Ideo iuravi
domui Hely quod non expietur domus
iniquitas domus eius victimis et mu-
neribus in eternum usque. Dormivit
itaque Samuel usque mane. Aperuit-
que ostia domus domini. Et Samuel
timebat indicare visionem Hely.
Vocavit ergo Heli Samuelem et dixit
Fili mi Samuel. Qui respondens ait
Presto sum. Et interrogavit eum Quis
est sermo quem locutus est dominus ad te
Oro te ne celaveris a me. Hec fa-
ciat tibi deus et hec addat si ab

scenderis a me sermone ex omnibus
uerbis que dicta sunt tibi Indicauit
itaque ei samuel uniuersos sermones
et non abscondit ab eo Et ille respondit
Dominus deus est Quod bonum est in oculis
suis faciat Creuit autem samuel et
dominus erat cum eo Et non cecidit ex
omnibus verbis eius in terram Et cognouit
uniuersus israel a dan usque bersabee
quod fidelis samuel propheta esset domini
Et addidit dominus ut appareret in silo
quoniam reuelatus fuerat dominus samueli
in silo iuxta verbum domini Et euenit ser-
mo samuelis vniuerso israheli
Ca. iiii
Et factum est in diebus
illis Conuenerunt philistiim
in pugnam Egressus namque est israel
obuiam philistiim in prelium et castra-
metatus est iuxta lapidem adiutorii
Porro philistiim venerunt in af-
feth et instruxerunt aciem contra
israel Inito autem certamine terga v[er]-
tit israel philisteis et cesa sunt in eo
certamine passim per agros quasi
iiii[or] milia virorum Et reuersus est populus
ad castra Dixeruntque maiores
natu de israel Quare percussit nos
dominus hodie coram philistiim Affe-
ramus ad nos de silo archam federis
domini et veniat in medium nostri ut sal-
uet nos de manu inimicorum nostrorum
Misit ergo populus in silo Et tu-
lerunt inde archam federis domini exer-
cituum sedentis super cherubim
Erantque duo filii hely cum archa fe-
deris domini ophni et phinees Cumque
venisset archa federis domini in castra
vociferatus est omnis israel clamore
grandi Et personuit terra Et audie-
runt philistiim vocem clamoris mag-
ni Dixeruntque Que nam est hec vox
clamoris magni in castris hebreorum
Et cognouerunt quod archa federis domini
venisset in castra Timueruntque philis-
tiim dicentes Venit deus in castra
Et ingemuerunt dicentes Ve nobis
Non enim fuit tanta exultatio heri
et nudius tercius Ve nobis Quis
nos saluabit de manu deorum istorum
sublimium Hii sunt dii qui percusserunt
egiptum omni plaga in deserto Con-
fortamini et estote viri philistiim
ne seruiatis hebreis sicut illi ser-
uierunt nobis Confortamini et bel-
late Pugnauerunt ergo philistiim
et cesus est israel et fugit vnusquisque
in tabernaculum suum et facta est plaga
magna nimis et ceciderunt de israel
xxx milia peditum Et archa dei cap-
ta est Duo quoque filii hely mortui sunt
Ophni et finees Currens autem de ben-
yamin ex acie venit in silo in die
illo scissa veste et conspersus pul-
uere caput Cumque ille venisset hely
sedebat super sellam contra viam spec-
tans Erat enim cor eius pauens
pro archa dei Vir autem ille postquam ingressus
est nunciauit urbi Et vlulauit omnis
ciuitas Et audiuit hely sonitum cla-
moris Dixitque Quis est hic sonitus
tumultus huius At ille festinauit
et venit et nunciauit hely Hely autem erat
nonaginta octo annorum et oculi eius
caligauerant et videre non poterat Et
dixit nuncius ad hely Ego sum qui veni
de prelio et ego qui de acie fugi ho-
die Cui ille ait Quid actum est

fili mi. Respondens autem ille qui nunciabat
Fugit inquit israel coram philistiim et
ruina magna est in populo. Insuper
et duo filii tui mortui sunt ophni
et finees et archa domini capta est.
Cumque ille nominasset archam dei ceci-
dit de sella retrorsum iuxta ostium et
fractis ceruicibus mortuus est.
Senex enim erat et grandeuus. Vir et
ipse iudicauit israel xl annis. Nurus
autem eius uxor finees pregnans erat
uicinaque partui. Et audito nuncio quod
capta esset archa dei et quod mortuus
esset vir suus et socer suus. Incuruauit
se et peperit. Irruerant enim in eam do-
lores subiti. In ipso autem momento mor-
tis eius dixerunt ei que stabant circa
eam mulieres. Ne timeas quia filium pe-
pisti. Que non respondit eis neque animaduer-
tit. Et vocauit puerum hychabod dicens.
Translata est gloria domini dei israel
eo quod capta esset archa dei et pro socero
suo et pro viro suo. et ait. Translata
est gloria dei ab israel eo quod capta esset
archa dei.

Capitulum v

Philistiim autem tulerunt archam
dei et asportauerunt eam de lapi-
de adiutorii in azotum et intulerunt
eam in templum dagon et statuerunt
eam iuxta dagon. Cumque surrexissent
diluculo azotii altera die. ecce da-
gon iacebat pronus in terra ante archam
domini. Et tulerunt dagon et restituerunt
eum in loco suo. Rursumque mane die al-
tera consurgentes inuenerunt dagon
iacentem super faciem suam in terra coram
archa domini. Caput autem dagon et due
palme manuum eius abscise erant
super limen. Porro dagon truncus solus
remanserat in loco suo. Propter hanc causam
non calcant sacerdotes dagon et omnes
qui ingrediuntur templum eius super
limen dagon in azoto usque in hodi-
ernum diem. Aggrauata est autem manus
domini super azotios et demolitus est eos
et ebullierunt ville et agri in medio
regionis illius et percussit in secre-
tiori parte natium azotum et fines eius.
Et nati sunt mures et facta est con-
fusio mortis magna in ciuitate.
Videntes autem viri azotii huiuscemodi
plagam dixerunt. Non maneat archa
dei israel apud nos quoniam dura est ma-
nus eius super nos et super dagon deum
nostrum. Et mittentes congregauerunt
omnes satrapas philistinorum ad se
et dixerunt. Quid faciemus de ar-
cha dei israel. Et circumduxerunt archam
dei israel. Illis autem circumducentibus
eam fiebat manus domini per singulas
ciuitates interfectionis magne nimis.
Et percutiebat viros uniuscuiusque urbis
a paruo usque ad maiorem. Et computresce-
bant prominentes extales eorum. Inierunt-
que gethei consilium et fecerunt sibi se-
des pelliceas. Miserunt ergo archam
dei in accaron. Cumque venisset archa dei
in accaron. exclamauerunt accaro-
nite dicentes. Adduxerunt archam
dei israel ad nos ut interficiat nos et
populum nostrum. Miserunt itaque et congrega-
uerunt omnes satrapas philistinorum
qui dixerunt. Dimittite archam dei
israel ut reuertatur in locum suum et non inter-
ficiat nos cum populo nostro. Fiebat enim pa-
uor mortis in singulis urbibus
et grauissima valde erat manus dei. Viri
quoque illi qui mortui non fuerant percutie-
bantur in secretiori parte natium et ascen-
debat ululatus uniuscuiusque ciuitatis in celum.

Erat ergo archa dñi Cap vj
in regione philistinoꝝ septem
mensibus Et post hoc vocauerũt
philistiim sacerdotes & diuinos
dicentes Quid faciemus de archa
dei istius Indicate nobis quo mittam
ea in locum suum Qui dixerunt Si re-
mittatis archam dei israel nolite dimit-
ere eam vacuam Sed quod debetis reddere
ei pro peccato tunc curabimini & sciẽtur
quare non recedat manus eius a vob
Qui dixerunt Quid est quod pro de-
licto reddi debeamus ei Respondit-
que eis Iuxta numerum principũ philisti-
noꝝ quinq; aureos facietis & quinq;
mures aureos quia plaga fuit una
omnibus vobis et satrapie vestre fa-
cietisq; similitudines anoꝝ vestroꝝ & simi-
litudines murium qui demoliti sunt
terram Et dabitis deo israel glam Si
forte releuet manum suam a vobis
et a dijs vestris et a terra vestra Quare
aggrauatis corda vestra sicut aggrauat
egiptus et pharao cor suum Nonne pos-
quã peruasus est tunc dimisit eos et
abierunt Nunc ergo arripite & fa-
cite plaustrum vnum nouum & duas vac-
cas fetas quibus non est impositum
iugum iungite in plaustro & recludi-
te vitulos earũ domum Tollentisq; ar-
cham dñi et ponetis in plaustro & vasa
aurea que exposuistis ei pro delicto
ponetis in capsella ad latus eius
et dimittite eam ut vadat & abi-
cietis Et si quidem per viam finium suoꝝ
ascenderit contra bethsames ipse
fecit hoc vobis grande malum
Si autem minime sciemus quia nequaq;
manus eius tetigit nos sed casu
accidit Fecerunt ergo illi hoc modo
Et tollentes duas vaccas que lac-
tabant vitulos iunxerunt ad plaustra
vitulosq; earũ prohibuere domi Et po-
suerunt archam dei super plaustrũ & cap-
sellã quã habebat mures aureos & simi-
litudinem anoꝝ Ibat autem in directum
recte per viam q ducit bethsamites et
itinere uno gradiebãtur mugientes & mu-
gientes & non declinabant neq; ad dex-
tram neq; ad sinistram Sed et satra-
pe philistinoꝝ sequebantur usq; ad ter-
minos bethsamites Porro bethsami-
te metebant triticum in valle Et cũ
leuassent oculos viderunt archam Et ga-
uisi sunt cum vidissent Et plaustrum
venit in agrum Josue bethsamite et
stetit ibi Erat autem ibi lapis magnus
et concidentes ligna plaustri vac-
cas imposuerũt super ea holocaustum
dño Leuite autem deposuerũt archam
dei et capsellã que erat iuxta eam
in qua erant vasa aurea & posuerunt
super lapidem grandem Viri autem bethsa-
mite obtulerunt holocausta & vic-
timas immolauerunt victimas in die illa dño et
quinq; satrape philistiim viderunt
et reuersi sunt in accharon in die illa
Hi sunt autem anni aurei quos reddi-
derunt philistiim pro delicto domi-
no Azotus vnum Gaza vnum Ascalon
vnum Geth vnum Accharon vnum Et
mures aureos secundum numerum urbium
philistiim quinq; principũ a ciuitate
munita usq; ad villam que cadit absq;
muro et usq; ad abel magnum super
que posuerunt archam dei que cadit usq;
in diem illum in agro iosue bethsamite
Percussit autem dñs de viris bethsa-
mitibus eo quod vidissent archam dñi
et percussit de populo lxx uiros et

et quinquagita mlia plebis ꝑcussit
ꝙ ꝓplius eo ꝙ ꝑcussisset dns plebem
plaga magna ⁊ dixerunt viri beth
samite ⁊ quis potest stare in conspectu
dni dei sancti huius ⁊ ad que ascen
det a nobis ⁊ disceditaꝫ nuntios ad
habitatores cariathiarim dicentes re
duxerunt philistini archam dni des
cendite ⁊ reducite ea ad vos

Venerunt ergo viri cariathia
rim ⁊ reduxerunt archam dni et
intulerunt ea in domu aminadab
in gabaa ⁊ elizazar autem filiu eius sanctifica
verunt ut custodiret archam dni ⁊ factum
est ex quo die mansit archa dni in cari
athiarim multiplicati sunt dies
erat quippe ia annus vicesimus et re
quieuit omis domus israhel ꝑ dominum
⁊ locutus est samuel ad uniuersam domum
israhel dicens si in toto corde vro re
uertimini ad dnm auferte deos alie
nos de medio vri baalim ⁊ astaro
th et ꝓparate corda vra dno ⁊ servite
illi soli et eruet vos de manu philis
thim ⁊ abstulerunt filii israhel baa
lim et astaroth et servierunt soli dno
dixit autem samuel congregate om
nem israhel in maspha ut orem ꝓ vo
bis ad dnm ⁊ conuenerunt in maspha
haustaqꝫ aqua effuderunt coram
dno ieiunauerunt in die illa et
dixerunt ibi peccauimus dno iudi
cauit samuel filios israhel in maspha
et audierunt philistini ꝙ congregati
essent filii israhel in maspha ascende
runt satrapę philistinoꝝ ad israhel
quod cum audissent filii israhel timuerunt
a facie philistinoꝝ dixeruntqꝫ ad
samuel ne cesses clamare ꝓ nobis
ad dnm ut saluet nos de manu philis

timoꝝ tulit autem samuel agnum lac
tentem unum et obtulit holocaustum
illum dno integrum et clamauit samuel
non statim misero ad te et notum tibi fe-
cero hoc faciat deus Jonathe et hec
addat Si autem perseveraverit patris mei ma-
licia adversum te revelabo aurem tuam
et dimittam te ut vadas in pace et sit
dominus tecum sicut fuit cum patre meo Et
si vixero facies michi misericordias domini Si vero
mortuus fuero non auferes misericordiam
tuam a domo patris mei usque in sempiternum
Aut si non fecero quando eradicaverit dominus
inimicos David unumquemque de terra
et auferat Jonatham de domo sua et
requirat dominus de manu inimicorum David
Pepigit ergo fedus Jonathas cum
domo David et requisivit dominus de manu
inimicorum David Et addidit Jonathas
iurare David eo quod diligeret eum Sicut
enim animam suam ita diligebat eum Dixitque
ad eum Jonathas Cras kalende sunt
et requireris Requiretur enim sessio tua
usque perhendie Descendes ergo festi-
nus et venies in locum ubi celandus
es in die qua operari licet et sedebis

iuxta lapidem cui nomen est Ezel et
ego tres sagittas mittam iuxta eum et
iaciam quasi exercens me ad signum Mit-
tam quoque et puerum dicens ei Vade et affer
michi sagittas Si dixero puero Ecce
sagitte intra te sunt tolle eas et tu
et veni ad me quia pax tibi est et nichil
est mali vivit dominus Si autem sic locutus
fuero puero Ecce sagitte ultra te sunt
Vade in pace quia dimisit te dominus De ver-
bo autem quod locuti sumus ego et tu sit
dominus inter me et te usque in sempiternum
Absconditus est ergo David in agro et
venerunt kalende et sedit rex ad come-
dendum panem Cumque sedisset rex super
cathedram suam secundum consuetudinem
que erat iuxta parietem Surrexit Jonathas
et sedit et abner ex latere Saul Va-
cuusque apparuit locus David et non
est locutus Saul quicquam in die illa
Cogitabat enim quod forte evenisset ei ut
non esset mundus neque purificatus Cumque
illuxisset dies secunda post kalendas
Rursum apparuit vacuus locus David
Dixitque Saul ad Jonatham filium suum
Cur non venit filius ysay nec heri nec
hodie ad vescendum Et respondit Jona-
thas Sauli Rogavit me obnixe
ut iret in bethleem et ait Dimitte me
quoniam sacrificium solempne est in civitate
mea Unus de fratribus meis accer-
sivit me Nunc ergo si inveni graciam
in oculis tuis Vadam cito et videbo
fratres meos Ob hanc causam non venit
ad mensam regis Iratus autem Saul ad-
versum Jonathan et dixit ei Fili mulie-
ris virum ultro rapientis Numquid
ignoro quia diligis filium ysay in
confusionem tuam et in confusionem
ignominiose matris tue Omnibus

cunctis diebus quibus filius Isay vivit
super terram non stabilieris tu neque
regnum tuum. Itaque iam nunc mitte
et adduc eum ad me quia filius mortis
est. Respondens autem Jonathas patri suo
Sauli ait. Quare moritur? quid fecit?
Et arripuit Saul lanceam ut percu-
teret eum. Et intellexit Jonathas quod
diffinitum esset a patre suo ut interfi-
ceret David. Surrexit ergo Jonathas
a mensa in ira furoris et non come-
dit in die kalendarum secunda panem. Con-
tristatus est enim super David eo quod con-
fudisset eum pater suus. Cumque illuxis-
set mane, venit Jonathas in agrum
iuxta placitum David. Et puer parvulus
cum eo. Et ait ad puerum suum Vade
et affer mihi sagittas quas ego iacio.
Cumque puer cucurrisset iecit aliam
sagittam trans puerum. Venit itaque puer
ad locum iaculi quod miserat Jona-
thas. Et clamavit Jonathas post
tergum pueri et ait Ecce ibi non est
sagitta. Porro ultra te est. Clamavit-
que iterum Jonathas post tergum pu-
eri dicens Festina velociter ne
steteris. Collegit autem puer Jonathe
sagittas et attulit ad dominum suum.
Et quid ageretur penitus ignorabat.
Tantummodo Jonathas et David rem
noverant. Dedit igitur Jonathas ar-
ma sua puero et dixit ei Vade et
defer in civitatem. Cumque abisset pu-
er, surrexit David de loco qui verge-
bat ad austrum. Et cadens pronus in terra
adoravit tercio et osculantes se alter-
utrum fleverunt pariter. David autem am-
plius. Dixit ergo Jonathas ad
David Vade in pace et quecumque iu-
ravimus ambo in nomine domini dicentes

dominus sit inter me et te et inter semen
meum et semen tuum usque in sempiternum.
Et surrexit David et abiit. Sed et
Jonathas ingressus est civitatem.

Venit autem David Capitulum xxi
in Nobe ad Abymelech sacer-
dotem. Et obstupuit Abymelech
eo quod venisset David et ait ei Quare
tu solus et nullus tecum est? Et ait Da-
vid ad Abymelech sacerdotem Rex
precepit michi sermonem et dixit Nemo
sciat rem propter quam a me missus
es et cuiusmodi tibi precepta dederim.
Nam et pueris condixi in illum et
illum locum. Nunc igitur Si quid habes
ad manum vel quinque panes da michi
aut quicquid inveneris. Et respondens
sacerdos ad David ait ei Non habeo
panes laycos ad manum sed tantum
panem sanctum. Si mundi sunt pueri maxime
a mulieribus. Manducent. Et respondit
David sacerdoti et dixit ei Et quidem
Si de mulieribus agitur continuimus
nos ab heri et nudiustercius quando egre-
diebamur et fuerunt vasa puerorum ~~mundi~~
sancta. Porro via hec polluta est
sed et ipsa hodie sanctificabitur in vasis
meis. Dedit ergo ei sacerdos sanctifica-
tum panem. Neque enim erat ibi panis
nisi tantum panes proposicionis qui subla-
ti fuerant a facie domini ut ponerentur
ibi panes calidi. Erat autem ibi vir
quidam de servis Saul in die illa
intus in tabernaculo domini et nomen
eius Doech ydumeus potentissimus
pastorum Saul. Hic pascebat mulas
Saul. Dixit autem David ad Abymelech
Si habes hic ad manum hastam aut
gladium. Da michi quia gladium meum
et arma mea non tuli mecum. Sermo

em regis urgebat me. Et dixit sa-
cerdos. Ecce hic gladius goliath
philistei quem percussisti in valle the-
rebinti et est involutus pallio post
ephod. Si istum vis tolle tolle. Neque
enim est hic alius absque eo. Et ait da-
uid. Non est huic alter similis. Da mi-
chi eum. Surrexit itaque dauid in die illa
et fugit a facie saul. Et venit ad
achis regem geth. Dixeruntque ei ser-
ui achis cum vidissent dauid. Nunquid
non est hic dauid rex terre. Nonne
huic cantabant choros dicentes. Per-
cussit saul mille et dauid decem milia.
Posuit autem dauid sermones istos in
corde suo et extimuit valde a fa-
cie achis regis geth. Et immuta-
uit os suum coram eis et collabebatur
inter manus eorum et impingebat in
ostia porte. Defluebantque saliue in
barba eius. Et ait achis ad seruos
suos. Vidistis hominem insanum. Qua-
re adduxistis eum ad me. An desunt
nobis furiosi aut desideramus
epilenticos quod introduxistis eum
ut fureret me presente. Hiccine
illum hic ingrediatur domum meam

Capitulum xxii

Abiit ergo inde dauid
et fugit in speluncam odollam.
Quod cum audissent fratres eius et omnis
domus patris eius descenderunt ad
eum illuc. Et convenerunt ad eum omnes
qui erant in angustiis constituti et
oppressi ere alieno et amaro animo
et factus est eorum princeps. Fueruntque
cum eo quasi quadringenti viri. Et profectus est
dauid inde in masphat que est mo-
ab. Et dixit ad regem moab. Ma-
neat oro pater meus et mater mea
vobiscum donec sciam quid faciat
michi deus. Et dereliquit eos ante
faciem regis moab. Manseruntque
apud eum cunctis diebus quibus fuit
dauid in presidio. Dixitque gad propheta
ad dauid. Noli manere in presidio sed
proficiscere et vade in terram iuda. Et pro-
fectus est dauid et venit in saltum
areth. Et audiuit saul quod appa-
ruisset dauid et viri qui erant
cum eo. Saul autem cum maneret in gabaa
et esset in nemore quod est in rama-
tha hastam manu tenens cunctique
serui eius circumstarent eum ait ad ser-
uos suos qui assistebant ei. Audi-
te me nunc filii gemini. Nunquid
omnibus vobis dabit filius ysay
agros et vineas et vniuersos vos fa-
ciet tribunos et centuriones quoniam
coniurastis omnes aduersum me et non
est qui michi renunciet et maxime cum et
filius meus fedus inierit cum filio
ysai. Et non est qui vicem meam doleat
ex vobis neque qui annunciet michi
eo quod suscitauerit filius meus seruum
meum aduersum me insidiantem michi
usque hodie. Respondens autem doech ydu-
meus qui astabat et erat primus inter
seruos saul. Vidi inquit filium ysay in
nobe apud abymelech filium achi-
tob sacerdotem qui consuluit pro eo dominum
et cibaria dedit ei. Sed et gladium
goliath philistei dedit ei. Misit
ergo saul ad accersiendum abymelech
et omnem domum patris eius sacerdotum
qui erant in nobe. Qui venerunt omnes
ad regem. Et ait saul ad abymelech.
Audi fili achitob. Qui respondit presto
sum domine. Dixitque ad eum saul. Quare
coniurastis aduersum me tu et filius
ysay et dedisti ei panes et gladium
et consuluisti pro eo dominum ut consurgeret

adusu me insidiator usq hodie p-
manes Rndensq abymelech regi
ait Et quis e ex oibus suis tuis
sicut dauid fidelis et gener regis
et pgens ad impiu tuu et glosus in
domo tua Nu hodie cepi consulere
dnm p eo Absit hoc a me Ne suspi-
cet rex adusus suu suu Item huius-
cemodi in vniusa domo pris mei
No ei sciuit suus tuus quidq sup
hoc negocio uel modicu ul grande
Dixitq rex Morte morieris abime-
lech tu et oib domus pris tui Et ait
rex emissariis qui circustabat eu
Couti m et interficite sacerdotes dni
Na manus eoz cu dauid e scientes
q fugisset no indicauerit michi No-
luerut at sui regis extende ma
sua in sacerdotes dni Et ait rex
ad doech Couute tu et irrue i sac-
dotes dni Conuusq doech ydumeus
irruit in sacerdotes dni et truci-
dauit in die illa lxxxv viros vesti-
tos ephod lineo Nobe at ciuitate
sacerdotu pcussit in ore gladii viros
et mlieres puulos et lactentes boue
et asinu et ouem in ore gladii Eua-
des at vnus filius abymelech aui
nome erat abyathar fugit ad da-
uid et annuciauit ei q occidisset saul
sacerdotes dni Et ait dauid ad ab-
yathar Sciebam em in die illa qu
ibi esset doech ydumeus pculdubio
annuciaret sauli Ego su reus oim
aiaz domus pris tui Mane mecu
ne timeas Si quis quesierit aiaz
mea qret et aiaz tua mecuq suabis

Et annunciaverunt Cap xxiii
dauid dicentes Ecce philistei
obpugnat ceylam et diripiunt a-
reas Consuluit igit dauid dnm
dicens Nu vada et pcucia philisteos
istos et ait dns ad dauid Vade et
pcucies philisteos et saluabis ceyla
Et dixerut viri qui erat cu dauid
ad eu Ecce nos hic i iudea consisten-
tes timem quato magis si ierim
in ceyla adusus agmina philistiorum
Rursu g dauid consuluit dnm Qui re-
ndens ait Surge et vade i ceyla
Ego em trada philisteos i manu
tua Abiit g dauid et viri eius in
Ceylam Et pugnauit adusu phi-
listeos et abegit iumenta eoz et p-
cussit eos plaga magna et saluauit
dauid habitatores ceyle Porro eo tpe
quo fugiebat abyathar filius abye-
lech ad dauid in Ceyla ephod secu
habens descenderat Nunciatu e at
saul q venisset dauid in Ceila Et
ait Saul Tradidit eu dns i man
meas Conclususq e ingressus
vrbe in qua porte et sere sut Et p-
cepit saul oi pplo ut ad pugna des-
cenderet in ceylam et obsideret
dauid et viros eius Quod cu didi-
cisset dauid q pararet ei saul in-
clam malu Dixit ad abyathar
sacerdote Applica ephod Et ait
dauid Dne deus isrl Audiuit fa-
ma suus tuus q disponat saul ve-
nire ad Ceylam ut euertat vrbe
ppt me Si tradet me viri ceile
in man eius et si descendet saul
sicut audiuit suus tuus Dne deus isrl
indica suo tuo Et ait dns Descen-
det Dixitq rursu dauid Si tradet
viri ceile me et viros qui mecu sut
in manu saul Et dixit dns Tradet
Surrexit g dauid et viri eius qui sexcenti et egressi sut de ceyla huc atq

illuc vagabantur incerti. Nunciatum
est saul quod fugisset david de ceyla
et esset salvatus. Quamobrem dissimula-
vit exire. Morabatur autem david in de-
serto et in locis firmissimis. Mansitque
in monte solitudinis ziph in monte opa-
co. Querebat eum saul cunctis diebus
et non tradidit eum dominus deus in manus
eius. Et vidit david quod egressus esset
saul ut quereret animam eius. Porro da-
vid erat in deserto ziph in silva. Et
surrexit Jonathas filius saul et abiit
ad david in silva et confortavit manus
eius in deo. Dixitque ei: Ne timeas.
Neque enim inveniet te manus saul patris
mei et tu regnabis super israel et ego
ero tibi secundus. Sed et pater meus saul
scit hoc. Percussit igitur uterque fe-
dus coram domino. Mansitque david in
silva. Jonathas autem reversus est in do-
mum suam. Ascenderunt autem ziphei ad
saul in gabaa dicentes: Ecce david
latitat apud nos in locis tutissimis
silve in colle achile que est ad dexte-
ram deserti. Nunc ergo sicut desideravit
anima tua descendere descende. Nostrum
autem erit ut tradamus eum in manus
regis. Dixitque saul: Benedicti vos
a domino quia doluistis vicem meam.
Abite ergo oro et diligentius preparate
et curiosius agite et considerate
locum ubi sit pes eius velociter vel
quis viderit eum ibi ubi dixistis. Re-
cogitat enim de me quod callide insi-
dier ei. Considerate et videte omnia
latibula eius in quibus abscon-
ditur et revertimini ad me ad rem
certam ut vadam vobiscum. Quod si etiam

in terra se obstruxerit perscrutabor
eum in cunctis millibus iuda. At illi
surgentes abierunt in ziph ante saul.
David autem et viri eius erant in deserto
maon in campestribus ad dexteram
iesimon. Ivit ergo saul et socii eius
ad querendum eum. Et nunciatum est david
statimque descendit ad petram et com-
morabatur in deserto maon. Quod
cum audisset saul persecutus est david
in deserto maon. Et ibat saul et viri
eius ad latus montis ex parte una.
David autem et viri eius erant in latere
montis ex parte altera. Porro david
desperabat se posse evadere a facie
saul. Itaque saul et viri eius in modum
corone cingebant david et viros
eius ut caperent eos. Et nuncius
venit ad saul dicens: Festina et
veni quoniam infuderunt se philistiim
super terram. Reversus est ergo saul desistens
persequi david et perrexit in occursum
philistiorum. Propter hoc vocaverunt lo-
cum illum petram dividentem. Cap. xxiiii

Ascendit ergo david inde et ha-
bitavit in locis tutissimis engaddi.
Cumque reversus esset saul postquam per-
secutus est philisteos nunciaverunt
ei dicentes: Ecce david in deserto est
engaddi. Assumens ergo saul tria mi-
lia electorum virorum ex omni israhel
perrexit ad investigandum david et
viros eius etiam super abruptissimas
petras que solis ibicibus pervie sunt.
Et venit ad caulas ovium que se offe-
rebant vianti. Eratque ibi spelunca
quam ingressus est saul ut purgaret
ventrem. Porro david et viri eius

in interiori parte spelunce latebat. Et dixerunt serui dauid ad eum. Ecce dies de qua locutus est dominus ad te. Ego tradam tibi inimicum tuum ut facias ei ut placuerit tibi in oculis tuis. Surrexit ergo dauid et precidit oram clamidis saul silenter. Post hec percussit dauid cor suum eo quod abscidisset oram clamidis saul. Dixitque ad viros suos. Propicius sit michi dominus ne faciam hanc rem domino meo christo domini ut mittam manum meam in eum quia christus domini est. Viuit dominus quia nisi dominus percusserit eum, aut dies eius venerit ut moriatur, aut descendens in prelium perierit, propicius sit michi dominus ut non mittam manum meam in christum domini. Et confregit dauid viros suos sermonibus et non permisit eos ut consurgerent in saul. Porro saul exurgens de spelunca pergebat cepto itinere. Surrexit autem dauid post eum et egressus de spelunca clamauit post tergum saul dicens. Domine mi rex. Et respexit saul post se et inclinans se dauid pronus in terra adorauit. Dixitque ad saul. Quare audis verba hominum loquencium. Dauid querit malum aduersum te. Ecce hodie viderunt oculi tui quod tradiderit te dominus in manu mea in spelunca et cogitaui ut occiderem te sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim. Non extendam manum meam in dominum meum quia christus domini est. Quin potius pater mi vide et cognosce oram clamidis tue in manu mea quia cum preciderem summitatem clamidis tue nolui manum meam extendere in te. Animaduerte et vide quia non est in manu mea malum neque iniquitas neque peccaui

in te. Tu autem insidiaris anime mee ut auferas eam. Iudicet dominus inter me et te et vlciscatur me dominus ex te. Manus autem mea non sit in te. Sicut et in prouerbio antiquo dicitur. Ab impiis egredietur impietas. Manus ergo mea non sit in te. Quem persequeris rex israel, quem persequeris. Canem mortuum persequeris et pulicem vnum. Sit dominus iudex et iudicet inter me et te et videat et iudicet causam meam et eruat me de manu tua. Cum autem conplesset dauid sermones huiuscemodi loquens ad saul, dixit saul. Numquid hec vox tua est fili mi dauid. Et leuauit saul vocem suam et fleuit. Dixitque ad dauid. Iustior es tu quam ego. Tu enim tribuisti michi bona. Ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti michi hodie que feceris michi bona quomodo tradiderit me dominus in manu tua et non occideris me. Quis enim cum inuenerit inimicum suum dimittet eum in via sua bona. Sed dominus reddat tibi vicissitudinem hanc pro eo quod hodie operatus es in me. Et nunc quia certissime scio quod regnaturus sis et habiturus in manu tua regnum israel. Iura igitur michi in domino ne deleas semen meum post me neque auferas nomen meum de domo patris mei. Et iurauit dauid sauli. Abiit ergo saul in domum suam et dauid et viri eius ascenderunt ad tuciora loca. Cap. xxv

Mortuus est autem samuel et congregatus est vniuersus israel et planxerunt eum nimis et sepelierunt eum in domo sua in ramatha. Consurgensque dauid descendit in desertum pharan. Erat autem vir quispiam in solitudine maon et possessio eius

in carmelo et homo ille magnus nimis erat que ei oves tria milia et mille capre. Et accidit ut tonderetur grex eius in carmelo. Nomen autem viri illius erat nabal et nomen uxoris eius abygail. Eratque illa mulier prudentissima et speciosa. Porro vir eius durus et pessimus et maliciosus. Erat autem de genere caleph. Cum ergo audisset david in deserto quod tonderet nabal gregem suum. Misit decem iuvenes et dixit eis. Ascendite in carmelum et venietis ad nabal et salutabitis eum ex nomine meo pacifice et sic dicetis. Sit fratribus meis et tibi et domui tue pax et omnibus quecumque habes sit pax. Audivi quod tonderent pastores tui qui erant nobiscum in deserto gregem tuum. Numquam eis molesti fuimus nec aliquando defuit eis quicquam de grege omni tempore quo nobiscum fuerunt in carmelo. Interroga pueros tuos et indicabunt tibi. Nunc ergo inveniant pueri tui graciam in oculis tuis in die enim bona venimus ad te. Quodcumque invenerit manus tua da servis tuis et puero tuo david. Cumque venissent pueri david locuti sunt ad nabal omnia verba hec ex nomine david et siluerunt. Respondens autem nabal pueris david ait. Quis est david aut quis est filius ysay. Hodie increverunt servi qui fugiunt dominos suos. Tollam ergo panes meos et aquas meas et carnes pecorum que occidi tonsoribus meis et dabo viris quos nescio unde sint. Regressi sunt itaque pueri david per viam suam et reversi venerunt et nunciaverunt ei omnia verba que dixerat

nabal. Tunc ait david pueris suis. Accingatur unusquisque gladio suo et accincti sunt singuli gladiis suis. Accinctusque est et david ense suo et secuti sunt david quasi quadringenti viri. Porro ducenti remanserunt ad sarcinas. Abigail autem uxori nabal nunciavit unus de pueris dicens. Ecce misit david nuncios de deserto ut benedicerent domino nostro et aversatus est eos. Homines isti satis boni fuerunt nobis et non molesti. Nec quicquam aliquando periit de grege omni tempore quo fuimus conversati cum eis in deserto. Pro muro erant nobis tam in nocte quam in die omnibus diebus quibus pavimus apud ipsos greges. Quamobrem recogita et considera quid facias quoniam completa est malicia adversus virum tuum et adversus domum tuam et ipse filius est belial ita ut nemo ei possit loqui. Festinavit igitur abigail et tulit ducentos panes et duos utres vini et quinque arietes coctos et quinque sata polente et centum ligaturas uve passe et ducentas massas caricarum et imposuit super asinos. Dixitque pueris suis. Precedite me. Ecce ego post tergum sequar vos. Viro autem suo nabal non indicavit. Cum ergo ascendisset asinum et descenderet ad radicem montis et david et viri eius descendebant in occursum eius. Quibus et illa occurrit et ait david. Vere frustra servavi omnia que huius erant in deserto et non periit quicquam de cunctis que ad eum pertinebant et reddidit michi malum pro bono. Hec faciat deus inimicis david et hec addat. Si reliquero de omnibus que ad eum pertinent usque mane mingentem ad parietem. Cum autem vidisset abigail david

festinavit et descendit de asino et proci-
dit coram David super faciem suam et ado-
ravit super terram. Et cecidit ad pedes
eius et dixit: In me sit domine mi haec
iniquitas. Loquatur obsecro ancilla tua
in auribus tuis et audi verba famulae
tuae. Ne ponat oro dominus meus cor
suum super virum istum iniquum Nabal
quia secundum nomen suum stultus est et est stulti-
tia cum eo. Ego autem ancilla tua non
vidi pueros tuos domine mi quos misisti.
Nunc ergo domine mi, vivit dominus et vi-
vit anima tua qui et prohibuit te ne ve-
nires in sanguinem et salvavit manum
tuam tibi. Et nunc fiant sicut Nabal
inimici tui et qui quaerunt domino meo
malum. Quapropter suscipe benedictionem
hanc quam attulit ancilla tua tibi domino
meo et da pueris qui sequuntur te dominum
meum. Aufer iniquitatem famulae
tuae. Faciens enim faciet dominus tibi
domino meo fidelem domum quia proelia domi-
ni domine mi proeliaris. Malitia ergo non
inveniatur in te omnibus diebus vitae
tuae. Si enim surrexerit aliquando homo
persequens te et quaerens animam tuam, erit
anima domini mei custodita quasi in fas-
ciculo viventium apud dominum deum tuum.
Porro anima inimicorum tuorum rotabitur
quasi in impetu et circulo fundae. Cum
ergo fecerit tibi domino ~~deo~~ meo dominus omnia
bona quae locutus est tibi et constituerit
te ducem super Israel, non erit tibi hoc in
singultum et in scrupulum cordis
domino meo quod effuderis sanguinem
innoxium aut ipse te ultus fueris.
Et cum benefecerit dominus domino meo, recor-
daberis ancillae tuae et tu benefacies
ei. Et ait David ad Abigail: Benedic-
tus dominus deus Israel qui misit te hodie
in occursum meum et benedictum eloquium
tuum. Et benedicta tu quae prohibuisti me
hodie ne irem ad sanguinem et ulcis-
cerer me manu mea. Alioquin vi-
vit dominus deus Israel qui prohibuit me
ne malum facerem tibi nisi cito ve-
nisses in occursum mihi. Non remansisset
Nabal usque ad lucem matutinam min-
gens ad parietem. Suscepit ergo David
omnia quae attulerat ei de manu eius
dixitque ei: Vade pacifice in domum
tuam. Ecce audivi vocem tuam et hono-
ravi faciem tuam. Venit autem Abigail
ad Nabal et ecce erat ei convivium
in domo eius quasi convivium regis et
cor Nabal iocundum. Erat enim ebrius
nimis et non indicavit ei verbum pu-
sillum aut grande usque in mane. Dilu-
culo autem cum digessisset vinum Nabal
indicavit ei uxor sua verba haec et emor-
tuum est cor eius intrinsecus et factus
est quasi lapis. Cumque pertransissent dies x
percussit dominus Nabal et mortuus est.
Quod cum audisset David mortuum
Nabal ait: Benedictus dominus qui vindi-
cavit causam opprobrii mei de manu
Nabal et servum suum custodivit a malo.
Et malitiam Nabal reddidit dominus in
caput eius. Misit ergo David et locutus
est ad Abigail ut sumeret sibi eam in
uxorem. Et venerunt pueri David ad
Abigail in Carmelum et locuti sunt
ad eam dicentes: David misit nos ad
te ut accipiat te sibi in uxorem.
Quae consurgens adoravit prona in
terram et ait: Ecce famula tua sit
in ancillam ut lavet pedes servorum
domini mei. Et festinavit et surrexit
Abigail et ascendit super asinum

Et quinque puelle ierant cum ea pedis-
seque eius. Et secuta est nuncios da-
uid et facta est illi uxor. Sed et ach-
inoem accepit dauid de Jezrahel
et fuit utraque uxor eius. Saul autem
dedit michol filiam suam uxorem
dauid alio viro phalti filio lays
qui erat de gallym. Capitulum xxvi

Et venerunt ziphei ad Saul
in gabaa dicentes. Ecce dauid
absconditus est in colle achile qui
est ex aduerso solitudinis in via. Et sur-
rexit Saul et descendit in desertum
ziph et cum eo tria milia virorum
de electis ex israel ut quereret dauid
in deserto ziph. Et castrametatus
est saul in gabaa achile qui erat
ex aduerso solitudinis in via. Dauid
autem habitabat in deserto. Videns autem quod
venisset saul post se in desertum, misit
exploratores et didicit quod illuc
venisset certissime. Et surrexit dauid
clam et venit ad locum ubi erat saul.
Cumque vidisset locum in quo dormiebat
saul et abner filius ner princeps
milicie eius et saule dormiente
in tentorio et reliquum vulgus per
circuitum eius, Ait dauid ad aby-
melech ethen et abysay filium sar-
uie fratrem Joab dicens. Quis des-
cendet mecum ad saul in castra. Dixit-
que abysay. Ego descendam tecum. Ve-
nerunt ergo dauid et abysay ad populum
nocte et inuenerunt saul iacentem
et dormientem in tentorio suo et hastam
fixam in terra ad caput eius. Abner autem
et populum eius dormientes in circuitu
eius. Dixitque abysay ad dauid. Con-
clusit hodie deus inimicum tuum in
manus tuas. Nunc ergo perfodiam
eum lancea in terra semel et secundo opus
non erit. Et dixit dauid ad abysay.
Ne interficias eum. Quis enim extendet
manum suam in christum domini et inno-
cens erit. Et dixit dauid. Viuit dominus
quia nisi dominus percusserit eum aut dies mortis
eius venerit ut moriatur aut in prelio
descendens perierit propicius sit mihi dominus
ne extendam manum meam in christum domini.
Nunc igitur tolle hastam que ad caput
eius est et ciphum aque et abeamus.
Tulit ergo dauid hastam et ciphum aque
qui erat ad caput saulis et abierunt.
Et non erat qui videret et intelligeret
et euigilaret sed omnes dormiebant
quia sopor domini irruerat super eos. Cumque
transisset dauid ex aduerso et stetisset
in vertice montis de longe et esset gra-
de interuallum inter eos, Clamauit
dauid ad populum et ad abner filium ner
dicens. Nonne respondebis abner. Et re-
spondens abner ait. Quis es tu qui cla-
mas et inquietas regem. Et ait da-
uid ad abner. Numquid non tu vir
es et quis alius similis tibi in israel.
Quare ergo non custodisti dominum tuum
regem. Ingressus est enim unus de turba
ut interficeret dominum tuum regem. Non
est bonum hoc quod fecisti. Viuit dominus
quoniam filii mortis estis vos qui non
custodistis dominum vestrum regem christum
domini. Nunc ergo vide ubi sit hasta
regis et ubi sit ciphus aque qui
erat ad caput eius. Cognouit
autem saul vocem dauid et dixit. Num-
quid vox tua hec est fili mi dauid.
Et ait dauid. Vox mea domine mi rex.
Et ait. Quare ob causam persequitur
dominus meus seruum suum. Quid feci

aut quod est in manu mea malum Nunc
ergo oro Audi mi rex verba servi tui
Si dns incitat te adversum me odo
retur sacrificium Si autem filij hominum ma
ledicti sunt in conspectu dni qui eiece
runt me hodie ut non inhabitem
in hereditate dni dicentes Vade ser
vi dijs alienis Et nunc non effundatur
sanguis meus in terra coram dno
Et quia egressus est rex israel ut que
rat pulicem vnum sicut persequitur
perdix in montibus Et ait Saul pec
caui Revertere fili mi dauid Nequaquam
enim vltra male tibi faciam eo quod
preciosa fuit anima mea in oculis tuis
hodie / apparet enim quod stulte egerim
et ignoraverim multa nimis Et respon
dens dauid ait Ecce hasta regis
Transeat vnus de pueris regis
et tollat eam Dns autem retribuat
vnicuique secundum iusticiam suam et fidem
Tradidit enim te dns hodie in manum
meam et nolui leuare manum meam
in xpm dni Et sicut magnificata
est anima tua hodie in oculis meis sic
magnificetur anima mea in oculis dni
et liberet me de omni angustia Ait
ergo Saul ad dauid Benedictus tu
fili mi dauid Equidem faciens facies
et potens poteris Abijt ergo dauid
in viam suam et Saul reversus est in locum suum

Et ait dauid in Cap xxvii
corde suo Aliquando incidam in
vna die in manus saul Nonne me
lius est ut fugiam et salver in terra
philistinorum ut desperet saul / cessetque
me querere in cunctis finibus israel
Fugiam ergo manus eius Et surrexit
dauid et abijt ipse et sexcenti viri
cum eo ad achis filium mahoch regem
Geth Et habitauit dauid cum achis
in geth ipse et viri eius et domus eius
et due uxores eius Achinoem
iezraelites et Abigail uxor nabal
carmeli Nunciatum quod est saul quod fu
gisset dauid in geth et non addidit
vltra ut quereret eum Dixit autem dauid
ad achis Si inveni gratiam in oculis
tuis detur mihi locus in vna urbium regi
onis huius ut habitem ibi Cur enim
manet servus tuus in ciuitate regis
tecum Dedit itaque ei achis in die illa
Syceleth / propter quam causam facta est
siceleth regum iuda usque in hanc diem
Fuit autem numerus dierum quibus habitauit dauid
in regione philistinorum iiij mensium
Et ascendit dauid et viri eius et age
bant predas de gethsuri et de gethri
et de amalechitis Hij enim pagi ha
bitabantur in terra antiquitus / euntibus sur
usque ad terram egipti Et percutiebat
dauid omnem terram illorum nec relinque
bat viuentem virum et mulierem Tollensque
oues et boues et asinos et camelos
et vestes revertebatur et veniebat ad achis
Dicebat autem ei Achis In quem irruisti
hodie Respondebat dauid Contra
meridiem iuda et Jeramel et contra me
ridiem ceni Virum et mulierem non vi
uificabat dauid nec adducebat in geth
dicens Ne forte loquantur adversum nos
Hec fecit dauid et hoc erat illi de
cretum omnibus diebus quibus habitauit
in regione philistinorum Credidit ergo
Achis dauid dicens Multa mala
operatus est contra populum suum israel erit
igitur mihi servus sempiternus Cap xxviii

Factum est autem in diebus illis con
gregaverunt philistim agmi
na sua ut pararentur ad bellum contra
israel Dixitque achis ad dauid Sciens
nunc scito quoniam mecum egredieris in
castris tu et viri tui Dixitque dauid

ad achis Nunc scies que facturus e
seruus tu9 Et ait achis ad dauid et
ego custodē capitis mei ponā te cūc-
tis diebus Samuel aūt mortuus e
planxitq̄ eū oīs isrl̄ et sepelierūt
eū in ramatha vrbe sua Et saul
abstulit magos et ariolos de t̄ra
et interfecit eos qui phitones ī ventre
habebat Congregati q̄ sūt philisti
et venerūt et castrametati sūt ī su-
nam Congg̃gat aūt et saul vniūsū
isrl̄ et venit in mōtes gelboe Et vi-
dit Saul castra philistinoꝝ ꝛ timuit
et expauit cor eius nimis Consu-
luitq̄ dnm̄ ꝛ nō rn̄dit ei neq̄ ꝑ sop-
nia neq̄ ꝑ sacrificia neq̄ ꝑ sacer-
dotes neq̄ ꝑ ꝓphetas Dixitq̄ Saul s-
uis suis Querite m̄ mulierē hn̄tem
phitonē ꝛ vadā ad eā ꝛ sciscitabor
ꝑ illā Et dixerūt seui eī adeū Est
mlier hn̄s phitonē in Endor Mu-
tauit ergo Saul habitū suū Vestitq̄
q̄ e alijs vestibus Abiit ipe ꝛ duo
viri cū eo Veneruntq̄ ad mulierē
nocte et ait ad eā Diuina m̄ ī phi-
tone et suscita m̄ quē dixero tibi
Et ait mlier ad eū Ecce tu nosti
quāta fecit saul et quomō erasē-
rit magos et ariolos de t̄ra Quare
ergo insidiaris aīē mee ut occidar et
Jurauit ei saul in dnō dicēs Viuit
dn̄s q̄ nō eueniet tibi quicq̄ mali
ꝓpt hac rem Dixitq̄ ei mlier Que
suscitabo tibi Qui ait Samuelē
suscita m̄ Cū aūt vidiss̄ mulier sa-
muelē Exclamaūt voce magna et
dixit ad Saul Quare īposuisti m̄
decepisti m̄ Tu es em̄ saul Dixitq̄
ei rex Noli timē Quid vidisti Et
ait mlier ad saul Deos vidi ascē-
dentes de t̄ra Dixitq̄ ei Qualis
est forma eius Que ait Vir senex

ascendit et ipe amictus ē pallio In-
tellexit Saul q̄ samuel eēt̄ ꝛ inclināt
se sup faciē suā in t̄ra et adorauit
Dixit aūt Samuel ad Saul Quare
inquietasti me ut suscitarer ꝛ ait
Saul Coartor nimis Et quidē phi-
listim pugnāt adūsū me ꝛ dn̄s re-
cessit a me et exaudire me noluit
neq̄ ꝑ manū ꝓphāꝝ neq̄ ꝑ sopnia
Vocaui g° te ut ostendes michi quid
faciā Et ait Samuel ad Saul Quid
interrogas me cū dn̄s recesserit a te
et trāsierit ad emulū tuū Faciet em̄
tibi dn̄s sicut locutus ē ī manu mea
et scindet regnū tuū de manu tua
et dabit illud ꝓximo tuo dauid quia
nō obedisti voci dn̄i neq̄ fecisti irā
furoris eius ī amalech Idcirco quod
pateris fecit tibi dn̄s hodie ꝛ dabit
dn̄s eciā isrl̄ tecū in man9 philistiȳ
Cras aūt tu et filij tui mecū eritis
Sed et castra isrl̄ tradet dn̄s ī man9
philistiȳm Statimq̄ saul cecidit ꝓ-
n9 in t̄ra Extimuerat ei vā samu-
elis et robur nō erāt in eo q̄ nō co-
mederat panē tota die illa ꝛ tō nocte
Ingressa ē itaq̄ mlier ad Saul ꝛ ayt
Conturbatq̄ em̄ erāt valde Dixitq̄
ad eū Ecce obediuit ancilla tua voci
tue et posui aīām meā in manū tua
et audiui smões tuos quos locutus
es ad me Nunc igit ꝛ tu audi vocē
ancille tue Et ponā corā te buc-
cellā panis ut comedēs conualescas
et possis iter agē Qui renuit ꝛ ait
Nō comedā Coegerūt aūt eū serui eī
et mlier Et tandē audita voce eoꝝ
surrexit de t̄ra et sedit sup lectum
Mulier aūt illa habebat vitulum
pascualem in domo et festinauit
et occidit eū Tollensq̄ farinā mis-
cuit eā et coxit azima et posuit

coram Saul et coram servos suos. Qui cum comedissent surrexerunt et ambulaverunt tota nocte illa.

Cap. xxix

Congregati sunt ergo philistim universa agmina in afech. Sed et israel castrametatus est super fontem qui erat in yezrahel. Et satrape quidem philistim incedebant in centuriis et in milibus. David autem et viri eius erant in novissimo agmine cum Achis. Dixeruntque principes philistinorum ad achis: Quid sibi volunt hebrei isti? Et ait achis ad principes philistinorum: Numquid ignoratis david qui fuit servus saul regis israel et est apud me diebus multis vel annis et non inveni in eo quicquam mali ex die qua transfugit ad me usque in diem hanc. Irati sunt autem adversum eum principes philistinorum et dixerunt ei: Revertatur vir iste et sedeat in loco suo in quo constituisti eum et non descendat nobiscum in prelium ne fiat nobis adversarius cum preliari ceperimus. Quomodo enim aliter placare poterit dominum suum nisi in capitibus nostris? Nonne iste est david cui cantabant in choro dicentes: Percussit saul in milibus et david in decem milibus suis. Vocavit ergo achis david et ait ei: Vivit dominus quia rectus es tu et bonus in conspectu meo et exitus tuus et introitus tuus mecum est in castris et non inveni in te quicquam mali ex die qua venisti ad me usque in diem hanc. Sed satrapis non places. Revertere ergo et vade in pace et non offendas oculos satraparum philistim. Dixitque david ad achis: Quid enim feci et quid invenisti in me servo tuo a die qua fui in conspectu tuo usque ad diem hanc ut non veniam et pugnem contra inimicos domini mei regis? Respondens autem Achis locutus est ad david: Scio quia bonus es tu in oculis meis sicut angelus dei. Sed principes philistim dixerunt: Non ascendet nobiscum in prelium. Igitur consurge mane tu et servi tui qui venerunt tecum. Et cum de nocte surrexeritis et ceperit dilucescere pergite. Surrexit itaque de nocte david ipse et viri eius ut proficiscerentur mane et reverterentur ad terram philistim. Philistim autem ascenderunt in Iezrahel.

Cap. xxx

Cumque venisset david et viri eius in Sycelech die tercia, Amalechite impetum fecerant ex parte australi in Syceleth. Et percusserunt Syceleth et succenderunt eam igni et captivas duxerunt mulieres ex ea a minimo usque ad maximum et non interfecerunt quemquam sed secum duxerant et pergebant itinere suo. Cum ergo venisset david et viri eius ad civitatem et invenissent eam succensam igni et uxores suas et filios suos et filias ductas esse captivas, Levaverunt david et populus qui erat cum eo voces suas et planxerunt donec deficerent lacrime in eis. Siquidem et due uxores david captive ducte fuerant Achinoem yezrahelites et Abygail uxor nabal carmeli. Et contristatus est david valde. Volebat enim eum populus lapidare quia amara erat anima uniuscuiusque viri super filiis suis et filiabus. Confortatus est autem david in domino deo suo. Et ait ad Abyathar sacerdotem filium Abymelech: Applica ad me ephot. Et applicavit abyathar ad david ephod. Et consuluit david dominum dicens

persequar latrunculos hos et compre-
hendam illos an non Dixitque ei dominus
Persequere absque dubio comprehendes
eos et excuties predam Abiit ergo dauid
ipse et sexcenti viri qui erant cum eo
et venerunt usque ad torrentem besor
et lassi quidem substiterunt Perse-
cutus est autem dauid ipse et quadringenti viri sub-
stiterant enim ducenti qui lassi transire
non poterant torrentem besor Et in-
venerunt virum egiptium in agro et ad-
duxerunt eum ad dauid Dederuntque ei
panem ut comederet et biberet aquam
sed et fragmen masse caricarum et
duas ligaturas uve passe Que cum
comedisset et bibisset reversus est spiritus
eius et refocillatus est Non enim comede-
rat panem neque biberat aquam tribus
diebus et tribus noctibus Dixitque
ei dauid Cuius es tu vel unde aut
quo pergis Qui ait ei Puer egip-
tius ego sum servus viri amalechite
Dereliquit autem me dominus meus quia
egrotare cepi nudiustercius Siquidem
erupimus ad australem partem cerethi
contra iudam ad meridiem caleph
Et siceleg succendimus igni Dixitque
ei dauid Potes me ducere ad istum
cuneum Qui ait Iura mihi per deum quod
non occidas me et non tradas me
in manus domini mei Et ego ducam te
ad cuneum istum Et iuravit ei dauid
Qui cum duxisset eum ecce illi dis-
cumbebant super faciem universe terre
comedentes et bibentes et quasi festum
celebrantes diem pro cuncta preda et spo-
liis que ceperant de terra philistim
et de terra iuda Et percussit eos da-
uid a vespera usque ad vesperam alte-
rius diei Et non evasit ex eis quisquam
nisi quadringenti viri adolescentes qui as-
cenderunt camelos et fugerant Eruit
ergo dauid omnia que tulerant amalech-
ite et duas uxores suas eruit nec
defuit ex eis quisquam a paruo usque ad
magnum tam de filiis quam de filiabus et
de spoliis et quecumque rapuerant
omnia reduxit dauid et tulit vniuersos
greges et armenta et minauit ante
faciem suam Dixeruntque hec est preda
dauid Venit autem dauid ad ducentos vi-
ros qui lassi substiterant nec sequi
potuerant dauid et residere eos iusserat
in torrente besor Qui egressi sunt
obuiam dauid et populo qui erat cum eo
Accedens autem dauid ad populum salu-
tauit eos pacifice Respondensque vir
pessimus et iniquus de viris qui ve-
nerant cum dauid dixit Qui non ve-
nerunt nobiscum non dabimus eis quic-
quam de preda quam eruimus Sed sufficiat
vnicuique vxor sua et filii Quos cum
acceperint recedant Dixit autem dauid
Non sic facietis fratres mei de his que
tradidit nobis dominus et custodiuit dominus
nos et dedit latrunculos qui erupe-
rant aduersum nos in manus nostras Nec
audiet vos quisquam super sermone hoc
Equa enim pars erit descendentis ad
prelium et remanentis ad sarcinas et
similiter diuident Et factum est hoc
ex die illa et deinceps constitutum
et diffinitum et quasi lex in israel usque ad
diem hanc Venit ergo dauid in siceleg et misit
dona de preda senioribus iuda proximis suis
dicens Accipite benedictionem de preda hostium domini
his qui erant in bethel et qui in ramoth et qui
in gether et qui in aroer et qui in sephamoth et qui
in esthamo et rachala et qui in urbibus ierameel
et qui in arama et qui in ebron et qui in athar et re-
liquis qui erant in his locis in quibus
commoratus fuerat dauid et viri eius

Capitulum xxxi

Philistijm autem pugnabant adversum israel Et fugierunt viri israel ante faciem philistijm et ceciderunt interfecti in monte gelboe Irrueruntque philistijm in Saul et in filios eius Et percusserunt Jonatham et aminadab et melchisue filios saul Totumque pondus prelij versum est in Saul et consecuti sunt eum viri sagittarij et vulneratus est vehementer a sagittariis Dixitque Saul ad armigerum suum Evagina gladium tuum et percute me ne forte veniant incircumcisi isti et interficiant me illudentes michi Et noluit armiger eius fuerat enim nimio terrore perteritus Arripuitque saul gladium suum et irruit super eum Quod cum vidisset armiger eius videlicet quod mortuus esset Saul irruit etiam ipse super gladium suum et mortuus est cum eo Mortuus est ergo Saul et tres filij eius et armiger illius et universi viri eius in die illa pariter Videntes autem filij israel qui erant trans vallem et trans iordanem quod fugissent filij israel et quod mortuus esset Saul et filij eius Reliquerunt civitates suas et fugerunt Veneruntque philistijm et habitaverunt ibi Facta autem die altera venerunt philistijm ut expoliarent interfectos Et invenerunt Saul et tres filios eius iacentes in monte gelboe Et preciderunt caput Saul et expoliaverunt eum armis suis et miserunt in terram philistinorum per circuitum ut annunciaretur in templo ydolorum et in populis Et posuerunt arma eius in templo Astaroth Corpus vero eius suspenderunt in muro bethsan Quod cum audissent habitatores Jabes galaad quecumque fecerunt philistijm Saul Surrexerunt omnes viri fortissimi et ambulaverunt tota nocte et tulerunt cadaver Saul et cadavera filiorum eius de muro bethsan Veneruntque Jabes galaad et combusserunt ea ibi Et tulerunt ossa eorum et sepelierunt in nemore Jabes et ieiunaverunt vij diebus

Explicit primus Incipit secundus liber Regum Reg v a 1

Capitulum primum

Factum est autem postquam mortuus est Saul Et david reverteretur a cede amalech et mansisset in Syceleth duos dies In die autem tercia apparuit homo veniens de castris Saul veste conscissa et pulvere aspersus caput Et ut venit ad david cecidit super faciem suam et adoravit Dixitque ad eum david Unde venis Qui ait ad david De castris israel fugi Et dixit ad eum david Quod

est verum quod factum est Indica michi.
Qui ait Fugit populus de prelio et multi
corruentes ex populo mortui sunt Sed et
Saul et Jonathas et filii eius inte-
rierunt Dixitque David ad adolescentem
qui nunciabat ei Unde scis quia mor-
tuus est Saul et Jonathas filius eius
Et ait adolescens qui nunciabat ei
Casu veni in montem gelboe et Saul
incumbebat super hastam suam Porro cur-
rus et equites appropinquabant ei Et con-
versus post tergum suum Saul videns
me vocavit Cui cum respondissem adsum
dixit michi Quis nam es tu Et aio ad
eum Amalechites sum Et locutus est michi
Sta super me et interfice me quoniam tenent
me angustie et adhuc tota anima mea
in me est Stansque super eum occidi illum
Sciebam enim quod vivere non poterat post
ruinam Et tuli dyadema quod erat super
caput eius et armillam de brachio
illius et attuli ad te dominum meum huc
Apprehendens autem David vestimenta
sua scidit Omnesque viri qui erant
cum eo Et planxerunt et fleverunt
et ieiunaverunt usque ad vesperam
super Saul et super Jonatham filium eius
et super populum domini et super domum israel
quod corruissent gladio Dixitque David
ad iuvenem qui nunciaverat ei Unde
es tu Qui respondit Filius hominis adve-
ne amalechite ego sum Et ait ad
eum David Quare non timuisti mit-
tere manum tuam ut occideres christum domini
Vocansque David unum de pueris suis
ait Accedens irrue super eum Qui
percussit eum et mortuus est Et ait
ad eum David Sanguis tuus sit super
caput tuum Os enim tuum locutum est
adversum te dicens Ego interfeci christum
domini Planxit autem David planctum
huiuscemodi super Saul et super Jona-
tham filium eius Et precepit ut docerent
filios iuda planctum sicut scriptum est in
libro iustorum et ait Considera israel
pro hiis qui mortui sunt super excel-
sa tua vulnerati Incliti israel super
montes tuos interfecti sunt Quomodo
ceciderunt fortes Nolite annunciare
in Geth neque annuncietis in compitis
ascalonis ne forte letentur filie philisti-
im Ne exultent filie incircumcisorum Mon-
tes gelboe nec ros nec pluvia veniat
super vos neque sint agri primiciarum
quia ibi abiectus est clipeus fortium
Clipeus saul quasi non esset unctus
oleo A sanguine interfectorum ab adipe
fortium Sagitta Jonathe numquam abiit
retrorsum Et gladius Saul non est
reversus inanis Saul et Jonathas ama-
biles et decori in vita sua In morte
quoque non sunt divisi Aquilis velociores
leonibus fortiores Filie israel super
saul flete qui vestiebat vos coccino
in deliciis qui prebebat ornamenta au-
rea cultui vestro Quomodo ceciderunt
fortes in prelio Jonathas in excelsis
tuis occisus est Doleo super te frater mi Jo-
natha decore nimis et amabilis super
amorem mulierum Et sicut mater unicum
amat filium ita te diligebam Quomodo
ceciderunt robusti et perierunt arma bellica

Capitulum II

Igitur post hoc consu-
luit David dominum dicens Num ascen-
dam in unam de civitatibus iuda Et
ait dominus ad eum Ascende Dixitque Da-
vid Quo ascendam Et respondit ei In
Ebron Ascendit ergo David et
due uxores eius Achinoem iezra-
helites et Abygail uxor nabal
carmeli Sed et viros qui cum eo erant

dixit dauid singulos in domo sua
et macerat in opidis ebron dene
rutq; viri iuda et vnxerut ibi da
uid ut regnaret sup domu iuda
Et nutriatu e dauid q; viri jabes
galaad sepelissent saul misit
ergo dauid nuncios ad viros jabes
gala ad dixitq; ad eos Benedicti vos
a dno qui fecistis miam hanc cu
dno meo saul et sepelistis eu Et
nunc retribuat vobis ipse dns
miam et veritate Sed et ego reddã
gratia eo q; fecistis vm istud Con
fortetur manus vre et estote filij
fortitudis Mortuus est
saul dns vr et quia me unxit do
mus iuda regẽ sibi Abner aut filius
ner princeps exercitus saul tulit
hysbosech filiu saul et introduxit
eu p castra Regẽq; constituit sup
galaad et sup gessuri et sup jezra
hel et sup ephraym et sup beyami
et sup israel vniuersu Quadraginta
annoz erat hysbosech filius saul cu
regnare cepisset sup israel duobus
annis regnauit Sola aut domus
Juda sequebat dauid Et fuerunt dies
quos commoratus e dauid
in hebron sup domu Iu
da vij annoz et sex mensibus Egressus
q; e Abner filiu ner et pueri hys
bosech filij saul de castris in ga
baon Porro joab filius Saruie
et pueri dauid egressi sunt et oc
currerut ei iuxta piscina in gabaon
Et cu in vnu ducissent ex regione
sedere hinc ex una pte piscine
et illi ex altera Dixitq; abner
ad joab Surgant pueri et ludant

tora nobis Et rndit joab Sur
gat Surrexerut ergo et trans
nauigauit de beyamin ex parte hys
bosech filij saul et de pueris
dauid Apprehenso q; vnusquisq;
capite contrarij sui defixit gladiu
in latus contrarij et cecidrut
simul Vocatusq; e nome loci illi
Ager robustoz in gabaon Et
ortum est bellu satis durum in die
illa fugatusq; e abner et viri
israel a pueris dauid Erant aute
ibi tres filij Saruie joab et abi
say et asahel Porro asahel
fuit cursor velocissimus qui unus
ex capreis que morabat in siluis
persequebat at asahel abner
et no declinauit ad dexteram siue
ad sinistra ex omnibus persequẽs abner
Respexit itaq; abner post tergu
suu et ait Tu ne es asahel Et
rndit ego su Dixitq; ei abner Vade
ad dexteram siue ad sinistra et appre
hende unu de adolescentibus et
tolle tibi spolia eius Nolluit at
asahel obmittere qñ urgeret eum
Rursusq; locutus e abner ad asa
hel Recede noli me sequi ne com
pellar coffodere te in terra et leuare
no potẽs facie mea ad joab fratrem
tuu Qui audiens contempsit et nolu
it declinare Percussit ergo eu abner
cuspide hasta retro ingressusq; in
et mortuus e in eod loco Omnes
qui transibat p locu illu in quo
ceciderat asahel et mortuus erat
substitebat Persequentibus at
joab et abysay fugiente abner
sol occubuit Et venerut usq; ad
collem adductis q; e ex aduerso

vallis et itineris deserti in gabaon Congregatique sunt filii beniamin ad abner et conglobati in unum cuneum steterunt que in summitate tumuli unius Et exclamavit abner ad Joab et ait Numquid usque ad internicionem tuus mucro desaeviet An ignoras quod periculosa sit desperacio Usque quo non dicis populo tuo ut omittat persequi fratres suos Et ait Joab Vivit dominus quia si locutus fuisses mane recessisset populus persequi fratrem suum Insonuit ergo Joab buccina et stetit omnis exercitus nec persecuti sunt ultra israel neque inierunt certamen Abner autem et viri eius abierunt per campestria moab tota nocte illa et transierunt iordanem et lustrata omni bethoron venerunt ad castra Porro Joab reversus omisso abner congregavit omnem populum et defuerunt de pueris david xix viri excepto Asahel Servi autem david percusserunt de beniamin et de viris qui erant cum abner ccclx qui et mortui sunt Tuleruntque Asahel et sepelierunt eum in sepulchro patris sui in bethleem Et ambulaverunt tota nocte Joab et viri qui erant cum eo et in ipso crepusculo pervenerunt in ebron

Facta est autem longa Cap iii concertacio inter domum saul et inter domum david David autem proficiens et semper seipso robustior Domus autem Saul decrescens cottidie Natique sunt filii david in hebron Fuitque primogenitus eius Amnon de achinoem iezrahelite et post eum Celyab de abigail uxore nabal carmeli Porro tercius Absolon filius maacha filie ptolomei regis gessur Quartus autem adonias filius agith Et quintus Saphatias filius abutal Sextus quoque Jethraam de egla uxore david Hii nati sunt david in hebron Cum igitur esset prelium inter domum Saul et domum david Abner filius ner regebat domum Saul Fuerat autem saul concubina nomine ressa filia achia Ingressusque est ad eam abner Dixitque hysboseth ad abner Quare ingressus es ad concubinam patris mei Qui iratus nimis propter verba hysboseth ait Numquid caput canis ego sum adversus iudam hodie qui fecerim misericordiam super domum saul patris tui et super fratres et proximos eius et non tradidi te in manus david et tu requisisti in me quod argueres me pro muliere hodie Hec faciat deus abner et hec addat ei nisi quomodo iuravit dominus david sic faciam cum eo ut transferatur regnum de domo saul et elevetur thronus david super israel et super iudam a dan usque bersabee Et non potuit ei respondere quicquam quia metuebat eum Misit ergo abner nuncios ad david pro se dicentes Cuius est terra Et ut loquerentur Fac mecum amicicias et erit manus mea tecum et reducam ad te universum israel Qui ait Optime ego faciam tecum amicicias Sed unam rem peto a te dicens Non videbis faciem meam antequam adduxeris michol filiam saul Et sic veniens videbis me Misit autem david nuncios ad hysboseth filium saul dicens Redde uxorem meam michol quam despondi michi centum preputiis philistinorum Misit ergo hysboseth et tulit eam a viro suo phaltiel filio lays Sequebaturque eam vir suus plorans usque baurim Et dixit ad eum Abner

Vade reuertere. Et reuersus est. Sermo-
nem quoque intulit abner ad seniores israel di-
cens. Heri et nudiustercius querebatis
dauid ut regnaret super vos. Nunc ergo
facite quoniam dominus locutus est ad dauid
dicens. In manu serui mei ~~dav~~ dauid
saluabo populum meum israel de manu
philistiim et omnium inimicorum eius.
Et locutus est abner etiam ad benia-
min. Et abiit ut loqueretur ad da-
uid in ebron omnia que placuerant
israheli et vniuerso beniamin. Ve-
nitque ad dauid in ebron cum xx
viris. Et fecit dauid abner et viris
eius qui venerant cum eo conuiuium. Et
dixit Abner ad dauid. Surgam ut
congregem ad te dominum meum regem
omnem israel et ineat tecum fedus et
imperes omnibus sicut desiderat anima tua.
Cum ergo deduxisset dauid abner
et ille isset in pace. Statim pueri da-
uid et Joab venerunt cesis latroni-
bus cum preda magna nimis. Abner
autem non erat cum dauid in ebron quoniam
iam dimiserat eum et profectus erat in
pace. Et Joab et omnis exercitus qui
erat cum eo postea venerunt. Nunci-
atum quoque est Joab a narrantibus. Venit
abner filius ner ad regem et dimisit
eum et abiit in pace. Et ingressus
ioab ad regem ait. Quid fecisti? Ec-
ce venit abner ad te. Quare dimi-
sisti eum et abiit et recessit? Ignoras
abner filium ner quoniam ad hoc venit
ut deciperet te et sciret exitum tuum
et introitum tuum et nosset omnia
que agis. Egressus itaque Joab a
dauid Misit nuncios post abner
et reduxit eum a cisterna syra ig-
norante dauid. Cumque reduxisset in
hebron seorsum adduxit eum Joab
ad medium porte ut loqueretur ei in dolo.
Et percussit ibi illum in inguine et mor-
tuus est in ultionem sanguinis fratris
eius asahel. Quod cum audisset dau-
id rem iam gestam ait. Mundus ego iam
sum et regnum meum apud dominum usque
in sempiternum a sanguine abner
filii ner. Et veniat super caput Joab
et super omnem domum patris eius. nec
deficiat de domo Joab fluxum seminis
sustinens et leprosus tenens fusum
et cadens gladio et indigens pane.
Igitur Joab et abysay frater eius
interfecerunt abner eo quod occidisset
Asahel fratrem eorum in gabaon in prelio.
Dixit autem dauid ad Joab et ad omnem
populum qui erat cum eo. Scindite vesti-
menta vestra et accingimini saccis et
plangite ante exequias abner. Porro
rex dauid sequebatur feretrum. Cumque
sepelissent abner in ebron. Leua-
uit rex dauid vocem suam et fleuit
super tumulum abner. fleuit autem
et omnis populus. plangens autem rex et lugens
abner ait. Nequaquam ut mori solent
ignaui mortuus est abner. Manus
tue non sunt ligate et pedes tui non
sunt compedibus aggrauati. Sed sicut
solent cadere coram filiis iniquitatis
corruisti. Congeminansque omnis populus
fleuit super eum. Cumque venisset vniuer-
sa multitudo cibum capere cum dauid
clara adhuc die. Jurauit dauid
~~hoc~~ dicens. Hec faciat mihi deus et hec
addat si ante occasum solis gustauero
panem vel aliud quicquam. Omnisque populus
audiuit et placuerunt eis cuncta que

fecit rex in conspectu totius populi et
cognovit omne vulgus et universus
israhel in die illa quoniam non actum fuisset
a rege ut occideret abner filium ner
Dixit quoque rex ad servos suos. Num igno-
ratis quoniam princeps maximus cecidit
hodie in israhel. Ego autem delicatus ad-
huc et unctus rex. Porro viri
isti filii sarvie duri mihi sunt. Retri-
buat dominus facienti malum iuxta maliciam suam.

Capitulum IIII

Audivit autem hisboseth
filius saul quod cecidisset abner
in hebron. Et dissolute sunt ma-
nus eius. Omnisque israhel perturbatus est. Duo autem
viri principes latronum erant filio
saul. Nomen uni baana et nomen
alteri rechab filii remmon berothite
de filiis beniamin. Siquidem et beroth
reputata est in beniamin. Et fugerunt
berothite in gethaim. Fueruntque
ibi advene usque in tempus illud. Erat
autem ionathe filio saul filius debilis
pedibus. Quinquennis enim fuit quando
venit nuncius de saul et ionatha
ex iezrahel. Tollensque eum nutrix
sua fugit. Cumque festinaret ut
fugeret cecidit et claudus effectus
est et habuit vocabulum miphi-
boseth. Venientes igitur filii remmon
berothite rechab et baana ingres-
si sunt fervente die domum hisboseth
qui dormiebat super stratum suum me-
ridie et hostiaria domus purgans
triticum obdormivit. Assumentes
spicas tritici latenter ingressi sunt
domum percusseruntque eum in inguine. Re-
chab et baana frater eius et fuge-
runt. Cum autem ingressi fuissent domum
ille dormiebat super lectum suum in
conclavi et percucientes interfecerunt
eum. Sublatoque capite eius abierunt
per viam deserti tota nocte et attule-
runt caput hisboseth ad david
in ebron. Dixeruntque ad regem. Ec-
ce caput hisboseth filii saul ini-
mici tui qui querebat animam tuam. Et
dedit dominus domino meo regi ultionem
hodie de saul et de semine eius. Respon-
dens autem david rechab et baana
fratri eius filiis remmon berothei
dixit ad eos. Vivit dominus qui eruit
animam meam de omni angustia. Quoniam
eum qui annunciaverat mihi et dixerat
Mortuus est saul qui putabat se pros-
pera nunciare tenui et occidi eum
in siceleth. Cui oportebat me dare
mercedem pro nuncio. Quanto magis
nunc cum homines impii interfecerunt
virum innoxium in domo sua super
lectum suum. Nunc queram sanguinem
eius de manu vestra et auferam
vos de terra. Precepit itaque david
pueris suis et interfecerunt eos. Pre-
cidentes manus et pedes eorum suspen-
derunt eos super piscinam in ebron.
Caput autem hisboseth sepelierunt
in sepulchro abner in ebron.

Capitulum V.

Et venerunt universe tribus
israhel in ebron ad david dicen-
tes. Ecce nos os tuum et caro tua sumus.
Sed et heri et nudius tercius cum esset
Saul rex super nos tu eras educens
et reducens israhel. Dixit autem dominus
ad te. Tu pasces populum meum israhel
et tu eris dux super israhel. Venerunt
quoque et seniores israhel ad regem in ebron
et percussit cum eis rex david fedus
in ebron coram domino. Unxeruntque david

regem super israel Filius xxx annorum
erat dauid cum regnare cepisset et
regnauit xl annis in ebron / et regnauit
super iuda vii annis et sex mensibus
In ierusalem autem regnauit xxxiii annis et super
omnem israel et iuda Et abiit rex et
omnes viri qui erant cum eo in ierusalem ad
Iebuseum habitatorem terre Dictumque est ad
dauid ab eis Non ingredieris huc
nisi abstuleris cecos et claudos di-
centes non ingredietur dauid huc Cepit
autem dauid arcem syon hec est ciuitas
dauid Proposuerat enim dauid in die illa
premium ei qui percussisset Iebuseum et teti-
gisset domatum fistulas et abstulisset
cecos et claudos odientes animam da-
uid Ideo dicitur in prouerbio Cecus et
claudus non intrabunt in templum Hab-
itauit autem dauid in arce et vocauit
eam ciuitatem dauid Et edificauit per
gyrum a mello et intrinsecus et ingre-
diebatur proficiens atque succrescens et dominus
deus exercituum erat cum eo Misit
quoque Iram rex tyri nuncios ad dauid
et ligna cedrina et artifices lignorum
et artifices lapidum ad parietes et
edificauerunt domum dauid Et cog-
nouit dauid quoniam confirmasset eum
dominus regem super israel et quod exaltasset
regnum eius super populum suum israel Acce-
pit ergo dauid concubinas et vxores
de ierusalem postquam venerat de hebron
Natique sunt dauid alii filii et filie et
hec nomina eorum qui nati sunt ei in
ierusalem Samua et Sobab et Nathan
et Salomon et Helisua et Nepheg
et Iaphia et helisama et helida
et ~~...~~ helyphaleth Audierunt
ergo philistim quod vnxisset dauid
regem super israel et ascenderunt
vniuersi ut quererent dauid Quod

cum audisset dauid descendit in pre-
sidium Philistim autem venientes diffusi
sunt in valle raphaym Et consuluit
dauid dominum dicens Si ascendam ad philis-
tim Et si dabis eos in manu mea
Et dixit dominus ad dauid Ascende quia
tradens tradam philistim in manu
tua Venit ergo dauid in baal pha-
rasim Et percussit eos ibi Et dixit
Diuisit dominus inimicos meos coram
me sicut diuiduntur aque propterea vocatum
est nomen loci illius baalpharasim
Et reliquerunt ibi sculptilia sua
que tulit dauid et viri eius Et ad-
diderunt adhuc philistim ut ascen-
derent et diffusi sunt in valle raphaym
Consuluit autem dauid dominum dicens Si as-
cendam contra philisteos et si tradas
eos in manus meas Qui respondit Non
ascendas obuiam eis sed gyra post
tergum eorum Et venies ad eos ex ad-
uerso pirorum Et cum audieris sonum
tu clamoris gradientis in cacumine
pirorum tunc inibis prelium quia tunc egre-
dietur dominus ante faciem tuam ut percuciat
castra philistim Fecit itaque dauid
sicut preceperat ei dominus et percussit philis-
tim de gabaa usque dum venias gezer

Congregauit autem **Capitulum vi**
dauid rursum omnes electos ex
israhel xxx milia Surrexitque da-
uid et abiit et vniuersus populus qui erat
cum eo de viris iuda ut adducerent
archam dei super quam inuocatum est
nomen domini exercituum sedentis in che-
rubin super ea Et imposuerunt archam
super plaustrum nouum Tuleruntque eam
de domo aminadab qui erat in gabaa
Oza autem et hayo filii aminadab mi-

nabat plaustrum novum. Cumque tulissent
eam de domo aminadab qui erat in gabaa
custodiens archam dei. hayo precedebat
archam. David autem et omnis israel ludebant
ante archam coram domino in omnibus lignis
fabrefactis et cytharis et lyris et
tympanis et sistris et cymbalis. Post-
quam autem venerunt ad aream nachor
extendit manum suam oza ad archam
dei et tenuit eam quoniam calcitrabant
boves et declinaverunt eam. Iratusque
est indignatione dominus contra ozam
et percussit eum super temeritate. Qui mor-
tuus est ibi iuxta archam dei. Contris-
tatus est autem david eo quod percussisset
dominus ozam. Et vocatum est nomen loci illius
percussio oze usque in presentem diem. Et ex-
timuit david dominum in die illa dicens
Quomodo ingredietur ad me archa
dei. et noluit divertere ad se archam
domini in civitatem david. Sed divertit
eam in domum obethedom gethei.
et fuit archa ibi tribus mensibus.
Et benedixit dominus obethedom et omnem
domum eius. Nunciatumque est david
regi quod benedixisset dominus obethedom
propter archam dei. Dixitque david
Ibo et reducam archam dei cum bene-
dictione in domum meam. Abiit ergo
david et adduxit archam dei de do-
mo obethedom in civitatem david
cum gaudio. Et erant cum david vii
chori et victima vituli. Cumque tran-
scendissent qui portabant archam domini
sex passus ymolabant bovem et ovem
et arietem. Et david percuciebat
in organis armigatis et saltabat
totis viribus ante dominum. Porro da-
vid accinctus erat ephod lineo. Et
david et omnis domus israel deduce-
bant archam testamenti domini in iubilo et in
clangore bucine. Cumque intrasset archa
domini in civitatem david. Michol filia
saul prospiciens per fenestram vidit
regem david subsilientem atque salta-
tem coram domino et despexit eum in
corde suo. Et introduxerunt archam
dei et posuerunt eam in loco suo in medio
tabernaculi quod tetenderat ei david.
Et obtulit david holocausta coram
domino et pacifica. Cumque complesset offe-
rens holocausta et pacifica. bene-
dixit populum in nomine domini exercituum.
Et partitus est universe multitudini
israel tam viro quam mulieri singulis collirida
panis unam et assaturam bubale
carnis unam et similam frixam oleo.
Et abiit omnis populus unusquisque in domum
suam. Reversusque est rex david ut be-
nediceret domui sue. Et egressa mi-
chol filia saul in occursum david ait
Quam gloriosus fuit hodie rex israel dis-
cooperiens se ante ancillas servorum
suorum et nudatus est quasi si nudetur
unus de scurris. Dixitque david ad
michol. Vivit dominus quia ludam ante dominum
qui elegit me potius quam patrem tuum et
quam omnem domum eius et precepit michi
ut essem dux super populum domini israel. Lu-
dam et vilior fiam plusquam factus
sum et ero humilis in oculis meis. Et
cum ancillis de quibus locuta es
gloriosior apparebo. Igitur michol filie
saul non est natus filius usque ad di-
em mortis sue. Capitulum vii.

Factum est autem cum sedisset rex in
domo sua et dominus dedisset ei
requiem undique ab universis ini-
micis suis dixit ad nathan prophetam

Vides ne quod ego habitem in domo ce-
drina Et archa dei posita sit in me-
dio pellium Dixitque nathan ad regem
Omne quod est in corde tuo vade et
fac quia dominus tecum est Factum est autem
in nocte illa Et ecce sermo domini ad
nathan dicens Vade et loquere ad servum
meum david Hec dicit dominus Nunquid
tu edificabis mihi domum ad habitandum
Neque enim habitavi in domo ex die qua
eduxi filios israel de terra egipti usque
in diem hanc Sed ambulavi in taber-
naculo et in tectorio per cuncta loca
ad que transivi cum omnibus filiis israel
Nunquid loquens locutus sum ad unam
de tribubus israel Cui precepi ut pas-
ceret populum meum israel dicens Quare
non edificastis michi domum cedri-
nam Et nunc hec dices servo meo da-
vid Hec dicit dominus exercituum Ego te
tuli de pascuis sequentem greges ut
esses dux super populum meum israel et fui
tecum in omnibus ubicumque ambulasti et
interfeci universos inimicos tuos a fa-
cie tua Fecique tibi nomen grande iuxta
nomen magnorum qui sunt in terra Et po-
nam locum populo meo et plantabo eum et ha-
bitabit cum eo et non turbabitur amplius
Nec addent filii iniquitatis ut affligant
eum sicut prius ex die qua constitui iu-
dices super populum meum israel Et requiem
tibi dabo ab omnibus inimicis tuis
Predixitque tibi dominus quod faciat sibi do-
mum Cumque completi fuerint dies tui
et dormieris cum patribus tuis Susci-
tabo semen tuum post te quod egre-
dietur de utero tuo et firmabo regnum
eius Ipse edificabit domum nomini
meo et stabiliam thronum regni
eius usque in sempiternum et ego ero

ei in patrem et ipse erit mihi in filium Qui
si inique aliquid gesserit arguam
eum in virga virorum et in plagis fili-
orum hominum Misericordiam autem meam non aufe-
ram ab eo sicut abstuli a saul quem
amovi a facie mea Et fidelis erit
domus tua et regnum tuum usque in
eternum ante faciem meam Et thronus
tuus erit firmus iugiter Et in omnia ver-
ba hec et iuxta universam visionem istam
Sic locutus est nathan ad david
Ingressus est autem rex david et sedit
coram domino et dixit Quis ego sum
domine deus meus et que est domus mea
quia adduxisti me usque huc Sed et
hoc parum visum est in conspectu tuo
domine deus meus quia dilexisti
me nisi loquereris etiam de domo
servi tui in longinquum Ista est enim
lex adam domine deus meus Quid
ergo addere poterit adhuc david ut
loquatur ad te Tu enim scis servum
tuum domine deus propter verbum tuum et secundum
cor tuum fecisti omnia magnalia hec
ita ut notum faceres servo tuo Idcirco
magnificatus es domine deus quia
non est similis tui neque est extra te deus
in omnibus que audivimus auribus nostris
Que est autem gens ut populus tuus israel
in terra propter quam ivit deus ut redi-
meret eam sibi in populum et poneret sibi
nomen faceretque eis magnalia et
horribilia super terram a facie populi tui
quem redemisti tibi ex egipto gentem
et deos eius Et firmasti tibi populum
tuum israel in populum sempiternum Et tu
domine factus es eis in deum Nunc ergo domine
deus Verbum quod locutus es super
servum tuum et super domum eius suscita

in sempiternu z fac sicut locutus es
et magnificetur nomen tuu usqꝫ i sempi
ternu atqꝫ dicatur dns exercituu deus
sup israel Et domus servi tui dd erit sta
bilita dauid cora dno qr tu dne deus
exercituu deus israel reuelasti auri
culam servi tui dicens Domu edificabo
tibi ppterea inuenit servus tuus cor suu
ut oraret te oroe hac Nuc g dne
deus Tu es verus deus israel et ver
ba tua erunt vera Locutus es ad servu
tuu bona hec Incipe igit et bndic
domui servi tui ut sit i sempiternu
cora te Quia tu dne deus locutus
es hec et bndictione tua bndicatur
dom servi tui i sempiternu Cap viii

Factu e at post hec pcussit da
uid philistim et humiliavit eos
et tulit dauid frenu tributi de
manu philistim Et pcussit moab
et mensus e eos funiculo coequans
terre Mensus e at duos funiculos
unu ad occidendu et unu ad vivi
ficandu Et factus e moab dauid ser
uiens sub tributo Et pcussit dauid
Adezer filiu Roob rege Soba qn
pfectus e ut dnaretur sup flume
eufraten Et captis dauid ex pte
eius mille septigentis equitibus et xx
milibus peditu subneruauit oes
iugales curruu Dereliquit at ex eis
centu currus Venit qꝫ Syria damasci
ut psidiu ferret Adezer regi So
ba Et pcussit dauid de siria xxij
milia viroꝝ Et posuit dauid psidiu
in Syria damasci Factaqꝫ e syria
dauid suiens sub tributo Serua
uit at dns dauid in oibus ad que
cuqꝫ pfectus e Et tulit dauid ar
ma aurea et torques que habebat

servi Adezer et tulit ea i ierlm Et
de bethaam et de beroth ciuitatibus
adezer Tulit rex dauid es multu
nimis ex quo fecit salon oia vasa
erea i teplo et mare ereu z colup
nas et altare Audiuit at Thoy rex
Emath qr pcussisset dauid oe robur
adezer Et misit thoy Ioram filiu
suu ad rege dauid ut salutaret eu
Congratulans et gras agens eo qr
expugnasset adezer et pcussisset eu
Hostis em erat thoy adezer z i manu
eius erant vasa argentea z aurea
et vasa erea et vasa ferrea que et
ipa sctificauit rex dauid dno cu ar
gento et auro que sctificauerat z de vni
uersis gentibus quas subegerat
de Syria et Moab et philistim et
filijs Amon et Amalech et de ma
nubijs Adezer filij Roob regis Soba
Fecit qꝫ dauid sibi nome cu reu
teretur capta Syria in valle salinaꝝ
cesis xviij milibus et i gebelem ad
xviij milia Et posuit in ydumea
custodes Statuitqꝫ psidiu Et facta
e vniuersa ydumea suiens dauid Et
seruauit dns dauid in oibus ad que
cuqꝫ pfectus e Et regnat dauid
sup omem israel Faciebat qꝫ dauid
iudiciu et iusticia omi ppo suo Ioab
at filius Saruie erat sup exercitum
Porro Iosaphat filius Ahilud p
erat acometarius et Sadoch filius
Achitob et Abimelech filius Abia
thar erant sacerdotes Et Saraias
scriba Banayas at filius Ioyade
sup cerethi z pheleti filij at dau erant sac

Et dixit dauid putas Cap IX
ne est aliquis qui remansit
de domo Saul ut faciam cu eo miam

ppter Jonatham. Erat aut de domo
Saul servus noie Syba. Que cu vo-
casset ad se rex dixit ei. Tu es ne
Syba. Et ille rndit. Ego su servus
tuus. Et ait rex. Nu sup e aliqs
de domo Saul ut faciã cu eo miam
dei. Dixitq Siba regi. Sup e filius
Jonathe debilis pedibus. Ubi inqt
e. Et ait Siba ad rege. Ecce i domo
e machir filii amihel i lodabar.
Misit ergo rex david et tulit eu.
Cu gº venisset Miphiboseth filius
Jonathe filii saul ad david corruit
in facie sua et adoravit. Dixitq da-
vid. Miphiboseth. Qui rndit. Assu
servus tuus. Et ait ei david. Ne timeas
quia faciens faciã in te miam ppter
Jonathan prem tuu. Et restituam
tibi omes agros saul pris tui et
tu comedes pane i mesa mea sp.
Qui adorans eu dixit. Quis ego
su servus tuus qm respexisti super
cane mortuu silem mei. Vocavit
itaq rex Sibam pueru et dixit ei. Oã
di filio dni tui oia quecumq fuerut
Saul et uniusa domu eius. Operare g
ei tra tu et filii tui et servi tui. Et in-
feres filio dni tui cibos ut alat. Miphi-
boseth aut filius dni tui comedet sp
pane sup mesa mea. Erant aut Sybe xv
filii et xx servi. Dixitq Syba ad re-
ge. Sicut iussisti dne mi rex servo tuo
sic faciet servus tuus. Et miphiboseth
comedet sup mesa tua quasi unus
de filiis regis. Habebat aut miphibo-
seth filiu parvulu noie Micham. Ois
vo cognatio domus Sybe serviebat
Miphiboseth. Porro miphiboseth
habitabat in ihrlm quia de mensa
regis iugiter vescebat et erat clau-
dus utraque pede.

Factu e aute post-hec ut moreret naas rex filioz — Capitulum x
Amon. Et regnavit Amon filius
eius p eo. Dixitq david. Faciam miam
cu anon filio naas. Sicut fecit pr
eius mecu miam. Misit gº david co-
solās eu p servos suos sup prē in-
teritu. Cu aut venissent servi david i
tra filioz Amon. Dixert principes
filioz amon ad Amon dnm suu.
Putas q ppt honore pris tui mi-
serit david ad te consolatores. Et no
ideo ut investigaret et exploraret ci-
vitate et everteret ea misit david ser-
vos suos ad te. Tulit itaq Amon
servos david. Rasitq dimidia ptem
barbe eoz et pcidit vestes eoz me-
dias usq ad nates et dimisit eos.
Quod cu nunciatu esset david mi-
sit in occursu eoz. Erant eni viri con-
fusi turpit valde et madavit eis
david. Manete i iericho done
crescat barba vra. Et tuc revertimi.
Videntes aut filii amon q iniuriam
fecissent david miserunt et conduxert
mercede Syru Rohob et Syru Soba
xx milia peditu. Et a rege maacha
mille viros et ab ischob xii milia
viroru. Quod cu audisset david misit
Joab et omem exercitu bellatoz. Egres-
si ergo sunt filii Amon et direxerut
aciem an ipm introitu porte. Syrus
aut Soba et Rohob et Histhob et ma-
acha seorsu erat in campo. Videns igr
Joab q ppatu esset adversu se pliu
et ex adverso et post tergu elegit sibi
ex oibus electis isrl. Et instruxit
aciem cont Syru. Reliqua aute
parte ppli tradidit abysay fratri
suo. Qui direxit acie adversu filios

= histhob

Amon Et ait Joab Si preualuerint aduersum me siri Tu eris mihi in adiutorium Si autem filii Amon preualuerint aduersum te ego auxiliabor tibi Esto vir fortis et pugnemus pro populo nostro et ciuitate dei nostri Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo Iniit itaque Joab et populus eius qui erat cum eo certamen contra syros qui statim fugerunt a facie eius Filii autem Amon videntes quod fugissent Syri fugerunt et ipsi a facie abysay Et ingressi sunt ciuitatem Reuersusque est Joab a filiis amon et venit ierusalem Videntes igitur filii amon quoniam Syrus expauit et quod corruissent coram israel Congregati sunt pariter Misitque Adadezer et eduxit syros qui erant trans fluuium et adduxit exercitum eorum Sobach autem magister milicie adezer erat princeps eorum Quod cum nunciatum esset dauid contraxit omnem israhelem et transiuit iordanem Venitque in helema Et direxerunt aciem Syri ex aduerso dauid et pugnauerunt contra eum fugeruntque Siri a facie israel Et occidit dauid de Siris septingentos currus et xl milia equitum Et Sobach principem milicie percussit qui statim mortuus est Videntes autem vniuersi reges qui erant in presidio adezer victos se esse ab israel expauerunt et fugierunt lviij milia coram israel Feceruntque pacem cum israel et seruierunt eis Timueruntque Siri auxilium prebere filiis amon

Cap XI

Factum est autem euertente anno eo tempore quo solent reges ad bella procedere misit dauid Joab et seruos suos cum eo et vniuersum israel et vastauerunt filios amon et obsederunt rabath Dauid autem remansit in ierusalem Dum hec agerentur Accidit quadam die ut surgeret dauid de stratu suo post meridiem et deambularet in solario domus regie viditque bersabee se lauantem ex aduerso super solarium suum Erat autem mulier pulchra valde Misit ergo rex et requisiuit que esset mulier Nunciatumque est ei quod ipsa esset bersabee filia heliam vxor vrie ethei Missis itaque dauid nunciis tulit eam Que cum ingressa esset ad illum Dormiuit cum ea Statimque sanctificata est ab inmundicia sua et reuersa est in domum suam concepto fetu Mittensque nunciauit dauid et ait Concepi Misit autem dauid statim ad Joab dicens Mitte ad me vriam etheum Misitque Joab ad vriam Et venit vrias ad dauid Quesiuitque dauid quam recte ageret Joab et populus et quomodo administraretur bellum Et dixit dauid ad vriam Vade in domum tuam et laua pedes tuos Et egressus est vrias de domo regis secutusque est eum cibus regius Dormiuit autem vrias ante portas domus regie cum aliis seruis domini sui Et non descendit in domum suam Nunciatumque est dauid a dicentibus Non abiit vrias in domum suam Et ait dauid ad vriam Numquid non de via longinqua venisti Quare non descendisti ad domum tuam Et ait vrias ad dauid Archa dei et israel et Juda habitant in papilionibus et dominus meus Joab et serui domini mei super faciem terre manent Et ego ingrediar domum meam ut comedam et bibam et dormiam cum vxore mea Per salutem tuam et salutem anime tue quod non faciam rem hanc

Mansit ergo dauid ad vria. Mane hic
etiam hodie. Et cras dimittam te. Mansit
itaque vrias in ierusalem die illa et altera.
Et vocauit eum dauid ut comederet
coram se et biberet et inebriauit eum
Qui egressus vespere dormiuit si-
militer in stratu suo cum seruis dauid
domini sui et in domum suam non descendit.
Factum est ergo mane. Et scripsit dauid
epistolam ad ~~dauid~~ Joab. Misitque per
manum vrie scribens in epistola. Poni-
te vriam ex aduerso belli, vbi fortissi-
mum prelium est et derelinquite ut per-
cussus intereat. Igitur cum Joab obsi-
deret vrbem posuit vriam in loco quo
sciebat viros esse fortissimos. Egressi-
que viri de ciuitate bellabant aduersum
Joab et ceciderunt de populo seruorum dauid
et mortuus est etiam vrias etheus.
Misit itaque Joab et nunciauit dauid
omnia verba prelii. Precepitque nuncio dicens
Cum compleueris vniuersos sermones belli
ad regem si eum videris indignari. Et
dixerit Quare accessistis ad murum
ut preliaremini an ignorabatis quod mul-
ta desuper ex muro tela mittantur. Quis
percussit Abimelech filium Jeroboal.
Nonne mulier misit super eum fragmen
mole de muro et interfecit eum in
thebes. Quare iuxta murum accessistis
dices. Etiam vrias etheus seruus tuus
mortuus est et occubuit. Abiit ergo nun-
cius et venit et nunciauit dauid omnia que
preceperat ei Joab. Et dixit nuncius ad da-
uid. Preualuerunt aduersum nos viri et
egressi sunt ad nos in agrum. Nos autem
facto impetu persecuti eos sumus
vsque ad portam ciuitatis et direxerunt
iacula sagittarii ad seruos tuos ex muro
desuper. Mortuique sunt de seruis regis.
Quin etiam seruus tuus vrias etheus
mortuus est. Et dixit dauid ad nun-
cium. Hec dices Joab. Non te frangat
ista res. Varius enim est euentus belli
et nunc hunc nunc illum consumit gladius.
Conforta bellatores tuos aduersum
vrbem ut destruas eam et exhortare
eos. Audiuit autem vxor vrie quod mor-
tuus esset vrias vir suus et planxit
eum. Transactoque luctu misit dauid
et introduxit eam in domum suam
Et facta est ei vxor. Peperitque ei filium
Et displicuit verbum hoc quod fecerat dauid coram domino

Capitulum xij

Misit ergo dominus
nathan ad dauid. Qui cum ve-
nisset ad eum dixit ei. Responde mihi iudicium.
Duo viri erant in ciuitate vna. Vnus
diues et alter pauper. Diues habebat
oues et boues plurimos valde. Pau-
per autem nichil habebat omnino preter
ouiculam vnam paruulam quam emerat
et nutrierat et creuerat apud eum cum
filiis eius simul de pane illius come-
dens et de calice eius bibens et in sinu
eius dormiens. Eratque illi sicut fi-
lia. Cum autem peregrinus quidam venisset
ad diuitem, parcens ille sumere de oui-
bus et de bobus suis ut exhiberet
conuiuium peregrino illi qui venerat ad
se tulit ouem pauperis et preparauit
cibos illi peregrino qui venerat ad se.
Iratusque indignatione dauid aduersus
hominem illum nimis dixitque ad nathan
Viuit dominus quoniam filius mortis est vir
qui fecit hoc. Ouem reddet in quadru-
plum eo quod fecerit verbum istud et non pe-
percerit. Dixit autem nathan ad dauid
Tu es ille vir qui fecisti hanc rem

hec dicit dns dns ist̄l Ego vnxi
te in rege sup ist̄l et ego erui te
de manu saul et dedi tibi domu dñi
tui saul et vxores dñi tui dedi i
sinu tuo Dedi q̄ tibi domu ist̄l et
iuda Et si pua sut ista adiica tibi
multo maiora Quare g̃ contempsisti
verbum dñi ut faceres malum i conspectu
meo Uriam ethei percussisti gladio
et uxorem illius accepisti et interfe-
cisti eu gladio filioz amon Nunc
obrem non recedet gladius de domo
tua usq; in sempit̄num eo q̄ despexi
sti me et tulisti uxorem vrie ethei
ut esset uxor tua Itaq; hec dicit
dns Ecce ego suscitabo sup te ma-
lu de domo tua et tollam uxores
tuas in oculis tuis i dabo proxi
tuo et dormiet cu uxoribus tuis
in oculis solis huius Tu enim fecisti
abscondite Ego vo faciam verbum
istud i conspectu oim ist̄l et i conspectu solis
huius Et dixit dauid ad Nathan
Peccaui dño Dixitq; nathan ad
dauid Dns q̄q; trānstulit peccm tuum
non morieris Verumtm blasphe-
mare fecisti inimicos nomē dñi
propt̄ verbum hoc filius q̄ natus est tibi
morte morietur Et reuersus e nathan
in domu sua Percussitq; dns puer
lum quē pepererat uxor vrie dauid
et defectatus e Deprecatusq; e dau
dñm q̄ puero et ieiunauit dauid
ieiunio et ingressus pernoctauit
supra Venerut ad eum seniores domus
sue ut erigerent eu ut surgeret de tra
qui noluit neq; comedit cu eis
cibu Factū e die septimo ut mo-
reret̄ infans Timuerunt serui dauid
nunciare ei eo q̄ mortuus esset puer
lus Dixerunt enim Ecce cu puerulus
adhuc viuet loq̄bam ad eu et non
audiuit, vocē nr̄az Quanto magis
ci dicemus q̄ mortuus e puer si af-
fliget se eu g̃ audisset dauid fluc
suos musitantes Intellexit q̄ mor-
tuus esset infantulus Dixitq; ad
seruos suos Numquid mortuus e puer
Qui rndерunt ei mortuus e Sur-
rexit igit̄ dauid de tra Lotusq; me
tus e unctusq; mutasset vestimēta
sua i ingressus e domu dñi i adorauit Et ven
in domu sua Petiitq; ut ponerent
ei panē et comedit Dixerunt ad eu
serui sui Quid e hmo quē fecisti q̄d
infante eu adhuc viuet ieiunasti
et flebas Mortuo at puero surrexisti
et comedisti panē Qui ait q̄d infa-
tem eu adhuc viuet ieiunaui et
flebam Forsitan dicebam quis scit si forte
donet eu nr̄ dns et viuet infans
Nunc at quia mortuus e quare ie-
iunus Numq; potero eu reuocare am-
plius Ego vadam magis ad eu Ille
vero non reuertet ad me Et consolatus
e dauid Bersabee uxorē suā ingres-
sus ad ea dormiuit eu ea Que
genuit ei filiu Et vocauit nomē
eius Salomon Et dns dilexit eu
misitq; eu in manu Nathan pphete
Et vocauit nomē eius amabilis
dño eo q̄ dilexerit eu dns Igit̄ pug-
nabat Joab cont̄ Rabach regem
filioz amon et expugnabat urbem
regiam Misitq; Joab nuncios
ad dauid dicēs Dimicaui aduersus

Rabbath Et capienda e urbs aquarum
Nunc igitur Congrega reliquam partem
populi et obside civitatem et cape ea
Ne cum a me vastata fuerit urbs noi
meo ascribatur victoria Congregavit
itaq david omem populum et profectus
e adversum Rabbath Cumq dimicasset
cepit eam Et tulit dyadema regis
eorum de capite eius pondo auri
talentum habens gemmas preciosissimas
et impositum e super caput david Sed
et predam civitatis asportavit multam
nimis Populum quoq eius adducens
serravit et circuegit super eos ferrata
carpenta Divisitq cultris et tras-
duxit in typo laterum Sic fecit uni-
versis civitatibus filiorum amon Et reu-
sus e david et omnis exercitus eius in ierusalem

Factum e autem post Capitulum xiii
haec ut absolon filius david
haberet sororem speciosissimam noie
thamar et adamaret eam Amon
filius david et diligeret eam valde
ita ut egrotaret ob amorem eius Quia
cum esset virgo difficile ei videbatur
ut quippiam inhoneste ageret cum ea
Erat autem amon amicus noie Jona-
dab filius Semmaa fratris david vir
prudens valde Qui dixit ad eum Qua-
re sic attenuaris macie fili regis
per singulos dies Cur non indicas
michi Dixitq ei Amon Thamar
sororem fris mei absolon Amo Cui
rndit Jonadab Cuba super lectum tuum
et languorem simula Cumq venerit
pater tuus ut visitet te Dic ei Veniat
oro thamar soror mea ut michi
det cibum et faciat pulmentum ut co-
medam de manu eius Accubuit itaq
amon et quasi egrotare cepit Cumq ve-
nisset rex ad visitandum eum Ait amon
ad regem Veniat obsecro thamar
soror mea ut faciat in oculis meis
duas sorbiciunculas et cibum de manu
capiam de manu eius Misit g° david
ad thamar domum dicens Veni in do-
mum fris tui amon et fac ei pulme-
tum Venitq thamar in domum amon
fris sui Ille autem iacebat Que tollens
farinam commiscuit et liquefaciens in
oculis eius coxit sorbiciunculas
tollensq quod coxerat effudit et po-
suit coram eo et noluit comedere
Dixitq amon Eicite universos a me
Cumq eiecissent omnes dixit Amon ad
thamar Infer cibum in conclave ut
vescar de manu tua Tulit g° thamar
sorbiciunculas quas fecerat et intulit
ad amon fratrem suum in conclavi Cumq
obtulisset ei cibum Apprehendit eam et ait
Veni cuba mecum soror mea Que re-
spondit ei Noli frater mi Noli opprime-
re me Neq enim phas est hoc in ysrl
Noli facere stulticiam hanc Ego enim
ferre non potero obprobrium meum Et
tu eris quasi unus de insipientibus in ysrl
Quin pocius loquere ad regem et non ne-
gabit me tibi Noluit autem acquiescere
precibus eius sed prevalens viribus
oppressit eam et cubuit cum illa et ex-
osam eam habuit amon odio mag-
no nimis ita ut maius esset odium
quo oderat eam amore quo ante dilexerat
Dixitq ei amon Surge vade Que
rndit ei Maius e hoc malum quod
nunc agis adversum me quam quod ante fe-
cisti expellens me Et noluit eam

audiens. Sed vocato puero qui ministrabat ei dixit. Eice hanc a me foras et claude ostium post eam. Que induta erat talari tunica. Huiuscemodi enim filie regis virgines vestibus utebantur. Eiecit itaque eam minister illius foras clausitque fores post eam. Que aspergens cinerem capiti suo scissa talari tunica inpositisque manibus super caput suum ibat ingrediens et clamans. Dixit autem Absolon frater eius. Numquid amon frater tuus concubuit tecum. Sed nunc soror tace. frater tuus est nec affligas cor tuum pro re hac. Mansit itaque thamar contabescens in domo absolon fratris sui. Cum autem audisset rex david verba hec contristatus est valde et noluit contristare spiritum amon filii sui quem diligebat eum quia primogenitus erat ei. Porro non est locutus absolon ad amon nec malum nec bonum. Oderat enim absolon amon eo quod violasset thamar sororem suam. Factum est autem post tempus biennii ut tonderentur oves absolon in baalasor que est iuxta effraym. Et vocavit absolon omnes filios regis venitque ad regem et ait ad eum. Ecce tonduntur oves servi tui. Veniat oro rex cum servis suis ad servum suum. Dixitque rex ad absolon. Noli fili mi noli rogare ut veniamus omnes et gravemus te. Cum autem cogeret eum et noluisset venire benedixit ei. Et ait absolon ad david Si non vis venire. Veniat obsecro nobiscum saltem amon frater meus. Dixitque ad eum rex. Non est necesse ut vadat tecum. Coegit itaque eum absolon et dimisit cum eo amon

et universos filios regis. Feceratque absolon convivium quasi convivium regis. Preceperat autem absolon pueris suis dicens. Observate cum temulentus fuerit amon vino et dixero vobis percutite eum et interficite et nolite timere. Ego enim sum qui precipio vobis. Roboramini et estote viri fortes. Fecerunt ergo pueri absolon adversum amon sicut preceperat illis absolon. Surgentesque omnes filii regis ascenderunt singuli mulas suas et fugerunt. Cumque adhuc pergerent in itinere fama pervenit ad david dicens. Percussit absolon omnes filios regis et non remansit ex eis saltem unus. Surrexit itaque rex et scidit vestimenta sua et cecidit super terram et omnes servi ipsius qui assistebant ei sciderunt vestimenta sua. Respondens autem Ionadab filius Sammaa fratris david dixit. Ne estimet dominus meus rex quod omnes pueri filii regis occisi sunt. Amon autem solus mortuus est quoniam in odio absolon erat positus ex die qua oppresserat thamar sororem eius. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud dicens omnes filii regis occisi sunt quoniam amon solus mortuus est. Fugit autem absolon. Et levavit puer speculator oculos suos et aspexit. Et ecce populus multus veniebat per iter devium ex latere montis. Dixit autem Ionadab ad regem. Ecce filii regis assunt iuxta verbum servi tui sic factum est. Cumque cessasset loqui apparuerunt filii regis et intrantes levaverunt vocem suam et fleverunt. Sed et rex et omnes servi eius fleverunt ploratu

magno nimis. Porro absolon fu-
giens abiit ad tholomay filium amiu-
ur regem gessur. Luxit ergo dauid fi-
lium suum Amon multis diebus. Ab-
solon autem cum fugisset et venisset in gessur
fuit ibi tribus annis. Cessauitque
rex dauid persequi absolon eo quod
consolatus esset super Amon interitu.

Cap xiiij

Intelligens autem Joab
filius saruie quod cor regis versum
esset ad absolon misit tecuam et
tulit inde mulierem sapientem dixit-
que ad eam lugere te simula et indu-
ere veste lugubri et ne unguaris
oleo ut sis quasi mulier plurimo iam tempore
lugens mortuum. Et ingredieris
ad regem loquerisque ad eum sermones
huiuscemodi. Posuit autem Joab ver-
ba in ore eius. Itaque cum ingressa
fuisset mulier thecuites ad regem
cecidit coram eo super terram et adorauit
et dixit Salue mi rex. Et ait ad
eam rex Quid cause habes. Que re-
spondit Heu mulier vidua ego sum
mortuus est enim vir meus et ancille
tue erant duo filij qui rixati sunt
aduersum se in agro nullusque erat qui
eos prohibere posset et percussit alter
alterum et interfecit eum. Et ecce con-
surgens vniuersa cognatio aduersum
ancillam tuam dicit Trade eum qui per-
cussit fratrem suum ut occidamus eum
pro anima fratris sui quem interfecit et deleamus
heredem et querunt extinguere scintillam
meam que relicta est ut non supersit viro
meo nomen et reliquie super terram. Et ait
rex ad mulierem Vade in domum
tuam et ego iubebo pro te. Dixitque
mulier thecuites ad regem In me
domine mi rex sit hec iniquitas et in
domum patris mei. Rex autem et thronus
eius sit innocens. Et ait rex Qui con-
tradixerit tibi adduc eum ad me et ultra
non addet ut tangat te. Que ait Re-
cordetur rex domini dei sui ut non multipli-
centur proximi sanguinis ad ulciscendum
et nequaquam interficient filium meum. Qui
ait Viuit dominus quia non cadet de ca-
pillis filij tui super terram. Dixit ergo mulier
Loquatur ancilla tua ad dominum meum
regem verbum. Et ait rex Loquere. Dixitque mulier
Quare cogitasti huiuscemodi rem contra
populum dei. Et locutus est rex verbum istud
ut peccet et non reducat abiectum
suum. Omnes morimur et quasi aque dila-
bimur in terram que non reuertuntur. Nec
vult deus perire animam sed retractat co-
gitans ne pereat penitus qui abiectus est.
Nunc igitur veni ut loquar ad regem
dominum meum verbum hoc presente populo. Et dixit
ancilla tua Loquar ad regem si quomodo
faciat rex verbum ancille sue. Et au-
diuit rex ut liberaret ancillam
suam de manu omnium qui volebant de he-
reditate domini delere me et filium meum si-
mul. Dicat ergo ancilla tua ut fiat
verbum domini mei regis sicut sacrificium.
Sicut enim angelus domini sic est dominus
meus rex ut nec benedictione nec male-
dictione moueatur. Unde et dominus deus tuus
tecum est. Et respondens rex dauid dixit
ad mulierem Ne abscondas a me verbum
quod interrogo te. Dixitque mulier Lo-
quere domine mi rex. Et ait rex Numquid
manus Joab tecum est in omnibus istis.
Respondit mulier et ait Per salutem
anime tue domine mi rex nec ad dexteram
nec ad sinistram est ex omnibus hijs
que locutus est dominus meus rex. Seruus

em tuus Joab Ipse precepit m͡i et ipse
posuit in os meu͡ ancille tue omnia
va hec ut verterem figuram sermonis
huius. Servus tuus Joab precepit istud
Tu aut͡ dne mi rex sapiens es sicut
hz sapientiam angelus dei ut intelligas
omnia sup terra. Et ait rex ad Joab
Ecce placatus feci verbum tuum. Vade ergo
et revoca puerum absolon. Cadensque
Joab sup terram in faciem suam adoravit
et benedixit regi. Et dixit Joab. Hodie
intellexit servus tuus quod inveni gratiam
in oculis tuis dne mi rex. Fecisti enim
sermonem servi tui. Surrexit ergo Joab
et abiit in Jessur et adduxit abso-
lon in iherusalem. Dixit aut͡ rex. Revertatur
in domum suam et faciem regis non
videat. Reversus est itaque absolon
in domum suam et faciem regis non
vidit. Porro sicut absolon vir
non erat pulcher in omni israhel et decorus
nimis a vestigio pedis usque ad
verticem non erat in eo ulla macula
et quanto magis tondebat capil-
los tanto amplius crescebant. Se-
mel aut͡ in anno tondebatur quia grava-
vabat eu͡ cesaries capillos ca-
pitis sui ducentis siclis pondere
publico ponderabat. Nati sunt
aut͡ absolon filii tres et filia una
nomine thamar elegantis forme.
Mansitque absolon in iherusalem duo-
bus annis et faciem regis non vidit.
Misit itaque ad Joab ut mitteret eum
ad regem. Qui noluit venire ad eum.
Cumque secundo misisset et ille venire
noluisset dixit servis suis. Scitis
agrum Joab iuxta agrum meum habentem
messem ordei. Ite igitur et succendite

ea igni. Succenderunt igitur servi ab-
solon segetem igni. Et venientes
servi Joab scissis vestibus suis dixe-
runt ad Job. Succenderunt servi abso-
lon partem agri igni. Surrexitque
Joab et venit ad absolon in domum
eius et dixit. Quare succenderunt servi
tui segetem meam igni. Et rndit ab-
solon ad Joab. Misi ad te obsecrans
ut venires ad me et mitterem te ad
regem ut diceres ei. Quare veni de Jes-
sur. Melius m͡i erat ut essem ibi. Ob-
secro ergo ut videam faciem regis. Quod si
memor est iniquitatis mee interficiat me.
Ingressus itaque Joab ad regem nun-
ciavit ei. Vocatusque est absolon. Et in-
travit ad regem et adoravit sup facie
terre coram eo. Osculatusque est absolon rex.

Igitur post hec fecit CAP XV
sibi Absolon currus et equites
et quinquaginta viros qui precederent eum.
Et mane consurgens absolon sta-
bat iuxta introitum porte in via et
omnem virum qui habebat negotium ut ve-
niret ad regis iudicium vocabat
ad se absolon et dicebat. De qua civitate
es tu. Qui respondens aiebat. Ex una
tribu israhel ego sum servus tuus. Rndebat-
que ei absolon. Videntur m͡i sermones tui
boni et iusti. Sed non est qui te audiat
constitutus a rege. Dicebatque abso-
lon. Quis me constituat iudicem
sup terram ut ad me veniant omnes qui
habent negotium et iuste iudicem. Sed et
cum accederet ad eum homo ut salutaret
illum. Extendebat manum suam et apprehen-
dens osculabatur eum. Faciebatque hoc
omni israheli qui veniebat ad iudicium
ut audiretur a rege et sollicitabat
corda virorum israhel. Post quatuor aut͡
annos dixit Absolon ad regem David

Vadā et reddā vota mea ī hebron
dnō que voui Vouēs eni vouit
suus tuus cū esset in Iessur syrie
dicēs Si reduxit me deus in ierlm
sacrificabo dnō Dixitq̄ ei rex da
uid Vade in pace Et surrexit et
abiit in hebron Misit aūt Absolon
exploratores in vniuersas tribꝰ isrl
dicēs Statim cū audieritis clagore
buccine dicite Regnabit Absolō
in hebron Porro cū absolon ierūt
ducenti viri de ierlm vocati euntes sī
plici corde et causā penitus igno
rantes Accersiuit q̄z absolon Achi
tophel Gylonitem cōsiliariū da
uid de ciuitate sua gilo / cū ymola
ret victimas Et factā ē coniuraco va
lida / ppłus q̄z cōcurrēs augebatur cū
absolon Venit igitur nuncius ad dauid
dicēs Toto corde vniuersus isrl se
quitur absolon Et ait dauid seruis
suis qui erant cū eo in ierlm Sur
gite et fugiamꝰ Neq̄ enī erit nobis
effugiū a facie absolon Festinate
et egredimini ne forte veniat et oc
cupet nos et impellat sup nos ru
inam et percuciat ciuitatē ī ore gla
dii Dixeruntq̄ serui regis ad eū Om̄ia
queq̄ precepit dnūs meꝰ rex / libenter
exequemur serui tui Egressus ē
ergo rex et vniuersa domꝰ eiꝰ pedi
bus suis et dereliquit rex x mulieres
concubinas ad custodiendā domū Et e
gressus q̄z ē rex / et oēs isrl pedibus
suis et stetit procul a domo / et vniuersi
serui eius ambulabant iuxta eū Et legi
ones / cerethi / et phelethi et oēs Ge
thei pugnatores validi sexcenti
viri qui secuti eū fuerant de geth
pedites precedebant regē Dixit aūt
rex ad ethay gethenū Cur venis
nobiscū Reuertere et habita cū rege quia
peregrinus es Et egressus es de loco
tuo Heri venisti et hodie compelleris no
biscū egredi Ego aūt vadā q̄ iturꝰ
sum Reuertere et reduc tecū fratres tuos
et dnūs faciat tecū miām et veritatē
q̄z ostendisti gratiā et fidē Et rndit
Ethay regi d Viuit dnūs et viuit
aīa tua Dñe mi rex / qm̄ ī quocūq̄
loco fueris dñe mi rex siue ī morte
siue ī vita Ibi erit seruus tuꝰ Et ait
dauid Ethay Veni et trāsi et trāsiit
ethay / Gethęus et Rex et oēs viri
qui erant cū eo et reliqua multitudo
et oēs viri flebant voce magna / et
vniuersus ppłs trāsibat Rex q̄z trāsi
grediebatur torrentē cedron et cunctꝰ Folio 19
ppłus incedebat contra viā oliue
q̄ respicit ad desertū Venit aūt et
Sadoch sacerdos et vniuersi leuite
cū eo portantes archā federis dni
ad bethleem et deposuerūt archā
dei Et ascendit Abyathar donec
expletus ē oīs ppłus q̄ transierat /
q̄ egressus fuerat de ciuitate Et dixit
rex ad Sadoch Reporta archā dei
in vrbē Si inuenero grām ī oculis
domini / reducet me et ostendet m̄ eā
et tabernaculū suū Si aūt dixerit /
Michi nō places / presto sum / faciat dnūs
qd bonū ē corā se Et dixit Rex
ad Sadoch sacerdotē O videns Reuer
tere in ciuitatē in pace Et Achima
as filius tuus et Ionathas filius
Abyathar duo filii vri sint vobiscū
Ecce ego abscondar ī campestribꝰ
deserti Donec veniat sermo a vobis
indicans m̄ Reportauerūt ergo Sa
doch et Abyathar archā dei ī ierlm
et remanserunt ibi Porro dauid
ascendebat cliuū oliuarū et scandēs
et flens operto capite et nudis pedibꝰ

incedens et omnis populus qui erat cum eo
operto capite ascendebat plorans
Nunciatum est autem David quod et Achito-
phel esset in coniuratione cum Absolon
dixitque David Infatua queso Domine
consilium Achitophel Cumque ascendisset
David summitatem montis in quo adora-
turus esset Dominum Ecce occurrit ei Chusi
Arachites scissa veste et terra pleno
capite Et dixit ei David Si veneris
mecum eris mihi oneri Si autem in civitatem
reversus fueris et dixeris Absolon Servus
tuus sum Rex patrem me vivere Si-
cut fui servus patris tui sic ero servus
tuus Dissipabis consilium Achito-
phel Habes autem Sadoch tecum et
Abyathar sacerdotes Et omne verbum
quodcumque audieris de domo regis
indicabis Sadoch et Abyathar sa-
cerdotibus Sunt autem cum eis duo fi-
lii eorum Achymaas filius Sadoch et
Jonathas filius Abyathar Et mit-
tetis per eos omne verbum ad me quodcumque audieritis

Venit ergo Chusi **Cap. xvi**
amicus David in civitatem Ab-
solon quoque ingressus est Jerusalem Cumque Da-
vid transisset paululum montis verticem
Apparuit Syba puer Miphibo-
seth in occursum eius cum duobus asinis
qui onerati erant ducentis panibus
et centum ligaturis uve passe et cen-
tum massis palatarum et duobus utri-
bus vini Et dixit rex Sibe Quid
sibi volunt hec Responditque Syba Domine
mi rex Asini domestici regis ut
sedeant et panes et palathe ad
vescendum pueris tuis Vinum autem ut
bibat si quis defecerit in deserto Et
ait rex Ubi est filius domini tui Respondit-
que Siba regi Remansit in Jerusalem dicens
Hodie restituet mihi Dominus domus Israel regnum
patris mei Et ait rex Sybe Tua sint
omnia que fuerunt Miphiboseth Dixit
Syba Oro ut inveniam gratiam coram
te domine mi rex Venit ergo rex David
usque Bahurim Et ecce egrediebatur
vir inde de cognatione domus Saul
nomine Semei filius Gera procedebat
egrediens et maledicebat Mittebat-
que lapides contra David et contra uni-
versos servos regis David Omnis
autem populus et universi bellatores a dex-
tro et a sinistro latere regis incede-
bant Ita autem loquebatur Semei cum ma-
lediceret regi Egredere egredere vir
sanguinum et vir Belial Reddidit
tibi Dominus universum sanguinem domus
Saul quoniam invasisti regnum pro eo et
dedit Dominus regnum in manu Absolon
filii tui Et ecce premunt te mala tua
quoniam vir sanguinum es Dixit autem
Abysay filius Sarvie regi Quare
maledicit hic canis moriturus domino
meo regi Vadam et amputabo ca-
put eius Et ait rex Quid mihi et
vobis est filii Sarvie Dimittite eum
ut maledicat Dominus enim precepit ei
ut malediceret David Et quis est qui
audeat dicere quare sic fecerit Et ait
rex ad Abysay et universos servos
suos Ecce filius meus qui egressus
est de utero meo querit animam meam quan-
to magis nunc hic filius Gemini
Dimittite eum ut maledicat iuxta
preceptum Domini Si forte respiciet Dominus
afflictionem meam et reddat mihi bonum
pro maledictione hac hodierna Am-
bulabat itaque David et socii eius per viam
cum eo Semei autem per iugum montis
ex latere contra illum gradiebatur male-
dicens et mittens lapides adversum eum
terramque spargens Venit itaque David
rex et universus populus cum eo lassus et
refocillati sunt ibi Absolon autem et

ois pplus isrl ingressi sut ierlm
sz et Achitophel cu eo Cu aut ve-
nisset Chusi arachites amicus
dauid ad Absolon locutus e ad
eu Salue rex salue rex Ad que
Absolon Hec e inqt gra tua ad
amicu tuu Quare no existi cu
amico tuo Responditqz Chusi ad abso-
lon Nequaqz qz illius ero quem
elegit dns Et ois hic pplus et vni-
uersus isrl et cu eo manebo Sed
et hoc inferam Cui ego seruiturus
su None filio regis Sicut parui
patri tuo Ita et tibi parebo Dixit
aute Absolon ad Achitophel
Inite consiliu quid agere debeamus
Et ait Achitophel ad absolon In-
gredere ad concubinas pris tui quas
dimisit ad custodiendam domu Ut
cu audierit ois isrl qz fedaueris
prem tuu roborentur manus eoz
tecu Tetenderut ergo Absolon ta-
bernaculu in solario Ingressusqz
est ad concubinas pris sui cora
vniuerso isrl Consiliu aut Achito-
phel qd dabat in diebus illis qsi
si quis consuleret dnm Sic erat
oe consiliu achitophel Et cu esset
cu dauid et cu esset cu absolon

XVII Capitulum

Dixit igitur achitophel
ad absolon Eligam michi xii
milia viroz et consurgens psequar
dauid sed hac nocte Et irruens
sup eu quippe qui lassus e et solutis
manibus pauciam eu Cuqz fugerit
ois pplus q cu eo e pcutiam rege
desolatu Et reducam vniuersu pplm
quemadmodu hoies qui amisso re-
ge i plio reuetutr sic ois pplus reuertet
ad te Unu eni viru tu psequeris
et ois pplus erit in pace Placuitqz eius
smo absolon et cunctis maioribus
natu isrl Ait aut absolon Vocate
et Chusi arachiten et audiamus quid
eciam ipse dicat Cuqz venisset Chusi
ad absolon Ait absolon ad eu Huiuscemodi
smone locutus e achitophel Facere
debemus an no quod das consiliu
Et dixit Chusi ad absolon Non
e bonu hoc consiliu qd dat achi-
tophel hac vice Et rursu intulit
chusi Tu nosti prem tuu et viros
qui cu eo sut esse fortissimos et ama-
ro aio Veluti si vrsa raptis cat-
tulis in saltu seuiat Sed et pr
tuus vir bellator est nec morabi-
tur cu pplo Forsitan nuc latitat
in foueis aut in vno qo voluerit
loco Et cu ceciderit vnusquilibz in
pncipio audiet quicuqz audierit
audierit et dicet Facta e plaga in
pplo q sequebatur absolon et fortissimus
quisqz cuius cor e qsi leonis soluetur
pauore Sciet eni ois isrl forte
esse prem tuu et robustos omes
qui cu eo sut Sed hoc michi videtur
rectu esse consiliu Congregetur
ad te vniuersus isrl a dan usqz ber-
sabee qsi arena maris innumabilis
et tu eris in medio eoz et Irruemus
sup eu in quocuqz loco inuentus fuerit
et opiemus eu sicut cadere solz ros
sup terra et no relinquemus de viris
qui cu eo sut ne vnu quidem Quod
si vrbe aliqua fuerit ingressus Cir-
cudabit ois isrl ciuitati illi fu-
nes et trahemus ea in torrente
ut no repiatur nec calculus quide ex ea

Dixitque absolon et omnes viri israel
Melius consilium chusi arachite consilio achi-
tophel / domini enim nutu dissipatum
est consilium achitophel utile ut in-
duceret dominus super absolon malum / Et
ait Chusi Sadoch et Abyathar
sacerdotibus / hoc et hoc modo con-
silium dedit achitophel absolon et
senioribus israel / Et ego tale et tale
dedi consilium / Nunc ergo mittite
cito et nunciate david dicentes / Ne
moreris hac nocte in campestribus
deserti / Sed absque dilatione transgredere
ne forte absorbeatur rex et omnis populus
qui cum eo est / Jonathas autem et Achy-
maas stabant iuxta fontem rogel / a-
bijt ancilla et nunciavit eis / Et illi
profecti sunt ut referrent ad regem
david nuncium / Non enim poterant
videri aut introire civitatem / Vidit
autem eos quidam puer et indicavit
absolon / Illi vero concito gradu in-
gressi sunt domum cuiusdam viri in bau-
rim qui habebat puteum in vestibulo
suo et descenderunt in eum / Tulit autem
mulier velamen et expandit super
os putei quasi siccans tipsanas et sic
latuit res / Cumque venissent servi abso-
lon ad mulierem in domum dixerunt
Ubi est achimaas et Jonathas / Respondit
eis mulier / Transierunt festinanter
gustata paululum aqua / At hii qui
querebant cum non reperissent reversi sunt
in ierusalem / Cumque abissent ascenderunt illi
de puteo et pergentes nunciaverunt
regi david atque dixerunt / Surgite
transite cito fluvium quoniam huiuscemodi
dedit consilium contra vos achitophel
Surrexit ergo david et omnis populus qui
erat cum eo et transierunt iordanem donec
dilucesceret antequam denunciaretur verbum et
nec unus quidem residuus fuit qui non
transisset fluvium / Porro achitophel
videns quod non fuisset factum consilium suum stra-
vit asinum suum surrexitque et abijt in
domum suam et in civitatem suam / Et dispo-
sita domo sua suspendio interijt et
sepultus est in sepulchro patris sui
David autem venit in castra et Absolon
transivit iordanem ipse et omnes viri
israel cum eo / Amasam autem constituit
absolon pro Joab super exercitum / Ama-
sa autem erat filius cuiusdam viri qui voca-
batur Jethra de Jezrahelita qui ingressus
est ad abygail filiam naas sororem
Sarvie que fuit mater Joab / Et castra-
metatus est israel cum absolon in terra
galaad / Cumque venisset david in castra
Madian Sobi filius Naas de Ra-
bath filiorum Amon et Machir filius
Amihel de lodabar et de berzelay
galaadites de Rogelim obtulerunt
ei stratoria et tapecia et aurum et
vestes et vasa fictilia / frumentum
et ordeum et farinam polentam et fabam
et lentam et frixum ciceris et mel et
butirum oves et pingues vitulos
dederuntque david et populo qui cum eo erant
ad vescendum / Suspicati sunt enim populum
fame et siti fatigari in deserto

Capitulum XVIII

Igitur considerato david populo
suo constituit super eum tribunos
et centuriones et dedit populi terciam
partem sub manu Joab / Et terciam partem
Abysay filij Sarvie fratris Joab / Et
terciam sub manu Ethay qui erat de geth
Dixitque rex ad populum Egrediar et
ego vobiscum / Et respondit populus / Non
exibis / Sive enim fugerimus non
magnopere ad eos de nobis pertinebit

Siue media pars ceciderit de nobis non
satis curabunt quia tu unus pro decem mili-
bus computaris Melius est ergo ut tu
nobis sis in urbe presidio Ad quos
rex ait Quod vobis rectum videtur
hoc faciam Stetit ergo rex iuxta portam
egrediebaturque populus per turmas suas
centeni et milleni Et precepit rex
Ioab et Abysay et Ethay dicens Ser-
uate mihi puerum absolon Et omnis
populus audiebat precipientem regem cunctis
principibus pro absolon Itaque egressus
est populus in campum contra israel Et factum
est prelium in saltu ephraym Et cesus
est ibi populus israel ab exercitu dauid facta-
que est plaga magna in die illa uiginti mi-
lium Fuit autem ibi prelium dispersum super fa-
ciem omnis terre Et multo plures erant
quos saltus consumpserat de populo quam
hii quos uorauerat gladius in die illo
Accidit autem ut occurreret Absolon seruis
dauid sedens in mulo Cumque ingressus
fuisset mulus subter condensam quercum
et magnam adhesit caput eius quer-
cui et illo suspenso inter celum et terram
et mulus cui insederat pertransiit
Vidit autem quispiam hoc et nunciauit
Ioab dicens Vidi absolon pendere in
quercu Et ait Ioab viro qui nunciaue-
rat ei Si uidisti quare non confodisti
eum cum terra et ego dedissem tibi decem
argenti siclos et unum baltheum Qui
dixit ad Ioab Si appenderes in manibus
meis mille argenteos nequaquam mit-
terem manum meam in filium regis Au-
dientibus enim nobis precepit rex tibi et
Abysay et Ethai dicens Custodite mihi pu-
erum absolon Sed si fecissem contra
animam meam audacter nequaquam hoc re-
gem latere potuisset Et tu stares ex

Absolon suspensio

aduerso Et ait Ioab Non sicut tu uis sed
aggrediar eum coram te Tulit ergo Ioab
tres lanceas in manu sua et infixit
eas in corde absolon Cumque adhuc
palpitaret herens quercui Cucurre-
runt decem iuuenes armigeri ioab et
percucientes interfecerunt eum Cecinit
autem Ioab buccina et retinuit populum
ne persequeretur fugientem israel volens par-
cere multitudini Et tulerunt absolon et pro-
iecerunt eum in saltu in foueam gran-
dem et comportauerunt super eum aceruum
lapidum magnum nimis Omnis autem
israel fugit in tabernacula sua Por-
ro absolon erexerat sibi cum adhuc
uiueret titulum qui est in ualle regis dixe-
rat enim Non habeo filium Et hoc
erit monimentum nominis mei Vocauitque
titulum nomine suo Et appellatur
manus absolon usque ad hanc diem
Achimaas filius Sadoch ait Cur-
ram et nunciabo dauid regi quia iudi-
cium fecerit ei dominus de manu inimicorum
eius Ad quem Ioab dixit Non eris
nuncius in hac die sed nunciabis
in alia Hodie nolo te nunciare filius
enim regis mortuus est Et ait Ioab
Chusi Vade nuncia regi que vidisti
Adorauit Chusi Ioab et cucurrit
Rursum autem Achimaas filius Sadoch
dixit ad Ioab Quid impedit etiam si
ego curram post Chusi Dixitque Ioab
Quid uis currere fili mi Veni huc Non
eris boni nuncii baiulus Qui respondit
Quid enim si cucurrero Et ait ei Curre
Currens autem Achimaas per uiam compen-
dii transiuit Chusi Dauid autem sedebat
inter duas portas Speculator uero qui
erat in fastigio porte super murum
eleuans oculos uidit hominem currentem

solum et exclamans indicavit regi. Dixitque ei rex: Si solus est, bonus est nuntius in ore eius. Properante autem illo et accedente propius, vidit speculator hominem alterum currentem et vociferans in culmine ait: Apparet mihi homo alter currens solus. Dixitque ei rex: Et iste est bonus nuntius. Speculator autem ait: Contemplor cursum prioris quasi cursum achimaas filii Sadoch. Et ait rex: Et vir bonus est et nuntium portans bonum venit. Clamans autem achimaas dixit ad regem: Salve rex. Et adorans regem pronus in terram coram eo ait: Benedictus dominus deus tuus qui conclusit homines qui levaverunt manus suas contra dominum meum regem. Et ait rex: Estne pax puero absolon? Dixitque achimaas: Vidi tumultum magnum cum mitteret ~~[struck out]~~ Joab servus tuus o rex me servum tuum, nescio aliud. Ad quem rex: Transi ait et sta hic. Cumque ille transisset et staret, apparuit chusi et veniens ait: Bonum apporto nuntium domine mi rex. Judicavit enim pro te dominus hodie de manu omnium qui surrexerunt contra te. Dixit autem rex ad chusi: Estne pax puero absolon? Cui respondens chusi: Fiant inquit sicut puer inimici domini mei regis et universi qui consurgunt adversum eum in malum. Contristatus itaque rex ascendit cenaculum porte et flevit. Et sic loquebatur vadens: Fili mi absolon, absolon fili mi, quis mihi tribuat ut ego moriar pro te, absolon fili mi, fili mi absolon.

Capitulum xix

Nuntiatum est autem Joab quod rex lugeret et fleret filium suum et versa est victoria in luctum in die illa omni populo. Audivit enim omnis populus in die illa dici: Dolet rex super filio suo. Et declinavit populus in die illa ingredi in civitatem, quomodo declinare solet populus versus et fugiens de prelio. Porro rex operuit caput suum et clamabat voce magna: Fili mi absolon, absolon fili mi. Ingressus ergo Joab ad regem in domum dixit: Confudisti hodie vultus omnium servorum tuorum qui salvam fecerunt animam tuam et animas filiorum tuorum et filiarum tuarum et animas uxorum tuarum et animam concubinarum tuarum. Diligis odientes te et odio habes diligentes te, et ostendisti hodie quod non curas de ducibus tuis et de servis tuis. Et vere cognovi modo quia si absolon viveret et nos omnes occubuissemus, tunc placeret tibi. Nunc igitur surge et procede et alloquens satisfac servis tuis. Juro enim tibi per dominum quod si non exieris, ne unus quidem remansurus sit tecum nocte hac. Et peius erit tibi hoc quam omnia mala que venerunt super te ab adolescentia tua usque in presens. Surrexit ergo rex et sedit in porta. Et omni populo nuntiatum est quod rex sederet in porta, venitque universa multitudo coram rege. Israel autem fugit in tabernacula sua. Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus israel dicens: Rex liberavit nos de manu inimicorum nostrorum. Ipse salvavit nos de manu philistinorum. Et nunc fugit de terra propter absolon. Absolon autem quem unximus regem in nobis mortuus est in bello. Usquequo siletis et non reducitis regem? Et consilium totius israel venit ad regem. Rex vero david misit ad Sadoch et ad Abyathar sacerdotes dicens: Loquimini ad

maiores natu iuda dicentes Cur venistis nouissimi ad reducendum regem in domum suam Sermo autem omnis israel peruenerat ad regem ut reduceret eum in domum suam quia dixit rex hec dicetis ad ipsum Fratres mei vos meum et caro mea vos Quare nouissimi reducitis regem Et amase dicite Nonne os meum es et caro mea Hec faciat michi deus et hec addat Si non fueris magister milicie coram me omni tempore post Ioab Et inclinauit cor omnium virorum de Iuda quasi viri vnius Miseruntque ad regem dicentes Reuertere tu et omnes serui tui Et reuersus est rex et peruenit usque ad Iordanem Et venit omnis iuda in galgala ut occurreret regi et transduceret eum iordanem festinauit autem Semey filius gera filii gemini de baurim Et descendit cum viris iuda in occursum regis dauid cum mille viris de beniamin Et siba puer de domo Saul et xv filii eius et xx serui erant cum eo et irrumpentes iordanem ante regem transierunt vada ut transducerent domum regis et facerent iuxta iussionem eius Semey autem filius gera prostratus coram rege cum iam transisset iordanem Dixit ad eum Ne reputes michi domine mi iniquitatem neque memineris iniurias serui tui in die qua egressus es domine mi rex de ierusalem neque ponas rex in corde tuo Agnosco enim seruus tuus peccatum meum Et idcirco primus hodie veni de omni domo Ioseph descendique in occursum domini mei regis Respondens vero Abysay filius saruie dixit Numquid pro hiis verbis non occidetur Semei qui maledixit christo domini Et ait dauid Quid michi et vobis filii saruie Cur efficimini michi hodie in sathan Ergo hodie non interficietur vir in israel An ignoro me hodie factum regem super israel Et ait rex Semey Non morieris Iurauitque ei Porro Miphiboseth quoque filius saul descendit in occursum regis illotis pedibus et intonsa barba vestesque suas non lauerat a die qua egressus fuerat rex usque ad diem reuersionis eius in pace Cumque ierusalem occurrisset regi dixit ei rex Quare non venisti mecum miphiboseth Qui respondens ait Domine mi rex Seruus meus contempsit me Dixique ei ego famulus tuus ut sterneret michi asinum et ascendens abirem cum rege Claudus enim sum seruus tuus Insuper et accusauit me seruum tuum ad te dominum meum regem Tu autem domine mi rex sicut angelus dei es Fac quod placitum est tibi Neque enim fuit domus patris mei nisi morti obnoxia domino meo regi Tu autem posuisti me seruum tuum inter conuiuas mense tue Quid igitur habeo iuste querele aut quid possum ultra vociferari ad regem Ait ei rex Quid vltra loqueris Fixum est quod locutus sum Tu et siba diuidite possessiones Responditque miphiboseth regi Etiam cuncta accipiat Postquam reuersus est dominus meus rex pacifice in domum Berzellay quoque galaadites senex valde descendens de rogelim transduxit regem Iordanem paratus etiam ultra fluuium prosequi eum Erat autem berzellay octogenarius Et ipse prebuit alimenta regi cum moraretur in castris Fuit quippe vir diues valde Dixitque rex ad berzellay Veni mecum ut requiescas mecum securus in ierusalem Et ait

Berzellay ad regem Quot sunt dies
annorum vite mee ut ascendam cum re-
ge in ierusalem Octogenarius sum hodie
Numquid vigent sensus mei ad dis-
cernendum suave vel amarum Aut de-
lectare potest servum tuum cibus et potus
vel audire possum ultra vocem canta-
torum vel cantatricum Quare servus tuus
sit oneri domino meo regi Paululum
procedam servus tuus a Jordane tecum
nec indigeo hac vicissitudine Sed
obsecro ut revertar servus tuus et mori-
ar in civitate mea et sepeliar iuxta
sepulchrum patris mei et matris mee
Est autem servus tuus Chanaam ipse
vadat tecum domine mi rex Et fac
ei quod bonum tibi videtur Dixit itaque
rex Mecum transeat Chanaam et ego
faciam ei quicquid tibi placuerit
et omne quod petieris a me impetrabis
Cumque transisset universus populus et rex
Jordanem osculatus est rex Berzel-
lay et benedixit ei Et ille reversus est
in locum suum Transiit ergo rex in
Galgala et Chanaam cum eo Omnis
autem populus Juda transduxerat regem et
media tantum pars affuerat de populo israel
Itaque omnes viri israel concurrentes ad
regem dixerunt ei Quare te furati
sunt fratres mei viri Juda Et transduxe-
runt regem et domum eius Jordanem
omnesque viros David cum eo Et respondit
omnis vir Juda ad viros israel Quia pro-
pior michi est rex Cur irasceris
super hac re Numquid comedimus ali-
quid ex rege aut munera nobis
data sunt Et respondit vir israel ad viros
Juda et ait Decem partibus maior
sum apud regem quam tu et primogenitus
ego sum magis quam pertinet David ad me
quam ad te Cur fecisti michi iniuriam et non
michi nunciatum est priori ut reducerem
regem meum Durius autem responderunt
viri Juda viris israel

Capitulum XX

Accidit quoque ut ibi esset vir Belial
nomine Syba filius Bochri vir ge-
mineus et cecinit buccina et ait
Non est nobis pars in David neque heredi-
tas in filio Ysay Revertere in tabernacula
tua israel Et separatus est omnis israel a David
secutusque est Syba filium Bochri Viri
autem Juda adheserunt regi suo a Jorda-
ne usque ierusalem Cumque venisset rex in
domum suam in ierusalem Tulit x mulieres
concubinas suas quas dereliquerat
ad custodiendam domum et tradidit
eas in custodia alimenta eis pre-
bens et non ingressus est ad eas Sed
erant clause usque ad diem mortis
sue in viduitate viventes Dixit
autem rex Amase Convoca michi omnes
viros Juda in diem tercium Et tu adesto
presens Abiit ergo Amasa ut convocaret
Judam et precepit viris et moratus
est extra palacium quod constituerat
ei rex Ait autem David ad Abysay
Nunc magis afflicturus est nos Sy-
ba filius Bochri quam Absolon Tolle
igitur servos domini tui et persequere eum ne
forte inveniat civitates munitas et
effugiat nos Egressi sunt ergo
cum eo viri Joab Cerethi quoque et Phe-
lethi et omnes robusti exierunt de
ierusalem ad persequendum Sybam filium Bochri
Cumque illi essent iuxta lapidem grandem
qui est in Gabaon Amasa veniens
occurrit eis Porro Joab vestitus erat
tunica stricta ad mensuram habitus sui
et desuper accinctus gladio dependente

usque ad ilia in vagina q fabrefactus
secundum motum egredi poterat et percute
Dixit itaque Joab ad Amasam Sal
ue mi frater et tenuit manu dextera
mentum amase quasi osculans eum Por
ro Amasa non observavit gladium que
habebat Joab Qui percussit eum in latere
Et effudit intestina eius in terra et
mortuus est nec secundum vulnus appo
suit Joab autem et Abysay frater eius per
secuti sunt Sybam filium bochri Interea
quidam viri cum vidissent et stetissent
iuxta cadaver Amase de sociis Joab
Dixerunt Ecce qui voluit pro Joab esse
comes david Amasa autem conspersus
sanguine iacebat in media via Vi
dit hoc quidam vir quod subsisteret omnis
populus ad videndum eum Et amovit
Amasam de via in agrum Operuitque
eum vestimento ne subsisterent tran
seuntes propter eum Amoto igitur illo de
via transiebat omnis vir sequens
Joab ad persequendum Syba filium bo
chri Porro ille transierat per omnes
tribus israel usque in abela et in beth
macha Omnesque viri electi congregati
fuerant ad eum Venerunt ergo et obpug
nabant eum in abela et in bethmaca
et circumdederunt municionibus civitatem
et obsessa est urbs Omnis autem turba
que erat cum Joab moliebatur destruere
muros Et exclamavit mulier sapiens
de civitate Audite Audite Dicite
Joab Appropinqua huc et loquar tecum
Qui cum accessisset ad eam Ait illi Tu
es ne Joab Et ille respondit Ego Ad quem
sic locuta est Audi sermones ancille
tue Qui respondit Audio Rursumque
illa Sermo dicebatur inquit in vetere
Abella et in dan dicentes Olim

inquit dicebatur in veteri proverbio
Qui interrogat interroget in Abela
et sic perficiebat Nonne ego sum que
respondeo veritatem in israel Et tu queris
subvertere civitatem et evertere matrem
in israel Quare precipitas hereditatem
domini Respondensque Joab ait Absit hoc
a me Absit non precipito neque demolior
Non est sic se habet res Sed homo de monte
effraym Siba filius bochri cogno
mine levavit manum suam contra regem
david Tradite illum solum et recedem
mus a civitate Et ait mulier ad Jo
ab Ecce caput eius mittetur ad te
per murum Ingressa est ergo ad omnem populum
Et locuta est eis sapienter Qui ab
scisum caput Sybe filii bochri proie
cerunt ad Joab Et ille cecinit tu
ba et recesserunt ab urbe unus
quisque in tabernacula sua Joab
autem reversus est in ierusalem ad regem Fuit
ergo Joab super omnem exercitum israel
Banaias autem filius Joiade super
cheretheos et phelethoos Adu
ram vero super tributa Porro Josa
phat filius achilud a commentariis
Syba autem scriba Sadoch vero et
Abyathar sacerdotes Hyra autem
hiarites erat sacerdos david

Capitulum XXI

Facta est autem fames in diebus
david tribus annis iugiter
et consuluit david oraculum domini
Dixitque dominus Propter saul et domum eius
et sanguinem quia occidit gabaoni
tas Vocatis ergo gabaonitis rex
dixit ad eos Porro gabaonite
non erant de filiis israel Sed reliquie
Amorreorum Filii quippe israel iura
verant eis ne perimerent illos et

noluit saul pcutere eos zelo quasi pro
filiis isrl et iuda. Vocavit ergo david
ad gabaonitas et dixit ad eos quid faciam vobis
et quod erit vestri piaculum ut bene-
dicatis hereditati domini. Dixeruntque ei
gabaonite non est nobis super argen-
to et auro questio sed contra saul et
contra domum eius. Neque volumus ut
interficiatur homo de israel. Ad quos ait
rex. Quid ergo vultis ut faciam
vobis. Qui dixerunt regi. Virum qui
attrivit nos et oppressit inique ita
delere debemus ut ne unus quidem
residuus sit de stirpe eius in cunctis
finibus israel. Dentur nobis septem
viri de filiis eius ut crucifigamus
eos domino in gabaath saul quondam
electi domini. Et ait rex. Ego da-
bo. Pepercitque rex miphiboseth fi-
lio ionathe filii saul propter iusiura-
ndum domini quod fuerat inter david et
inter ionatham filium saul. Tulit
itaque rex duos filios resphe fi-
lie haya quos peperit sauli armon
et miphiboseth et quinque filios
merob filie saul quos genuerat
adrieli filio berzellay qui fuit de
molathi et dedit eos in manus
gabaonitarum. Qui crucifixerunt
eos in monte coram domino. Et ceciderunt
hii septem simul occisi in diebus
messis primis incipiente messione or-
dei. Tollens autem respha filia haia
cilicium substravit sibi super petram
ab initio messis donec stillaret
aqua super eos de celo. Et non dimi-
sit aves lacerare eos per diem neque
bestias per noctem. Et nunciata sunt
david que fecerat respha filia ha-
ya concubina saul. Et abiit david
et tulit ossa saul et ossa ionathe
filii eius a viris iabes galaad qui
furati fuerant ea de platea bethsan
in qua suspenderant eos philistiim
cum interfecisset saul in gelboe. Et
asportavit inde ossa saul et ossa
ionathe filii eius. Et colligentes
ossa eorum qui affixi fuerant sepe-
lierunt ea cum ossibus saul et iona-
the filii eius in terra beniamin in late-
re in sepulchro cys patris eius.
Feceruntque omnia que preceperat eis rex
et repropiciatus est deus terre post hec.
Factum est autem rursum prelium philistiorum
adversum israel et descendit david et
servi eius cum eo et pugnabant contra
philistiim. Deficiente autem david
iesbi benob qui fuit de genere arapha cuius
ferrum haste trecentas uncias appen-
debat et accinctus erat ense novo
nisus est percutere david. Presidioque
ei fuit abysay filius sarvie et percus-
sum philisteum interfecit. Tunc iura-
verunt viri david dicentes. Iam non
egredieris nobiscum in bellum ne ex-
tinguas lucernam in israel. Secundum quoque
fuit bellum in gob contra philisteos. Tunc per-
cussit sobothai de osathai sephi de
stirpe arapha de genere gigantum. Tercium
quoque fuit bellum in gob contra philistim in quo percussit
adeodatus filius saltus polimitarius bethle-
emites goliath getheum cuius hastile erat
quasi liciatorium texencium. Quartum bellum
fuit in geth in quo vir excelsus qui senos in ma-
nibus pedibusque habebat digitos id est xxiiii et erat de
genere arapha et blasphemavit israel. Percussit
autem eum ionathan filius samaa fratris david.
Hii quattuor nati sunt de arapha in geth et ceci-
derunt in manu david et servorum eius

hic habetur psalmus in ... Diligam te domine etc.

Locutus est david domino Cap. xxii
verba carminis huius in die qua liberavit
eum dominus de manu omnium inimicorum suorum
Et de manu Saul et ait. Dominus petra
mea et robur meum et salvator meus
deus meus fortis meus sperabo in eum
scutum meum et cornu salutis mee. Ele-
vator meus et refugium meum salva-
tor meus de iniquitate liberabis
me. Laudabilem invocabo dominum et ab
inimicis meis salvus ero. Quia cir-
cumdederunt me contritiones mortis tor-
rentes belial terruerunt me. Funes
inferni circumdederunt me prevenerunt
me laquei mortis. Et in tribulatione
mea invocabo dominum. Et ad deum meum
clamabo et exaudiet de templo sancto suo
vocem meam et clamor meus veniet in au-
res eius. Commota est et contremuit terra
et fundamenta montium concussa sunt et con-
quassata quoniam iratus est illis. Ascen-
dit fumus de naribus eius et ignis de
ore eius vorabit carbones succensi sunt
ab eo. Et inclinavit celos et descendit
et caligo sub pedibus eius. Et ascendit
super cherubim et volavit et lapsus est
super pennas venti. Posuit tenebras in cir-
cuitu suo latibulum cribrans aquas de
nubibus celorum. Pre fulgore in conspectu
eius accensi sunt carbones ignis. Tona-
bit de celo dominus et excelsus dabit
vocem suam. Misit sagittas suas et dis-
sipavit eos fulgur multiplicavit et
consumpsit eos. Et apparuerunt effu-
siones maris et revelata sunt funda-
menta orbis ab increpatione domini
ab inspiratione spiritus furoris eius. Misit
de excelso et assumpsit me et extraxit
me de aquis multis. Liberavit me ab
inimico meo potentissimo et ab his
qui oderant me quoniam robustiores me
erant. Prevenit me in die afflictionis
mee et factus est dominus firmamentum meum

et eduxit me in latitudinem liberavit
me quia placui ei. Retribuet michi
secundum iusticiam meam et secundum mundici-
am manuum mearum reddet michi. Quia
custodivi vias domini et non egi impie
a deo meo. Omnia enim iudicia eius in con-
spectu meo et precepta eius non amovi
a me. Et ero perfectus cum eo et custo-
diam me ab iniquitate mea. Et restituet
michi dominus secundum iusticiam meam et secundum
munditiam manuum mearum in conspectu
oculorum suorum. Cum sancto sanctus eris et cum
robusto perfectus eris. Et cum electo
electus eris et cum perverso perverteris. Et
populum pauperem salvum facies et oculos
excelsorum humiliabis. Quia tu lucerna
mea domine et tu domine illuminas tenebras
meas. In te enim curram accinctus et
in deo meo transiliam murum. Deus meus
immaculata via eius eloquium domini igne
examinatum scutum est omnium sperantium
in se. Quis est deus preter dominum
et quis fortis preter deum nostrum. Deus
qui accinxit me fortitudine et complanavit
perfectam viam meam. Coequans pedes
meos cervis et super excelsa mea
statuens me. Docens manus meas
ad prelium et componens quasi arcum ereum
brachia mea. Dedisti michi clipeum sa-
lutis tue et mansuetudo mea mul-
tiplicavit me. Dilatabis gressus meos
subtus me et non deficient tali mei.
Persequar inimicos meos et conteram
et non revertar donec consumam eos. Con-
sumam eos et confringam ut non consur-
gant cadent sub pedibus meis. Ac-
cinxisti me fortitudine ad prelium in-
curvasti resistentes michi subtus me.
Inimicos meos dedisti michi dorsum
et odientes me et disperdam eos. Cla-
mabunt et non erit qui salvet ad dominum et
non exaudiet eos. Delebo eos ut
pulverem terre quasi lutum platearum

comminuam eos atque confringam. Salvabis me a contradictionibus populi mei custodies me in caput gentium. Populus quem ignoro serviet michi. Filii alieni resistent michi, auditu auris obedient michi. Filii alieni defluxerunt et contrahentur in angustiis suis. Vivit dominus et benedictus deus meus. Et exaltabitur deus fortis salutis mee. Deus qui das vindictas michi et deicis populos sub me. Qui educis me ab inimicis meis et a resistentibus michi elevas me, a viro iniquo libera me. Propterea confitebor tibi domine in gentibus et nomini tuo cantabo. Magnificanti salutes regis sui et facienti misericordiam christo suo david et semini eius in sempiternum.

Hec autem sunt verba Ca. xxiii. novissima que dixit david filius ysai. Dixit vir cui constitutum est de christo dei iacob egregius psaltes israel. Spiritus domini locutus est per me et sermo eius per linguam meam. Dixit deus israel michi locutus est fortis israel dominator hominum iustus dominator in timore dei. Sicut lux aurore oriente sole mane absque nubibus rutilat et sicut pluviis germinat herba de terra. Nec tanta est domus mea apud deum ut pactum eternum iniret mecum firmum in omnibus atque munitum. Cuncta enim salus mea et omnis voluntas nec est quicquam ex ea quod non germinet. Prevaricatores autem quasi spine evellentur universi que non tolluntur manibus. Et si quis tangere voluerit eas armabitur ferro et ligno lanceato igneque succense comburentur usque ad nichilum. Hec nomina fortium david. David sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres. Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus qui octingentos interfecit impetu uno. Post hunc Eleazar filius patrui eius Ahohi inter tres fortes qui erant cum david quando exprobraverunt philistiim et congregati sunt illuc in prelium. Cumque ascendissent filii israel ipse stetit et percussit philisteos donec deficeret manus eius et obrigesceret cum gladio. Fecitque dominus salutem magnam in die illa et populus qui fugerat reversus est ad cesorum spolia detrahenda. Et post hunc Semma filius agee de arari. Et congregati sunt philistiim in statione. Erat quippe ibi ager plenus lente. Cumque fugisset populus a facie philistiim stetit ille in medio agri et tuitus est eum et percussit philisteos. Et fecit dominus salutem magnam. Necnon et ante descenderant tres qui erant principes inter triginta et venerunt tempore messis ad david in speluncam odollam. Castra autem philistiim erant posita in valle gigantum. Et david erat in presidio. Porro statio philistinorum tunc erat in bethleem. Desideravit ergo david aquam de lacu et ait. O si quis daret michi potum aque de cisterna que est in bethleem iuxta portam. Irruerunt ergo tres fortes castra philistinorum et hauserunt aquam de cisterna bethleem que erat iuxta portam et attulerunt david. At ille noluit bibere sed libavit illam domino dicens. Propicius sit michi dominus ne faciam hoc. Num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt et animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. Hec fecerunt tres robustissimi. Abisay quoque frater Ioab filius Sarvie princeps erat de tribus. Ipse est qui levavit hastam suam contra trecentos quos interfecit nominatus in tribus. Et inter tres nobilior eratque eorum princeps usque ad tres primos non pervenerat. Et Banaias filius Ioiade viri fortissimi magnorum

Tres fortes attulerunt aquam david de cisterna bethleem etc.

operum de capseel Ipse percussit duos
leones Moab et ipse descendit et per
cussit leonem in media cisterna in die
bus nivis Ipse quoque interfecit virum e
gipcium virum dignum spectaculo ha
bentem in manu hastam Itaque cum descen
disset ad eum in virga vi extorsit
hastam de manu egipcii et interfecit
eum hasta sua Hoc fecit banaias
filius Ioiade Et ipse nominatus inter
tres robustos qui erant inter xxx no
biliores Verumptamen usque ad tres primos
non pervenerat Fecitque eum sibi david
auricularium a secreto Asahel frater
Ioab inter xxx Elcanan filius pa
trui eius de bethleem Sema de a
rari Elyacha de Arodi Helas de
felethi Hyra filius Aches de tecua
Abyezer de Anathot Moab anay
de usachi Selmon achites Macha
ray Nethophatites Hyrai filius
Rabay de gabeth filiorum beniamyn
Heled filius banaa et ipse nethophati
tes Banay anfratonites Heyday
de torrente Gaas Albyalbon de
bachites Azmaneth de beromy
Heliaba de Sabon filii assen Iona
than et Sarray Heminabe here
dihaya filius Saar Arochites Hi
lifeleth filius sasbay filii mathati
Heliab filius achitofel Gelonites
Hesray de carmelo Pharay de ar
by Igaal filius nathan de Soba Bo
nyn de gaddi Selech de amon Nar
ray berothites armiger Ioab filii
sarvie Hyra iethrites Gareb
et ipse iethrites Urias etheus
omnes triginta septem Cap xxiiii

Et addidit furor domini irasci
contra israel Commovitque eius
David dicentem ad Ioab Vade numera
israel et Iuda Dixitque rex ad Ioab
principem exercitus sui Perambula
omnes tribus israel a dan usque bersabee
et numera populum ut sciam numerum eius Dixit
quoque Ioab regi Adaugeat dominus deus
tuus ad populum tuum quantus nunc est
Iterumque centuplicet in conspectu domini mei
regis Sed quid sibi dominus meus rex vult
in re huiuscemodi Obtinuit autem sermo
regis Ioab verba et principum exercitus
Egressusque est Ioab et principes mi
litum a facie eius ut numerarent populum
israel Cumque transissent iordanem venerunt
in Aroer ad dexteram urbis que est in
valle gad et per iazer transierunt in
galaad et in terra inferiorem hodsy
et venerunt in dan silvestria circum
euntes quoque iuxta sydonem transierunt prope
menia tyri et omnem terram evei et
chananei Venerunt quoque ad meridiem
Iuda in bersabee Et lustrata uni
versa terra affuerunt post ix menses et
xx dies in ierusalem Dedit ergo Ioab nu
merum descriptionis populi regi Et inventa
sunt de israel octingenta milia virorum
fortium qui educerent gladium Et de
Iuda quingenta milia pugnatorum
Percussit autem cor suum david post
quam numeratus est populus Et dixit david
ad dominum Peccavi valde in hoc facto
Sed precor domine ut transferas iniqui
tatem servi tui quia stulte egi ni
mis Surrexit itaque david mane
et sermo domini factus est ad gad prophetam
videntem david Vade et loquere ad david
Hec dicit dominus Trium tibi datur optio
Elige unum quod volueris ex hiis ut fa
ciam tibi Cumque venisset gad ad david
nunciavit ei dicens Aut septem annis
veniet tibi fames in terra tua aut tribus
mensibus fugies adversarios tuos et
illi te persequentur aut certe tribus diebus

cie pestilencia in terra tua Nunc ergo delibera
et vide quem respondeam ei qui me misit sermonem
Dixit autem David ad Gad Coartor undique
nimis Sed melius est ut incidam in manus domini
Multe enim misericordie eius sunt quam in manus hominum In-
misit dominus pestilenciam in Israel de mane
usque ad tempus constitutum Et mortui sunt ex
populo a Dan usque Bersabee lxx milia virorum
Cumque extendisset manum suam angelus domini
super Ierusalem ut disperderet eam misertus est dominus super
afflictionem et ait angelo percucienti populum Suf-
ficit nunc contine manum tuam Erat autem
angelus domini iuxta aream Areuna Iebu-
sei Dixitque David ad dominum cum vidisset angelum
cedentem populum Ego sum qui peccavi ego inique
egi isti qui oves sunt quid fecerunt Vertatur
obsecro manus tua contra me et contra domum patris
mei Venit autem Gad propheta ad David in die
illa et dixit ei Ascende et constitue domino altare
in area Areuna Iebusei Et ascendit David
iuxta sermonem Gad quem preceperat ei dominus Con-
spiciensque Areuna animadvertit regem et
servos eius transire ad se Et egressus adoravit
regem prono vultu in terram et ait Quid cause
est ut veniat dominus meus rex ad servum suum Cui
David ait Ut emam a te aream et edificem al-
tare domino et cesset interfectio que grassatur in populo
Et ait Areuna ad David Accipiat et
offerat dominus meus rex sicut placet ei Habes
holocaustum boves et plaustrum et iuga
boum in usum lignorum Omnia dedit Areuna
regi Dixitque Areuna ad regem Dominus deus
tuus suscipiat votum tuum Cui respondens rex
ait Nequaquam ut vis sed emam precio a te et
non offeram domino deo meo holocausta
gratuita Emit ergo David aream et
boves argenti siclis quinquaginta et edifi-
cavit ibi David altare domino et obtulit
holocausta et pacifica et repropiciatus est
dominus terre et cohibita est plaga ab Israel

Explicit secundus Regum Incipit tercius

Incipit hic tercius liber Regum Capitulum primum

Et rex David senuerat
habebatque etatis plurimos
dies Cumque operiretur vesti-
bus non calefiebat Dix-
erunt ergo ei servi sui Quera-
mus domino meo regi adolescentulam
virginem et stet coram rege et foveat
eum dormiatque in sinu suo et calefaci-
at dominum meum regem Quesierunt ergo
adolescentulam speciosam in omnibus
finibus Israel Et invenerunt Abisag
Sunamitem et adduxerunt eam ad regem
Erat autem puella pulchra nimis
dormiebatque cum rege et ministrabat
ei Rex vero non cognovit eam Adonias
autem filius Aggith elevabatur dicens
Ego regnabo Fecitque sibi currum
et equites et quinquaginta viros qui an-
te eum currerent Nec corripuit eum pater eius
aliquando dicens Quare hoc fecisti Erat autem
et ipse pulcher valde secundus natus

Regi

post absolon. Et sermo eius fuit
cum Ioab filio Sarvie et cum Abya
thar sacerdote qui adiuvabant
partes adonie. Sadoch vero sacerdos
et Banayas filius Ioiade et na
than propheta et Semei et Cerethi
et pheleti et omne robur exercitus
david non erat cum adonia. Immola
tis ergo adonias arietibus et
vitulis et universis pinguibus iuxta
lapidem zoeleth qui vicinus erat fonti
rogel. Vocavit universos fratres suos
filios regis. Et omnes viros iuda ser
vos regis. Nathan autem prophetam
et Banayam et robustos quosque
et Salomonem fratrem suum non
vocavit. Dixit itaque nathan ad ber
sabee matrem salomonis. Num audis
ti quod regnaverit adonias filius
agith et dominus noster rex david hoc
ignorat. Nunc ergo veni et accipe
a me consilium et salva animam tuam
filii que tui salomonis. Vade et ingre
dere ad david regem et dic ei. Nonne
tu domine mi rex iurasti mihi ancille
tue dicens. quod salomon filius tuus regnabit
post me et ipse sedebit in solio meo.
Quare ergo regnat adonias. Et ad
huc ibi te loquente cum rege ego ve
niam post te et complebo sermones tuos
Ingressa est itaque bersabee ad regem
in cubiculo. Rex autem senuerat nimis
et Abisag sunamitis ministrabat
ei. Inclinavit se bersabee et adoravit
regem. Ad quam rex. Quid tibi inquit
vis. Que respondens ait. Domine mi rex
Tu iurasti per dominum deum tuum ancille
tue dicens. Salomon filius tuus regna
bit post me et ipse sedebit in solio
meo. Et ecce nunc adonias regnat
te domine mi rex ignorante. Mactavit
que boves et pinguia quoque et arietes
plurimos et vocavit omnes filios regis
Abyathar quoque sacerdotem et Ioab prin
cipem milicie. Salomonem autem servum
tuum non vocavit. Verumptamen domine mi
rex. In te oculi respiciunt totius israel
ut indices eis quis sedere debeat in solio
tuo domine mi rex post te. Eritque cum
dormierit dominus meus rex cum patribus
suis erimus ego et filius meus salomon
peccatores. Et adhuc illa loquente cum
rege. Venit nathan propheta. Et
nunciaverunt regi dicentes. Adest
nathan propheta. Cumque introisset ante con
spectum regis et adorasset cum pronus
in terram. Dixit nathan. Domine mi rex
Tu dixisti. Adonias regnet post
me et ipse sedebit in solio meo super
thronum meum. Qui ascendit hodie
et immolavit boves et pinguia et arietes
plurimos. Et vocavit universos filios re
gis et principes exercitus. Abyathar
quoque sacerdotem. Illis quoque vescentibus et
bibentibus coram eo et dicentibus. Vivat
rex adonias. Me autem servum tuum et
Sadoch sacerdotem et banayam filium
Ioiade et Salomonem filium tuum non
vocavit. Numquid a domino meo rege exi
vit hoc verbum et mihi non indicasti servo
tuo quis sessurus esset super thronum domini
mei regis post eum. Et respondit rex
david dicens. Vocate ad me bersabee.
Que cum fuisset ingressa et stetisset
coram rege. Iuravit rex et ait. Vivit
dominus qui eruit animam meam de omni angus
tia. quia sicut iuravi tibi per dominum
deum israel dicens. Salomon filius tuus regnabit
post me et ipse sedebit super solium
meum pro me. Sic faciam hodie. Sub
missoque bersabee in terram vultu ado
ravit regem dicens. Vivat dominus meus
rex david in eternum. Dixitque rex da
vid. Vocate mihi sadoch sacerdotem

et nathan prophetam et banayam filium
ioiade Qui cum ingressi fuissent coram
rege dixit ad eos rex Tollite vo
biscum servos domini vestri et ponite Sa
lomonem filium meum super mulam meam
et ducite eum in gyon et vngat eum
ibi Sadoch sacerdos et Nathan propheta
in regem super israel et Iuda Et canetis
buccina atque dicetis Viuat rex
Salomon Et ascendetis post eum
et venietis ierusalem et sedebit super so
lium meum et ipse regnabit pro me
Illique precipiam ut sit dux super israel et
super iuda Et respondit banayas filius
ioiade regi dicens Amen Sic loqua
tur dominus deus domini mei regis Quo
modo fuit dominus cum domino meo rege sic
sit cum salomone et sublimius faci
at solium eius a solio domini mei regis
dauid Descendit ergo Sadoch sacer
dos et Nathan propheta et Banayas
filius Ioiade et Cerethi et phe
leti et imposuerunt Salomonem super mulam
regis dauid et adduxerunt eum in
gyon Sumpsitque Sadoch sacerdos
cornu olei de tabernaculo et vnxit
Salomonem et cecinerunt buccina et
dixit omnis populus Viuat rex Salomon
Et ascendit vniuersa multitudo populi
post eum et populus canentium tybiis et le
tancium gaudio magno Et insonuit
terra a clamore eorum Audiuit autem
Adonias et omnes qui inuitati fue
rant ab eo iamque conuiuium finitum fuerat
Sed et Ioab audita voce tube ait
Quid sibi vult clamor ciuitatis
tumultuantis Adhuc illo loquente
Jonathan filius abyathar sacerdotis
venit Cui dixit Adonias Ingredere
quia vir fortis es et bona nuncians
Responditque Jonathan adonie Nequaquam
dominus enim noster rex dauid Regem constituit
Salomonem Misitque cum eo Sadoch
sacerdotem et nathan prophetam et banay
am filium ioiade et Cerethi et phe
leti et imposuerunt eum super mulam regis
Vnxeruntque eum sadoch sacerdos et nathan
propheta in regem in gyon Et ascenderunt
inde letantes et insonuit ciuitas Hec
est vox quam audistis Porro et Salomon
sedet super solium regni Et ingressi ser
ui regis benedixerunt domino nostro regi
dauid dicentes Amplificet deus nomen
Salomonis super nomen tuum Et adorauit
rex dauid in lectulo suo Insuper et
locutus est Benedictus dominus deus israel
qui dedit hodie sedentem in solio meo
videntibus oculis meis Territi sunt
ergo omnes et surrexerunt omnes qui in
uitati fuerant ab adonia et iuit vn
usquisque in domum suam Adonias
autem timens salomonem surrexit et
abiit in tabernaculum domini et tenuit
cornu altaris et nunciauerunt
Salomoni dicentes Ecce adonias
timens regem salomonem tenet cornu al
taris dicens Iuret mihi hodie rex sa
lomon quod non interficiat me seruum suum
gladio Dixitque salomon Si fuerit vir
bonus non cadet nec vnus quidem
capillus de capite eius in terram Si
autem malum inuentum fuerit in eo morietur
Misit ergo rex Salomon et eduxit eum
ab altari Et ingressus adorauit
regem Salomonem Dixitque ei Rex
Salomon Vade in domum tuam

Capitulum II

Appropinquauerunt autem dies ut mo
reretur dauid Precepitque Salo
moni filio suo dicens Ego ingredior
viam vniuerse carnis Confortare et
esto vir robustus et obserua man
data domini dei tui ut ambules in
viis eius et custodias cerimonias

eius et precepta eius et iudicia et testi-
monia sicut scriptum est in lege moysi ut
intelligas universa que facis et quo-
cumque te verteris ut confirmet dominus ser-
mones suos quos locutus est dominus de
me dicens. Si custodierint filii tui vias
meas et ambulaverint coram me in
veritate in omni corde suo et in omni anima sua
non auferetur tibi vir de solio israhel
Tu quoque nosti que fecerit michi Ioab filius
sarvie et que fecerit duobus princi-
pibus exercitus israhel. Abner filio ner et
Amase filio gether quos occidit
et effudit sanguinem belli in pace et
posuit cruorem prelii in baltheo suo qui
erat circa lumbos eius et in calciamento
suo quod erat in pedibus eius. Facies
ergo iuxta sapientiam tuam et non deduces ca-
niciem eius pacifice ad inferos. Sed et filiis
bergellay galaaditis reddes gratiam
eruntque comedentes in mensa tua. Oc-
currerunt enim michi quando fugiebam a facie ab-
solon fratris tui. Habes quoque apud te Se-
mey filium gera filii gemini de bauryn
qui maledixit michi maledictione pessima
quando ibam ad castra. Sed quia descendit
in occursum michi cum transirem iordanem et iura-
vi ei per dominum dicens. Non te interficiam gladio
Tu noli eum pati esse innoxium. Vir autem
sapiens es et scies que facies ei. Dedu-
cesque canos eius cum sanguine ad infe-
ros. Dormivit igitur david cum patribus
suis et sepultus est in civitate david
Dies autem quibus regnavit david super
israhel xl anni sunt. In hebron regnavit
vii annis. In ierusalem xxxiii. Salomon
autem sedit super thronum david patris sui
et firmatum est regnum eius nimis. Et in-
gressus est adonias filius Agith ad ber-
sabee matrem salomonis. Que dixit
ei. Pacificus ne est ingressus tuus. Qui re-
spondit pacificus. Addiditque sermo-
michi ad te est. Cui ait loquere. Et ille
Tu inquit nosti quia meum erat regnum
et me preposuerat omnis israhel sibi in regem
Sed translatum est regnum et factum est fratris
mei. A domino enim constitutum est ei. Nunc ergo
petitionem unam deprecor a te. Ne confun-
das faciem meam. Que dixit ad eum lo-
quere. Et ille ait. Precor te ut dicas re-
gi salomoni. Neque enim quicquam potest tibi ne-
gare rex. Ut det michi Abysag suna-
mitem in uxorem. Et ait bersabee. Bene
ego loquar pro te regi. Venit ergo bersabee
ad regem salomonem ut loqueretur ei pro a-
donia. Et surrexit rex in occursum eius
Adoravitque eam et sedit super thronum
suum. Positusque est thronus matri regis
Que sedit ad dexteram eius. Dixitque
ei. Petitionem unam parvulam ego deprecor
a te. Ne confundas faciem meam. Dixit-
que ei rex. Pete mater mea. Neque enim phas
est ut avertam faciem meam a te. Que ait
Detur abysag sunamitis adonie fratri
tuo uxor. Responditque rex salomon et dixit
matri sue. Quare postulas abisag su-
namitem adonie. Postula ei et regnum
Ipse enim est frater meus maior me et
habet abyathar sacerdotem et Ioab filium
sarvie. Iuravit itaque rex salomon per
dominum dicens. Hec faciat michi deus et hec
addat quia contra animam suam locutus est
adonias verbum hoc. Et nunc vivit dominus
qui firmavit et collocavit me super solium
david patris mei et qui fecit michi do-
mum sicut locutus est quia hodie occidetur
adonias. Misitque rex salomon per manum
banaye filii ioiade qui interfecit eum et
mortuus est. Abyathar quoque sacerdoti
dixit rex. Vade in anathoth ad agrum
tuum. Et quidem vir mortis es. Sed
hodie non interficiam te quia portasti ar-
cham domini dei coram david patre meo et

sustinuisti laborē in cunctis quibus
laborauit pr meus Dixitq; Salomon
Abyathar ut no esset sacerdos dñi
ut impleretur sermo dñi quē locutus ē su
domui Heli in Silo Venit at nuntius
ad Salomonē qd Joab declinasset post
adoniā et post se no declinasset fu-
git q; Joab in tabernaculū dñi et
apprehendit cornu altaris Nuntiatu
q; ē regi Salomoni qd fugisset Joab in
tabernaculū dñi et esset iuxta altare
Misitq; Salomon Banayā filiū Joiade
dicēs Vade et interfice eū Et venit Banay-
as ad tabernaculū dñi et dixit ei hec
dicit rex Egredere Cui ait Nō egre-
diar sed hic moriar Renuntiauit Ba-
nayas regi sermonē dicēs hec locutus
ē Joab et hec respondit mihi Dixitq; ei
rex Fac sicut locutus ē et interfice
eū et sepeli eū et amouebis sanguinē
meū mortē q; effusus ē a Joab a me
et a domo patris mei Et reddat dñs
sanguinē eius super caput ei q; per-
cussit duos viros iustos melioresq; se
Et occidit eos gladio patre meo Da-
uid ignorante Abner filiū Ner princi-
pē militiae Israel et Amasam filiū
Jether principē exercitus Juda Et requi-
escāt sanguis illorū super caput Joab et
caput seminis eius in sempiternū Da-
uid at et semen eius et domui et
throno illius sit pax usq; in eternū a
dño Ascendit ergo Banayas filius
Joiade et aggressus eū interfecit
Sepultusq; ē in domo sua in deserto
Et constituit rex Banayā filiū Jo-
iade pro eo super exercitū Et Sadoch
sacerdotē posuit pro Abyathar Hic
erat qd rex et vocauit Semei dixit
ei Edifica tibi domū in Jrlm et habi-
ta ibi et no egredieris inde huc
atq; illuc Quacunq; at die egressus

fueris et insederis torrentē cedron sci-
to te interfaciendū Sanguis tuus erit
super caput tuum Dixitq; Semei regi
Bonum ē sermo regis quē audiuit ser-
vus tuus dñs meus rex sic faciet ser-
uus tuus Habitauitq; Semei in Jrlm
diebus multis Impletis at post annos
tres ut fugerūt serui Semei ad Achis
filium Maacha regē Geth Nuntiatu
ē Semei qd iuissent serui eius Geth et
suscepit Semei et strauit asinum suū
Iuitq; in Geth ad Achis ad requi-
rendos seruos suos et reduxit eos de Geth
Nuntiatu ē at regi Salomoni qd isset
Semei in Geth de Jrlm et redisset
Et misit vocari eum Dixitq; illi
Nonne testificatus sum tibi p dñm
et prędixi tibi Quacunq; die egres-
sus fueris huc et illuc Scito te esse
moriturū et respondisti mihi Bonum sermo
tuus quē audiui Quare ergo non
custodisti iusiurandum dñi et præ-
tu quod precepram tibi Dixitq; rex
ad Semei Tu nosti omne malum
cuius tibi conscius es cor tuum quod
fecisti David patri meo Reddidit
deus malitiā tuā in caput tuum
Et rex Salomon benedictus et thronus
David erit stabilis coram dño usq;
in sempiternū Jussit itaq; rex Ba-
nayē filio Joiade qui aggressus per-
cussit eū et mortuus ē

Capitulum iij

Confirmatus ergo regnū
in manu Salomonis et affini-
tate coniunctus ē regi Pharaonis
egipti Accepit nāq; filiā ei Et
adduxit eā in ciuitatē David donec
complet edificans domū sua et do-
mū dñi et murū Jrlm per circuitū
Attamen populus immolabat in ex-
celsis Nō em edificatus erat templo

nomini Domini usque in diem illum. Dilexit autem Salomon Dominum ambulans in praeceptis David patris sui excepto quod in excelsis immolabat et accendebat thymiama. Abiit itaque Salomon in Gabaon ut immolaret ibi; illud quippe erat excelsum maximum. Mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in Gabaon. Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte dicens: Postula quod vis ut dem tibi. Et ait Salomon: Tu fecisti cum servo tuo David patre meo misericordiam magnam sicut ambulavit in conspectu tuo in veritate et iustitia et recto corde tecum. Custodisti ei misericordiam tuam grandem et dedisti ei filium sedentem super thronum eius sicut est hodie. Et nunc tu Domine regnare fecisti servum tuum pro David patre meo. Ego autem sum puer parvulus et ignorans egressum et introitum meum. Et servus tuus in medio est populi quem elegisti populi infiniti qui numerari et supputari non potest prae multitudine. Dabis ergo servo tuo cor docile ut iudicare possit populum tuum et discernere inter malum et bonum. Quis enim poterit iudicare populum istum, populum tuum hunc multum? Placuit ergo sermo coram Domino quod Salomon rem huiuscemodi postulasset. Et dixit Dominus Salomoni: Quia postulasti verbum hoc et non petisti tibi dies multos nec divitias aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos et dedi tibi cor sapiens et intelligens in tantum ut nullus ante te similis tui fuerit nec post te surrecturus sit. Sed et haec quae non postulasti dedi tibi, divitias scilicet et gloriam ut nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus. Si autem ambulaveris in viis meis et

custodieris praecepta mea et mandata mea sicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos. Igitur evigilavit Salomon et intellexit quod somnium esset. Cumque venisset Ierusalem stetit coram arca foederis Domini et obtulit holocausta et victimas pacificas et fecit grande convivium universis famulis suis. Tunc venerunt duae mulieres meretrices ad regem Salomonem steteruntque coram eo. Quarum una ait: Obsecro te mi domine, ego et mulier haec habitabamus in domo una et peperi apud eam in cubiculo. Tertia autem die postquam ego peperi peperit et haec. Et eramus simul nullusque alius in domo nobiscum exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte, dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens intempestae noctis silentio tulit filium meum de latere meo ancillae tuae dormientis et collocavit in sinu suo, suum autem filium qui erat mortuus posuit in sinu meo. Cumque surrexissem mane ut darem lac filio meo apparuit mortuus, quem diligentius intuens clara luce deprehendi non esse meum quem genueram. Responditque altera mulier: Non est ita ut dicis, sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit. E contrario illa dicebat: Mentiris, filius quippe meus vivit et filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum contendebant coram rege. Tunc rex ait: Haec dicit: Filius meus vivit et filius tuus mortuus est. Et ista respondit: Non, sed filius tuus mortuus est, et filius meus vivit. Dixit ergo rex: Afferte mihi gladium. Cumque attulissent gladium coram rege: Dividite, inquit, infantem vivum in duas partes et date dimidiam partem uni et dimidiam partem alteri. Dixit autem

mulier cuius filius erat viuus ad regem
commota sunt quippe viscera eius super fi-
lio suo. Obsecro domine mi. date illi in-
fantem viuum et nolite interficere eum.
Contra illa dicebat. Nec mihi nec tibi
sit sed diuidatur. Respondit rex et ait
date huic infantem viuum et non occi-
datur. Hec est enim mater eius. Audiuit itaque
omnis israel iudicium quod iudicasset rex et
timuerunt regem videntes sapientiam
dei esse in eo ad faciendum iudicium. Capitulum

Erat autem rex Salomon iiij
regnans super omnem israel. Et hij
principes quos habebat. Azari-
as filius Sadoch sacerdotis. Helyo-
reph et Haya filij Siba scribe. Josa-
phat filius Haylud a commentarijs. Ba-
nayas filius Joiade super exercitum. Sa-
doch autem et Abyathar sacerdotes.
Azarias filius Nathan super eos qui
assistebant regi. Zabud filius Nathan
sacerdos amicus regis. Et Abysar
prepositus domus. Et Adoniram filius
Abda super tributa. Habebat autem
Salomon xij prefectos super omnem israhel
qui prebebant annonam regi et domui
eius. Per singulos enim menses in anno
singuli necessaria ministrabant. Et hec
nomina eorum. Benhur in monte Effraym.
Bendecar in Macces et in Salebim
et in Bethsames et in Helon in Bethe-
hanan. Benesed in Araboth. Ipsius
erat Socho et omnis terra Epher. Bena-
minadab cuius omnis Nephad Dor. Thaphet
filiam Salomonis habebat uxorem.
Bena filius Achilud regebat Ta-
nach Maggeddo et vniuersa Bethsan
que est iuxta Sarthana subter Jezrahel
a Bethsan usque Abel Meula e regi-
one Zecmaan. Bengaber in Ra-
moth Galaad habebat Aunoth Jayr
filij Manasse in Galaad. Ipse preerat
in omni regione Argob que est in Basan lx
ciuitatibus magnis atque muratis
que habebant seras ereas. Achina-
dab filius Addo preerat in Manaym. Achy-
maas in Neptalym. Sed et ipse habebat
Besemath filiam Salomonis in coniu-
gio. Baana filius Husi in Aser et in
Baloth. Josaphat filius Pharue in Ysa-
char. Semey filius Hela in Beniamin.
Gaber filius Vri in terra Seon regis
Amorrei et Og regis Basan super
omnia que erant in illa terra. Juda et israel
innumerabiles sicut arena maris
in multitudine comedentes et bibentes
atque letantes. Salomon autem erat in dicione
sua habens omnia regna a flumine
terre Philistiim usque ad terminum Egipti
offerentium sibi munera et seruientium ei
cunctis diebus vite eius. Erat autem cibus
Salomonis per dies singulos xxx chori si-
mile et lx chori farine. Decem bo-
ues pingues et xx boues pascua-
les et centum arietes excepta vena-
tione ceruorum caprearum atque bubalorum
et auium et altilium. Ipse enim obtinebat
omnem regionem que erat trans flumen
quoniam a Thapsa usque Gazam et cunctos
reges illarum regionum et habebat pacem
in omni parte in circuitu. Habitabatque Juda
et israel absque vllo timore. Vnusquisque
sub vite sua et sub ficu sua a Dan
usque Bersabee cunctis diebus Salomonis.
Et habebat Salomon xl milia presepia
equorum currilium et xij milia equestrium.
Nutriebantque eos supradicti regis
prefecti. Sed et necessaria mense regis Sa-
lomonis cum ingenti cura prebebant in
tempore suo. Ordeum quoque et paleas equorum
et iumentorum deferebant in locum vbi
erat rex iuxta constitutum sibi con-
suetudinem. Dedit quoque deus sapientiam

Salomoi et prudecia multa nimis
et latitudinez cordis q̄si arena q̄ e
in littore maris Et precedebat sapia
saloīs sapiaz om̄ orientaliū et
egipcioꝝ Et erat sapiencior cunctis
hoībus / sapiencior ethan ezrayte
et Eman et calcal dorda ꝛ filiis
mahol Et erat noīatus ī vniuersis
gentibus p circuitu Locutusq̄ est
Salon tria milia parabolas et fue
runt carmina eius quinq̄ milia et
disputauit sup ligṅis a cedro q̄ e
in libano usq̄ ad ysopu q̄ egredit̄
de piete et disseruit de iumentis
et volucribus et reptilibꝫ ꝛ pisci
bus Et veniebat de cunctis pplis ad
audienda sapiaz salomonis ꝛ ab vni
uersis regibus t̄re qui audiebat sa
pienciam eius

Capitulum v

Misit quoq̄ hyram rex thyri
seruos suos ad Salomonem
Audiuit ei q̄ ipm vnxisset rege
p pre eius q̄ amicus fuerat hyra
dauid omi tpe Misit aūt ꝛ salomo
ad hyra dicens Tu scis voluntate pris
mei dauid Et q̄ no potuit edificare
domu noi dn̄i dei sui ppt̄ bella in
minencia p circuitu Donec daret
dn̄s eos sub vestigio pedu eius Nunc
aūt requiem dedit michi dn̄s deus meus
p circuitu Et no e sathan neq̄ oc
cursus malus Qua obre cogito
edificare templū nomi dn̄i dei mei
sicut locutus e dn̄s dauid pri meo
d. Filius tuus que dabo p te sup
soliu tuu ipe edificabit domu noi
meo Precipe ergo ut precidat m cedros
de libano et s̄ui mei sint cu s̄uis
tuis Mercede aūt s̄uoꝝ dabo tibi
quamcuq̄ pecieris Scis eni q̄m i pp̄lo
meo no e vir q̄ nouit ligna cede

sicut sydonii Cu g̊ audisset hyram
va Salois letatus e valde ꝛ ait
Benedictus deus hodie q̄ dedit filiu sa
pientissimu sup ppl̄m hunc plurimu Et
misit hyram ad Salomone dicens
Audiui quecuq̄ madasti m Ego facia
omez volutate tua in lignis cedri
nis et abiegnis Serui mei depo
nent ea de libano ad mare Et ego copo
na ea in ratibus i mari usq̄ ad locu
que significaueris m Et applicabo
ea ibi et tu tolles ea / pbebisq̄ ne
cessaria m ut det̄ cibus domui mee
Itaq̄ hyram dabat salomoi lig
na cedrina et ligna abietina iuxta
omem volutate eius Salon aūt pbe
bat hyram xx milia choros tritici
in cibu domui eius et xx choros
purissimi olei Hec tribuebat salon
hyram p annos singulos Dedit
q̄z dn̄s sapiam saloi sicut locutus
e ei Et pax erat int̄ hyra ꝛ salone
et percusserunt fedus ambo Elegitq̄ rex
salon operarios de oi isrl̄ ꝛ erat indicto
xxx milia viroꝝ Mittebatq̄ eos in
libanum / x milia p singulos menses
vicissim ita ut duobꝫ mensibꝫ essent
vicissim in domibus suis Et ado
niram erat sup hmoi indictione
Fuerunt itaq̄ saloi lxx milia eoꝝ
qui ona portabant et lxxx milia la
tomoꝝ i monte absq̄ ppositis qui
p̄erant singulis opibꝫ nūo triu
miliu ꝛ trecentoꝝ p̄cipientiu pp̄lo ꝛ hiis
qui faciebant opus Precepitq̄ rex
ut facerent ꝛ tollerent lapides grandes
lapides preciosos i fundamentu templi ꝛ quad
rarent eos quos dolauerunt cemetarii salois
et cemetarii hyra Porro biblii pparauerunt
ligna ꝛ lapides ad edificandu domu

Cap. vi

Factu e aut quadri
gentesio octuagesio ano egress
ionis filioz isrl de tra egipto in
3io ano quarto, mese scdo ipe e mes
sedue regni salois sup isrl Edifica
ri cepit domu dno Domus aut qua
edificabat rex salon dno habebat
lx cubitos in logitudie et xx cubi
tos in latitudie et xxx cubitos i
altitudie Et porticus erat an tem
plu xx cubitoz logitudis iuxta me
sura latitudis templi Et hebat
x cubitos latitudis an faciem tepli
Fecitq i teplo fenestras obliquas
et edificauit sup parietes tepli tabu
lata p giru in parietibus dom p
circuitu templi et oraculi et fecit
latera in circuitu / tabulatu quod
subt erat qnq cubitos hebat la
titudis et mediu tabulatu sex cu
bitoz latitudis Et terciu tabula
tu vij habens cubitos latitudinis
Trabes aut posuit in domo p circu
itu forinsecus ut no hererent mu
ris templi Domus aut cu edificare
tur lapidibus dolatis atq pfectis
edificata e et malleus et securis
et ome ferramentu no sut audita in
domo cu edificaret / Ostiu lateris
medij in pariete erat dom dextre
et p cocleam ascendebat i mediu
cenaculu et a medio i terciu et edifi
cauit domu et consumauit ea Texit
q domu laquearijs cedrinis et
edificauit tabulatu sup omem dom
qnq cubitis altitudis et opuit
ea lignis cedrinis Et fcus e sermo
dni ad Salomone dicens Dom
hec qua edificas si ambulaueris
in preptis meis et iudicia mea feceris
et custodieris oia madata mea gra
diens p ea firmabo sermone meu tibi
que locutus sum ad dauid prem tuu
et habitabo in medio filioz isrl et no
derelinqua ppl'm meu isrl Igitur edifi
cauit salon domu et consumauit ea
et edificauit parietes dom intrinsecus
tabulatis cedrinis a pauimento dom
usq ad summitate pietu et usq ad la
quearia coopuit lignis cedrinis
intrinsecus et texit pauimentu domus
tabulis abietinis Edificauitq xx
cubitoz ad posteriore pte tepli tabu
lata cedrina a pauimento usq ad
superiora Et fecit interiore domu ora
culi in sca scoz Porro xl cubitoz
erat ipm templu p foribs oraculi
et cedro ois dom intrinsecus vesti
ebat hns tornaturas et iuncturas
suas fabricatas et celaturas eminen
tes Oia cedrinis tabulis vestiebatur
nec omnino lapis apparere poterat in
pariete Oraculu aut in medio dom in
teriori parte fecerat ut poneret ibi ar
cham federis dni Porro oraclm habe
bat xx cubitos logitudis et xx cu
bitos latitudis et xx cubitos altitu
dis Et opuit id atq vestiuit auro
purissimo Sed et altare vestiuit ce
dro Domu q an oraculu opuit
auro purissimo et affixit laminas
clauis aureis Nichil q erat i teplo
quod no auro tegeretur Sed et totu
altare oraculi texit auro et fecit i
oraculo duos cherubim de lignis
oliuaz x cubitoz / altitudis v cu
bitoz ala cherub una et qnq cu
bitoz ala cherub altera idest x cu
bitos habentes a summitate ale usq ad
ale alterius summitate Decem q cubitoz

erat cherub secundus in mensura pari et
opus unum erat in duobus cherubim
id est altitudinem habebat unus cherub
x cubitorum et similiter cherub secundus
Posuitque cherubim in medio tem-
pli interioris. Extendebant autem alas
suas cherubim. Et tangebat ala una
parietem et ala cherubim secundi tangebat
parietem alterum. Alae autem alterae in media
parte templi se invicem contingebant.
Texit quoque cherubim auro. Et omnes
parietes templi per circuitum et sculp-
sit variis caelaturis et torno. Et
fecit in eis cherubim et palmas et
picturas varias quasi prominentes de
pariete et egredientes. Sed et pavi-
mentum domus texit intrinsecus auro
et extrinsecus. Et in ingressu oraculi
fecit ostiola, postesque angulorum quinque
et duo ostia de lignis olivarum et
sculpsit in eis picturam cherubim
et palmarum species et anaglypha
valde prominentia. Et texit ea auro
et operuit tam cherubim quam palmas
et cetera auro. Fecitque in introitu
templi postes de lignis olivarum qua-
drangulatos. Et duo ostia de lig-
nis abietinis altrinsecus et utrumque
ostium duplex erat et se invicem te-
nens aperiebatur et sculpsit cherubim et
palmas et caelaturas valde eminentes.
Operuitque omnia laminis aureis opere
quadro ad regulam. Et edificavit atrium
interius tribus ordinibus lapidum politorum
et uno ordine lignorum cedri. Cap. vii.

Anno quarto fundata est domus
Domini mense zio et in anno xi
mense bul ipse est mensis octavus per-
fecta est domus in omni opere suo et in uni-
versis utensilibus suis. Edificavitque
eam annis septem et in octavo consu-
mata est. Domum autem suam edificavit Sa-
lomon xiii annis et ad perfectum usque perduxit.
Edificavitque domum saltus Libani c
cubitorum longitudinis et l cubitorum la-
titudinis et xxx cubitorum altitudinis
et inter quatuor deambulatoria inter cedrinas
columpnas. Ligna quoque cedrina exciderat
in columpnas et tabulatis cedri-
nis vestivit totam cameram que xlv co-
lumpnis sustentabatur. Unus autem ordo habe-
bat columpnas xv contra se invicem
positas et e regione se respicientes
equali spatio inter columpnas et super
columpnas quadrangulata ligna in
cunctis equalia et porticum columpnarum
fecit l cubitorum longitudinis et xxx cu-
bitorum latitudinis. Et alteram porticum
in facie maioris porticus et colump-
nas et epistilia super columpnas fecit.
Porticum quoque solii in qua tribunal
est fecit et texit lignis cedrinis
a pavimento usque ad summitatem.
Et domuncula in qua sedebatur
ad iudicandum erat in medio porticus
simili opere. Domum quoque fecit filie Pha-
raonis quam uxorem duxerat Salomon
tali opere quali et hanc porticum. Omnia
lapidibus preciosis qui ad normam
quadram atque mensuram tam intrinsecus
quam extrinsecus serrati erant a funda-
mento usque ad summitatem parietum et intrin-
secus usque ad atrium maius. Funda-
menta autem de lapidibus preciosis lapi-
dibus magnis x sive octo cubito-
rum et desuper lapides preciosi equalis
mensure secti erant. Similiter quoque de ce-
dro et atrium maius rotundum trium or-
dinum de lapidibus sectis et unius
ordinis de dolata cedro. Necnon
et in atrio domus Domini interiori et
in porticu domus Domini. Misit quoque rex

Salomon et tulit hyram de tyro filium
mulieris vidue de tribu neptaly pre
tyro artificem erarium et plenum sapientia
et intelligentia et doctrina ad faciendum
omne opus ex ere. Qui cum venisset ad
regem Salomonem fecit omne opus eius
et finxit duas columpnas ereas de
xviij cubitorum altitudinis et columpna
vna et linea xij cubitorum ambiebat
columpnam vtramque. Duo quoque capitella
fecit que ponerentur super capita colump
narum fusilia ex ere v cubitorum altitu
dinis capitellum vnum et v cubitorum
altitudinis capitellum alterum et quasi in modum
retis et cathenarum sibi invicem miro
opere contextarum. Vtrumque capitellum co
lumpnarum fusile erat septena versuum
reticula in capitello vno et septe
na reticula in altero capitello et perfecit
fecit columpnas et duos ordines per cir
cuitum reticulorum singulorum ut tege
rent capitella que erant super summitatem
malogranatorum. Eodem modo fecit et capi
tello secundo. Capitella autem que erant super
capita columpnarum quasi opere lilij fabrica
ta erant in porticu iiij cubitorum. Et rur
sum alia capitella in summitate colump
narum desuper iuxta mensuram columpne contra
reticula. Malogranatorum autem du
centi ordines erant in circuitu capi
telli secundi. Et statuit duas columpnas
in porticu templi. Cumque statuisset vnam
columpnam dexteram vocavit eam nomine Ja
chim. Similiter erexit columpnam al
teram et vocavit nomen eius Booz et super
capita columpnarum opus in modum
lilij posuit. Perfectumque est opus colump
narum. Fecit quoque mare fusile x cubi
torum a labio usque ad labium rotundum
in circuitu quinque cubitorum altitudo eius
et resticula xxx cubitorum cingebat
illud per circuitum et sculptura subter
labium circuibat id x cubitis ambiens
mare. Duo ordines sculpturarum histria
tarum erant fusiles et stabant super xij
boves. Ex quibus tres respiciebant ad
aquilonem et tres ad occidentem et tres ad
meridiem et tres ad orientem et mare super
eos desuper erat. Quorum posteriora vni
versa intrinsecus latitabant. Grossitu
do autem luteris trium unciarum erat. Labi
umque eius quasi labium calicis et folium re
pandi lilij duo milia bathos capi
ebat tria milia metretas. Et fecit
bases x ereas iiij[or] cubitorum longitudinis
basis singulas et iiij[or] cubitorum lati
tudinis et trium cubitorum altitudinis.
Et ipsum opus basium interrasile erat
et sculpture inter iuncturas et inter
coronulas et plectas leones et bo
ves et cherubin. Et in iuncturis similiter
desuper et subter leones et boves quasi
lora ex ere dependentia et iiij[or]
rote per bases singulas et axes erei
et per iiij[or] partes quasi humeruli subter
luterem fusiles que se invicem respicie
bant. Os quoque luteris intrinsecus erat in
capitis summitate et quod forinsecus
apparebat vnius cubiti erat et totum
rotundum pariterque habebat vnum cubitum et
dimidium. In angulis quoque columpnarum
varie celature erant et media inter
columpnia quadrata non rotunda. iiij[or]
quoque rote que per iiij[or] angulos basis
erant coherebant sibi subter basim.
vna rota habebat altitudinis cubitum
vnum et semis. Tales autem rote erant
quales solent in curru esse. Et axes
earum et radij et canti et modioli
omnia fusilia. Nam et humeruli illi iiij[or]

per singulos angulos basis unius ex
ipsa basi fusiles et coniuncti erant. In
summitate autem basis erat quedam rotundi-
tas unius et dimidii cubiti ita fabre-
facta ut luter desuper posset inponi
habens celaturas suas et sculpturas
varias ex semetipsa. Sculpsit quoque in tabu-
lis illis que erant ex ere et in angulis
cherubin et leones et palmas quasi
in similitudinem stantis hominis ut non ce-
lata sed opposita per circuitum viderentur.
In hunc modum fecit x bases fusura
una et mensura sculpturaque consimili.
Fecit quoque x luteres eneos. xl bathos
capiebat luter unus eratque iiii cubi-
torum. Singulosque luteres per singulas
id est x bases posuit et constituit x ba-
ses: v ad dexteram partem templi
et v ad sinistram. Mare autem posuit
ad dexteram partem templi contra orientem
ad meridiem. Fecit ergo Hyram lebetes
et scutras et amulas et perfecit omne
opus regis Salomonis in templo Domini: co-
lumpnas duas et funiculos capitel-
lorum super capitella columpnarum duos
et retiacula duo ut operirent duos
funiculos qui erant super capita colum-
pnarum et malagranata quadraginta
in duobus retiaculis: duos versus mala-
granatorum in retiaculis singulis ad
operiendos funiculos capitellorum qui
erant super capita columpnarum, et bases
x et luteres x super bases et mare unum
et boves xii subter mare. Et lebetes
et scutras et amulas. Omnia vasa que
fecit Hyram regi Salomoni in domo Domini
de aurichalco erant. In campestri re-
gione Iordanis fudit ea rex in argil-
losa terra inter Sochot et Sarthan.
Et posuit Salomon omnia vasa in templo
Domini. Propter multitudinem autem nimiam non
erat pondus eris. Fecitque Salomon
omnia vasa in domo Domini: altare autem
aureum et mensam super quam ponerentur
panes propositionis auream et candela-
bra aurea quinque ad dexteram et quinque
ad sinistram contra oraculum ex auro pu-
rissimo et quasi lilii flores et lucernas au-
reas desuper et forcipes aureos et
ydrias et fuscinulas et fialas et
mortariola et thuribula de auro
purissimo et cardines ostiorum domus
interioris sancti sanctorum et ostiorum domus
templi ex auro purissimo erant. Et perfe-
cit omne opus quod faciebat Salo-
mon in domo Domini. Et intulit que
sanctificaverat David pater suus argentum et
aurum et vasa reposuitque in thesauris domus Domini.

Tunc congregati **Capitulum viii**
sunt omnes maiores natu Israel
cum principibus tribuum et duces fa-
miliarum filiorum Israel ad regem Salomonem
in Iherusalem ut deferrent archam federis
Domini de civitate David id est de Syon.
Convenitque ad regem Salomonem uni-
versus Israel in mense Bethanim in sol-
lempni die; ipse est mensis septimus.
Veneruntque cuncti senes ex Israel et sa-
cerdotes et tulerunt archam Domini et
portaverunt eam et tabernaculum federis
et omnia vasa sanctuarii que erant
in tabernaculo et ferebant ea sacer-
dotes et levite. Rex autem Salomon
et omnis multitudo Israel que convenerat
ad eum gradiebatur cum illo ante archam
et ymolabant oves et boves absque
estimatione et numero. Et intulerunt
sacerdotes archam federis Domini in locum
suum in oraculum templi in sancta sanctorum
subter alas cherubin. Siquidem

cherubim expandebant alas suas
super locum arche et protegebant archam
et vectes eius desuper. Cumque eminerent
vectes et apparerent summitates
eorum foris sanctuarium ante oraculum non
apparebant ultra extrinsecus qui et
fuerunt ibi usque in hodiernum diem.
In archa autem non est aliud nisi due ta
bule lapidee quas posuerat in ea
moyses in oreb quando pepigit fedus
dominus cum filiis israel cum egrederentur
de terra egipti. Factum est autem cum exis
sent sacerdotes de sanctuario nebu
la impleuit domum domini et non pote
rant sacerdotes stare et ministrare pre
nebula. Impleuerat autem gloria domini te
plum. Tunc ait salomon. Dixit dominus
ut habitaret in nebula. Edificans edi
ficaui domum in habitaculum tuum
firmissimum solium tuum in sempiternum.
Conuertitque rex faciem suam et bene
dixit omni ecclesie israel. Omnis enim
ecclesia israel stabat. Et ait Salomon
Benedictus dominus deus israel qui locutus
est ore suo ad dauid patrem meum
et in manibus eius perfecit dicens. A die qua
eduxi populum meum israel de egipto non
elegi ciuitatem de vniuersis tribubus
israel ut edificaretur domus et esset nomen
meum ibi. Sed elegi dauid ut esset
super populum meum israel. Voluitque
dauid pater meus edificare domum
nomini dei israel. Et ait dominus ad patrem
meum dauid. Quod cogitasti in
corde tuo edificare domum nomini
meo. bene fecisti hoc ipsum mente
tractans. Verumtamen tu non edifica
bis mihi domum. Sed filius tuus qui
egredietur de renibus tuis. Ipse

edificabit domum nomini meo. Confir
mauit dominus sermonem suum quem locu
tus est. Stetique pro dauid patre meo
et sedi super thronum israel sicut locu
tus est dominus. Et edificaui domum nomini
dei mei israel. Et constitui ibi locum
arche in qua fedus est domini quod per
cussit cum patribus nostris quando egressi
sunt de terra egipti. Stetit autem Salo
mon ante altare domini in conspectu ecclesie
israel. Et expandit manus suas in celum
et ait. Domine deus israel. Non est similis
tui deus in celo desuper et super terram
deorsum. Qui custodis pactum et misericordiam
seruis tuis qui ambulant coram te in
toto corde suo. Qui custodisti seruo tuo
dauid patri meo que locutus es ei.
Ore locutus es et manibus perfecisti
ut hec dies probat. Nunc igitur domine deus
israel conserua famulo tuo dauid patri
meo que locutus es ei dicens. Non au
feretur de te vir coram me qui sedeat
super thronum israel. Ita tamen si custo
dierint filii tui viam suam ut ambu
lent coram me sicut ambulasti in
conspectu meo. Et nunc domine deus israel
firmentur verba tua que locutus es ser
uo tuo dauid patri meo. Ergone
putandum est quod vere deus habitet super
terram. Si enim celum et celi celorum te
capere non possunt quanto magis domus
hec quam edificaui tibi. Sed respi
ce ad orationem serui tui et ad preces eius
domine deus meus. Audi domine ympnum
et orationem quam seruus tuus orat
coram te hodie ut sint oculi tui
aperti super domum hanc die ac nocte
super domum de qua dixisti. Erit nomen
meum ibi ut exaudias orationem quam
orat ad te seruus tuus in loco isto ut

exaudias deprecacionem servi tui et populi tui israhel. Quicumque oraverit in loco isto tu exaudies in loco habitaculi tui in celo et cum exaudieris propicius eris. Si peccaverit homo in proximum suum et habuerit aliquod iuramentum quo teneatur astrictus et venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam tu exaudies in celo et facies et iudicabis servos tuos condempnans impium et reddens viam suam super caput eius Iustificansque iustum et retribuens ei secundum iusticiam suam. Si fugerit populus tuus israhel inimicos suos quia peccaturus est tibi et agentes penitenciam et confitentes nomini tuo venerint et adoraverint et deprecati te fuerint in domo tua hac exaudi in celo et dimitte peccatum populi tui israhel et reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit celum et non pluerit propter peccata eorum et orantes in loco isto penitenciam egerint nomini tuo et a peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam exaudi eos in celo et dimitte peccata servorum tuorum et populi tui israhel et ostende eis viam bonam per quam ambulent et da pluviam super terram quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terra aut pestilencia aut corruptus aer aut erugo aut locusta aut bruchus vel rubigo et afflixerit eum inimicus eius portas obsidens omnis plaga universa infirmitas cuncta devotacio et imprecacio que acciderit omni homini de populo tuo israhel. Si quis cognoverit plagam cordis sui et expanderit manus suas in domo tua hac tu exaudies in celo in loco habitacionis tue et repropiciaberis et facies ut des unicuique

secundum omnes vias suas. Sicut videris cor eius quia nosti solus cor omnium filiorum hominum ut timeant te cunctis diebus quibus vivunt super faciem terre quam dedisti patribus nostris. Insuper et alienigena qui non est de populo tuo israhel cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum Audietur enim nomen tuum magnum et manus tua fortis et brachium tuum extentum ubique. Cum venerit ergo et oraverit in loco hoc tu exaudies in celo in firmamento habitaculi tui. Et facies omnia pro quibus invocaverit te alienigena ut discant universi populi terrarum timere nomen tuum sicut populus tuus israhel et probent quia nomen tuum invocatum est super domum hanc quam edificavi. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos per viam quocumque miseris eos orabunt te contra viam civitatis quam elegisti et contra domum quam edificavi nomini tuo et exaudies eos in celo orationem et preces eorum et facies iudicium eorum. Quod si peccaverint tibi non est enim homo qui non peccet et iratus tradideris eos inimicis suis et captivi fuerint ducti in terram inimicorum longe vel prope et egerint penitenciam in corde suo in loco captivitatis et conversi deprecati te fuerint in captivitate sua dicentes Peccavimus inique egimus impie gessimus et reversi fuerint ad te in universo corde suo et tota anima sua in terra inimicorum suorum ad quam captivi ducti fuerint et oraverint te contra viam terre sue quam dedisti patribus eorum et civitatis quam elegisti et templi quod edificavi nomini tuo exaudies in celis in firmamento solii tui orationem eorum et preces eorum

et facies iudicium eorum et propiciabis
populo tuo qui peccavit tibi et omnibus
iniquitatibus eorum quibus prevaricati
sunt in te et dabis misericordiam coram
eis qui eos captivos habuerint
ut misereatur eis populus enim tuus
est et hereditas tua quos eduxisti
de terra egipti de medio fornacis
ferree ut sint oculi tui aperti ad de
precationem servi tui et populi tui israel
et exaudies eos in universis pro qui
bus invocaverint te Tu enim separasti
eos tibi in hereditatem de universis
populis terre sicut locutus es per moy
sen servum tuum quando eduxisti patres
nostros de egipto domine deus Factum
est autem cum complesset Salomon orans do
minum omnem orationem et deprecationem
hanc surrexit de conspectu altaris
domini utrumque enim genu in terram fixe
rat et manus expanderat in celum
Stetit ergo et benedixit omni ecclesie
israel voce magna dicens Benedictus dominus
deus qui dedit requiem populo suo israel
iuxta omnia que locutus est Non cecidit
nec unus quidem sermo ex omnibus bonis
que locutus est per moysen servum suum
Sit dominus deus noster nobiscum sicut
fuit cum patribus nostris non derelin
quens nos neque proiciens sed incli
net corda nostra ad se ut ambulemus
in universis viis eius et custodiamus
mandata eius et ceremonias et iudi
cia quecumque mandavit patribus
nostris et sint sermones mei isti qui
bus deprecatus sum coram domino propi
quantes coram domino deo nostro die
et nocte ut faciat iudicium servo
suo et populo israel per singulos dies ut

sciant omnes populi terre quia dominus ipse est
deus et non est ultra absque eo Sit quoque
cor nostrum perfectum cum domino deo nostro ut
ambulemus in decretis eius et custodiamus
mandata eius sicut et hodie Igitur
rex et omnis israel cum eo ymolabant
victimas coram domino Mactavitque Sa
lomon hostias pacificas quas ymmo
lavit domino boum xxii milia et ovium
cxx milia Et dedicaverunt templum
domini rex et filii israel In die illa sanctificavit
rex medium atrii quod erat ante domum
domini fecit quippe ibi holocaustum et
sacrificium et adipem pacificorum
quia altare ereum quod erat coram
domino minus erat et capere non poterat
holocaustum et sacrificium et adipem
pacificorum Fecit ergo Salomon in tempore illo
festivitatem celebrem et omnis israel cum
eo multitudo magna ab introitu
Emath usque ad rivum egipti coram
domino deo nostro vii diebus et vii diebus
id est xiiii diebus et in die octavo di
misit populos qui benedicentes regi
profecti sunt in tabernacula sua le
tantes et alacri corde super omnibus
bonis que fecerat dauid servo suo
et israel populo suo Capitulum ix

Factum est autem cum perfecisset Sa
lomon edificium domus domini
et edificium regis et omne quod opta
verat et voluerat facere Apparuit
dominus ei secundo sicut apparuerat ei in ga
baon Dixitque dominus ad eum Exaudi
vi orationem tuam et deprecationem tuam qua
deprecatus es coram me Sanctificavi
domum hanc quam edificasti ut po
nerem nomen meum ibi in sempiter
num et erunt oculi mei et cor meum

ibi cunctis diebus Tu quoque si ambula-
veris coram me sicut ambulavit pater tuus
in simplicitate cordis et in equitate
et feceris omnia que precepi tibi et legit-
tima mea et iudicia mea servaveris
ponam thronum regni tui super israel in
sempiternum sicut locutus sum david
patri tuo dicens Non auferetur de genere
tuo vir de solio israel Si autem aversione
aversi fueritis vos et filii vestri non sequen-
tes me nec custodientes mandata mea
et cerimonias quas proposui vobis
Sed abieritis et colueritis deos ali-
enos et adoraveritis eos auferam israel
de superficie terre quam dedi eis et templum
quod sanctificavi nomini meo proiciam a con-
spectu meo Eritque israel in proverbium et in
fabulam cunctis populis et domus hec erit
in exemplum Omnis qui transierit per eam stupebit
et sibilabit et dicet Quare fecit dominus
sic terre huic et domui huic Et respon-
debunt Quia dereliquerunt dominum deum suum
qui eduxit patres eorum de terra egipti
Et secuti sunt deos alienos et adora-
verunt eos et coluerunt Idcirco in-
duxit dominus super eos omne malum hoc
Expletis autem annis XX Postquam edi-
ficaverat Salomon duas domos id est
domum domini et domum regis Hyram
rege tyri prebente regi salomoni ligna
cedrina et abietina et aurum iuxta
omne quod opus habuerat Tunc
dedit Salomon hyram XX oppida
in terra galilee Et egressus est hyram
de tyro ut videret oppida que dederat
ei Salomon et non placuerunt ei Et ait
Hecine sunt civitates quas dedisti
michi frater Et vocavit eas terram
Chabul usque in diem hanc Misit quoque
hyram ad regem Salomonem CXX
talenta auri Hec est summa expen-
sarum quam obtulit Rex Salomon

ad edificandam domum domini et domum suam
et mello et murum ierusalem et Eser et
Maggedo et gazer Pharao rex e-
gipti ascendit et cepit gazer et succen-
dit eam igni et chananeum qui habitabat
in civitate interfecit et dedit eam in dotem
filie sue uxori Salomonis Edificavit
ergo gazer Salomon et bethoron
inferiorem et balaath et palmiram
in terra solitudinis et omnes vicos qui ad
se pertinebant Et erant absque muro
Munivit et civitates curruum et civitates
equitum et quodcumque ei placuit ut
edificaret in ierusalem et in libano et in omni
terra potestatis sue Universum populum qui
remanserat de amorreis et etheis
et phereseis et eveis et iebuseis
qui non sunt de filiis israel horum filios
qui remanserant in terra quos scilicet non
poterant filii israel exterminare fecit
Salomon tributarios usque ad diem
hanc De filiis autem israel non constituit
rex salomon servire quemquam Sed erant
viri bellatores et ministri eius et prin-
cipes et duces et prefecti curruum et
equorum Erant autem principes et super omnia
opera Salomonis prepositi quingenti L
qui habebant subiectum populum et sta-
tutis operibus imperabant Filia autem
pharaonis ascendit de civitate da-
vid in domum suam quam edificaverat
ei Salomon Tunc edificavit mello Offere-
bat quoque Salomon tribus vicibus per
annos singulos holocausta et pacifi-
cas victimas super altare quod edi-
ficaverat domino et adolebat thimiama
coram domino Perfectumque est templum Clas-
sem quoque fecit Rex Salomon in asyon
gaber que est iuxta ahylam in littore
maris rubri in terra ydumea Misit
hyram in classe illa servos suos viros

nauticos et gnaros maris cu suis
Salois Qui cu venisset i ophir sup
tu inde auz ccccor et xx talētoz de
tulerut ad Rege Salomoē Cap x

Sed et Regia Saba Audita fa
ma salomois i noīe dm̄ veit
temptare eu in enigmatibus Et in
gressa ierlm cu mlto comitatu / z diui
ciis Camelis ptātibus aromata et
auru infinitu nimis / z gemas p̄ci
osas Venit ad Rege Salomonem
Et locuta ē ei vniūsa que hebat
in corde suo / et docuit ea Salomon
oīa vba que pposuerat Non fuit smo
q̄ rege posset latere / et nō rnderet
ei Videns at Regia Saba / omē
sapiam Salois / z domu qua edi
ficauerat / et cibos mense eius z habita
cula suoz / et ordine ministrancium /
Vestes q3 eoz / et pincernas / z holocau
sta / que offerebat in domo domini
Nō hebat vltra spm Dixitq3 ad
Rege Verus ē smo que audiui i
tra mea sup smoibus tuis / z sup
sapia tua Et nō credeba narran
tibus michi / donec ipa veni / et vidi
oculis meis / et pbaui / q̄ media p̄s
nō fuit nunciata michi / Maior ē
sapia / et opa tua / q̄ rumor que
audiui Beati viri tui / et bti sui
tui / hij qui stāt cora te semp / et
audiut sapiam tua Sit dns deus
tuus bndictus cui coplacuisti / et
posuit te sup thronu isrl eo q̄ di
lexit dns isrl i sempitnu / z con
stituit te rege ut faceres iudiciu
et iusticia Dedit g° Regi C et xx
talenta auri et aromata mlta
nimis et gemas p̄ciosas Nō sunt
allata vltra aromata mlta q̄ ea
que dedit Regina Saba Regi Salo
moni Sed et Classis hyram q̄ por
tabat auru de offyr / obtulit / z at
tulit ex ofir / ligna thyna multa
nimis et gemas p̄ciosas / fecitq3
Rex de lignis thinis / fulcra dom9
dm̄ et domus regie / et cytharas /
et lyras cātatoribus Nō sūt allata
huiuscemodi ligna tyna Neq3 visa
usq3 i p̄nte die Rex at Salomo
dedit Regie Saba oīa que voluit
et petiuit ab eo exceptis hiis que
vltro obtulerat ei munere regio / q̄
reuersa ē et abijt in domu z terram
sua cu suis suis Erat at pondus
auri quod offerebatur Salomoni p
anos singulos sex centoz lx sex
taletoz auri / excepto eo qd af
ferebat viri / qui sup vectigalia
erat et negociatores Vniūsi q3 scu
ta vendentes et oms Reges arabie
duces q3 tre Fecit q3 Rex Salon
ducenta scuta de auro puro sexcē
tos auri siclos dedit in laminas
scuti vnius / et trecentas peltas ex
auro pbato / trecente lamine auri
vna peltam vestiebat Posuitq3
eas Rex in domo saltus libani
Fecit ecia Rex salon thronu de
ebore grandem et vestiuit eu auro
fuluo nīs q̄ hebat sex gradus Et
summitas throni rotunda erat in
pte posteriori / et due manus hic
atq3 inde / tenentes sedile / et duo
leones stabat iuxta manus singlas /
/ et duodecim leunculi stātes sup sex g°
dus hic atq3 inde Nō ē factu tale
opus in vniūsis regnis Sed z oīa
vasa de quibus potabat rex salon
erat aurea Et vniūsa supellectilia

Scuta i teplo

domus saltus libani de auro purissimo. Non erat argentum nec alicuius precii putabatur in diebus salomonis quia classis regis per mare cum classe hyram semel per tres annos ibat in tharsis deferens inde aurum et argentum dentes elephantorum et symias et pavos. Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terre diviciis et sapientia. Et universa terra desiderabat videre vultum salomonis ut audiret sapientiam eius quam dederat dominus in corde eius. Et singuli deferebant ei munera vasa argentea et aurea vestes et arma bellica aromata quoque et equos et mulos per annos singulos. Congregavitque Salomon currus et equites et facti sunt ei mille cccc currus et xii milia equitum et disposuit eos per civitates munitas et iuxta regem in ierusalem. Fecitque ut tanta esset habundantia argenti in ierusalem quanta et lapidum et cedrorum prebuit multitudinem quasi sicomoros que nascuntur in campestribus. Et educebantur equi salomonis de egipto et de choa. Negociatores enim regis emebant de choa et statuto precio perducebant. Egrediebatur autem quadriga ex egipto sexcentis siclis argenti et equus cl. atque in hunc modum cuncti reges ethreorum et syrie equos venundabant.

Capitulum xi

Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas filiam quoque pharaonis et moabitidas et amonitidas et ydumeas et sydonias et ethreas de gentibus super quibus dixit dominus filiis israel. Non ingrediemini ad eas neque de illis ingredientur ad vos. Certissime enim avertent corda vestra ut sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore. Fueruntque ei uxores quasi regine septingente et concubine trecente. Et averterunt mulieres cor eius. Cumque iam senex esset depravatum est per mulieres cor eius ut sequeretur deos alienos nec erat cor eius perfectum cum domino deo suo sicut cor david patris eius. Sed colebat Salomon astartem deam sydoniorum et chamos deum moabitarum et moloch ydolum amonitarum. Fecitque Salomon quod non placuerat coram domino et non adimplevit ut sequeretur dominum sicut david pater eius. Tunc edificavit Salomon phanum chamos ydolo moab in monte qui est contra ierusalem et moloch ydolo filiorum amon atque in hunc modum fecit universis uxoribus suis alienigenis que adolebant thura et ymolabant diis suis. Igitur iratus est dominus salomoni eo quod aversa esset mens eius a domino deo israel qui apparuerat ei secundo et preceperat de hoc verbo ne sequeretur deos alienos et non custodivit que mandavit ei dominus. Dixit itaque dominus Salomoni. Quia habuisti hoc apud te et non custodisti pactum meum et precepta mea que mandavi tibi disrumpens scindam regnum tuum et dabo illud servo tuo. Verumtamen in diebus tuis non faciam propter david patrem tuum de manu filii tui scindam illud. Nec totum regnum auferam. Sed tribum unam dabo filio tuo propter david servum meum et ierusalem quam elegi. Suscitavit autem dominus adversarium Salomoni adad ydumeum de semine regio qui erat in edom

Cum enim esset david in ydumea et ascendisset Joab princeps milicie ad sepeliendos eos qui fuerant interfecti et occidisset omne masculinum in ydumea Sex enim mensibus ibi moratus est Joab et omnis israel donec interimeret omne masculinum in ydumea Fugit adad ipse et viri ydumei de servis patris eius cum eo ut ingrederetur egiptum Erat autem adad puer parvulus Cumque surrexissent de madian venerunt in pharan tuleruntque secum viros de pharan et introierunt egiptum ad pharaonem regem egipti qui dedit ei domum et cibos constituit et terram delegavit Et invenit adad graciam coram pharaone valde in tantum ut daret ei uxorem sororem uxoris sue germanam thafnes regine Genuitque ei soror tafnes genebat filium et nutrivit eum soror tafnes in domo pharaonis Eratque genebath habitans apud pharaonem cum filiis eius Cumque audisset adad in egipto dormisse david cum patribus suis et mortuum esse Joab principem milicie dixit pharaoni Dimitte me ut vadam in terram meam Dixitque pharao Qua enim re apud me indiges ut queras ire ad terram tuam At ille respondit Nulla Sed obsecro ut dimittas me Suscitavit quoque ei deus adversarium Razon filium heliada qui fugerat adezer Regem Soba dominum suum et congregavit contra eum viros et factus est princeps latronum cum interficeret eos david Abieruntque damascum et habitaverunt ibi Et constituerunt eum regem in damasco Eratque adversarius israel cunctis diebus salomonis Et hoc est malum adad et odium contra israel Regnavitque in Syria

Jeroboam quoque filius nabath effrateus de Sareda servus salomonis cuius mater erat nomine Serva mulier vidua servus salomonis Levavit manum suam contra regem Et hec est causa rebellionis adversus eum Quia salomon edificavit mello et coequavit voraginem civitatis david patris sui Erat autem Jeroboam vir fortis et potens Vidensque salomon adolescentem bone indolis et industrium constituerat eum prefectum super tributa universe domus ioseph Factum est igitur in tempore illo ut Jeroboam egrederetur de ierusalem et inveniret eum ahias silonites propheta in via opertus pallio novo Erant autem tantum duo in agro Apprehendensque ahias pallium suum novum quo opertus erat scidit in duodecim partes et ait ad Jeroboam Tolle tibi decem scissuras Hec enim dicit dominus deus israel Ecce ego scindam regnum de manu salomonis Et dabo tibi decem tribus Porro una tribus remanebit ei propter david servum meum et ierusalem civitatem quam elegi ex omnibus tribubus israel eo quod dereliquerit me salomon et adoraverit astharten deam sydoniorum et chamos deum moab et moloch deum filiorum amon et non ambulaverit in viis meis ut faceret iusticiam coram me et precepta mea et iudicia mea sicut david pater eius Nec auferam omne regnum de manu eius sed ducem ponam eum cunctis diebus vite sue propter david servum meum quem elegi qui custodivit mandata et precepta mea Auferam autem regnum de manu filii eius et

dabo tibi x tribus. Filio autem eius da-
bo vnam tribum ut remaneat lucerna
servo meo dauid cunctis diebus coram
me in ciuitate ierusalem quam elegi ut
esset nomen meum ibi. Te autem assumam
et regnabis super omnia que desiderat
anima tua. Erisque rex super israel. Si igitur
audieris omnia que precepero tibi et am-
bulaueris in viis meis et feceris quod
rectum est coram me custodiens man-
data mea et precepta mea sicut fecit
dauid seruus meus. Ero tecum et edi-
ficabo tibi domum fidelem quomodo edifi-
caui domum dauid et tradam tibi israel
et affligam semen dauid super hoc
verumptamen non cunctis diebus. Voluit
autem Salomon interficere Ieroboam qui surrexit
et aufugit in egiptum ad susach re-
gem egipti et fuit in egipto usque
ad mortem Salomonis. Reliqua autem
salomonis verborum et omnia que fecit
et sapientia eius ecce vniuersa scripta
sunt in libro verborum salomonis. Dies
autem quos regnauit Salomon in ierusalem
super omnem israel xl anni sunt. Dor-
mivitque salomon cum patribus suis et
sepultus est in ciuitate dauid patris sui
Regnauitque Roboam filius eius pro eo.

Capitulum xii

Venit autem Roboam
in Sichem. Illuc enim congre-
gatus erat omnis israel ad constituendum
eum regem. At vero Ieroboam filius Na-
bath cum adhuc esset in egipto pro-
fugus a facie regis Salomonis audita
morte eius. Reuersus est de egipto.
Miseruntque et vocauerunt eum. Venit
ergo Ieroboam et omnis multitudo israel et
locuti sunt ad Roboam dicentes. Pater
tuus durissimum iugum imposuit nobis.
Tu itaque nunc minue paululum de
imperio patris tui durissimo et de iugo gra-
uissimo quod imposuit nobis et seruie-
mus tibi. Qui ait eis. Ite usque ad tercium
diem et reuertimini ad me. Cumque abi-
isset populus. Iniit consilium rex Ro-
boam cum senioribus qui assistebant
coram Salomone patre eius dum adhuc viueret
et ait. Quod mihi datis consilium ut
respondeam populo huic. Qui dixerunt ei.
Si hodie obedieris populo huic et seruie-
ris et petitioni eorum cesseris locutusque
fueris ad eos verba lenia erunt tibi
serui cunctis diebus. Qui dereliquit con-
silium senum quod dederant ei. et adhi-
buit adolescentes qui nutriti fuerant
cum eo et assistebant ei. Dixitque ad eos
Quod mihi datis consilium ut respondeam
populo huic. Qui dixerunt mihi. Leuius
fac iugum quod imposuit pater tuus
nobis. Et dixerunt iuuenes ei qui nu-
triti fuerant cum eo. Sic loqueris populo
huic. Qui locuti sunt ad te dicentes.
Pater tuus aggrauauit iugum nostrum tu
releua nos. Sic loqueris ad eos. Mi-
nimus digitus meus grossior est
dorso patris mei. Et nunc pater meus
posuit super vos iugum graue. Ego autem
addam super iugum vestrum. Pater meus ce-
cidit vos flagellis ego autem cedam
vos scorpionibus. Venit ergo Ieroboam
et omnis populus ad Roboam die tercio
sicut locutus fuerat rex dicens. Reuertimini
ad me die tercia. Responditque rex populo
dura derelicto consilio seniorum quod
ei dederant. Et locutus est eis secundum
consilium iuuenum dicens. Pater meus ag-
grauauit iugum vestrum ego autem addam
iugo vestro. Pater meus cecidit vos
flagellis ego autem cedam vos scorpio

mibus Et no acquieuit rex populo
qm auersatus fuerat eu dns ut sus-
citaret vbm suu quod locutus fuerat
i manu Ahie Silonite ad Ieroboa
filiu Naboth Videns itaqz pplus
q noluisset eos audire rex Rndit
ei dicens Que nobis ps i dauid
vel que hereditas in filio ysay Vade
in tabnacula tua ysrl Nuc vide
domu tua dauid Et abijt ysrl in
tabernacula sua Sup filios at
ysrl quicuqz habitabat in ciuitatibus
iuda regnauit Roboam Misit igit
Roboam aduram q erat sup tri-
buta et lapidauit eu ois ysrahel
et mortuus est Porro rex Roboa
festinus ascendit ~~[illegible]~~ curru z fug-
it in ierlm Recessitqz ysrl a domo da-
uid usqz i pnte die Factu e at cu
audisset ois ysrl q reuersus esset
Ieroboam, miserut et vocauert
eu congregato cetu et constitue-
rut eu regem sup omez ysrl nec
secutus e quisqz domu dd pter
tribu iuda sola Venit at Roboa
ierlm et congregauit vniusa dom
iuda z tribu beniami Clxxx mi-
lia viroz electoz z bellatoz ut pug-
naret cont domu ysrl et reduce-
ret regnu Roboa filio Salomonis
Factus e at smo dni ad Semeya
viru dei dicens Loquere ad Roboam
filiu Salois Rege iuda et ad oem
domu iuda et beniamin z reliqs
de pplo dicens Hec dicit dns deus No
ascendetis nec bellabitis contra
fres vros filios ysrl Reuertat vir i
domu sua A me ei factu e hoc
Audierut vbm dni z reuersi
sut de itinere sicut pceperat eis dns

Edificauit aut Ieroboa Sychem in
mote effraym et habitauit ibi Et egres-
sus inde edificauit phanuel Dixit
qz Ieroboa in corde suo Nuc reuer-
tet regnu ad domu dauid si ascen-
derit pplus iste ut faciat sacrificia i
domo dni in ierlm et couertet cor
ppli huius ad dnm suu Roboa Rege
Iuda Interficietqz me et reuertetur
ad eu Et excogitato consilio fecit
duos vitulos aureos Et dixit eis
Nolite ultra ascendere in ierlm Ecce
dij tui ysrl qui eduxert te de tra
egipti Posuitqz vnu in bethel et
alteru i dan Et factu e vbm hoc ysrl
in pctm Ibat ei pplus ad adorand
vitulu usqz in dan Et fecit phana
na i excelsis et sacerdotes de ext-
mis ppli qui no erat de filijs le-
ui Constituitqz diem sollepne i mense
octauo xv die mensis i similitudinem
sollepnitatis q celebrabatur i iuda
Et ascendens similiter altare fecit
in bethel ut ymolaret vitulis quos
fabricatus fuerat Constituitqz in
bethel sacerdotes excelsoru que
fecerat et ascendit sup altare quod
extruxerat in bethel xv die mensis
octaui quem finxerat de corde suo
et fecit sollepnitatem filijs ysrl Et
ascendit sup altare ut adoleret incensu

Cap xiij

Et ecce vir dei
venit de iuda in smone dni
in bethel Ieroboa stante sup al-
tare et thus iaciete et exclamat
cont altare in smone dni et ait
Altare altare hec dicit dns Ecce
filius nascetur domui dauid Iosi-
as noie et ymolabit sup te sacer-

dotes excelsorum qui nunc in te thymia
ma succendunt et ossa hominum incendet
super te. Deditque in die illa signum
dicens: Hoc est signum quod locutus est
dominus: Ecce altare scindetur et effundetur
cinis qui in eo est. Cumque audisset rex
sermonem hominis dei quem inclamave
rat contra altare in bethel extendit
manum suam de altari dicens: Apprehendite
eum. Et exaruit manus eius quam ex
tenderat contra eum nec valuit retraxe
re eam ad se. Altare quoque scissum est et effusus
est cinis de altari iuxta signum quod
predixerat vir dei in sermone domini.
Et ait rex ad virum: Deprecare faciem
domini dei tui et ora pro me ut restituatur
manus mea mihi. Oravitque vir dei
faciem domini et reversa est manus eius ad
eum et facta est sicut prius fuerat. Locutus
est autem rex ad virum dei: Veni mecum do
mum ut prandeas et dabo tibi mu
nera. Responditque vir dei ad regem: Si de
deris mihi dimidiam domus tue partem
non veniam tecum nec comedam panem
neque bibam aquam in loco isto. Sic enim
mandatum est mihi in sermone domini precipi
entis: Non comedes panem neque bi
bes aquam nec reverteris per viam qua venisti.
Abiit ergo per aliam viam et non est reversus
per iter quo venerat in bethel. Prophe
tes autem quidam senex habitabat in
bethel ad quem venerunt filii sui
et narraverunt ei omnia opera que
fecerat vir dei in bethel in die illa
et verba que locutus fuerat ad regem
narraverunt patri suo. Et dixit eis
pater eorum: Per quam viam abiit? Osten
derunt ei filii eius viam per quam abi
erat vir dei qui venerat de iuda. Et
ait filiis suis: Sternite mihi asinum.

Qui cum stravisset ascendit et abiit
post virum dei et invenit eum sedentem
subtus terebintum. Et ait illi: Tu ne
es vir dei qui venisti de iuda? Respondit
ille: Ego sum. Et dixit ad eum: Veni
mecum domum ut comedas panem.
Qui ait: Non possum reverti neque veni
re tecum nec comedam panem nec bibam aquam
in loco isto quia locutus est ad me dominus
in sermone domini dicens: Non comedes panem
et non bibes aquam ibi nec reverteris
per viam qua ieris. Qui ait illi: Et ego
propheta sum similis tui et angelus domini
locutus est mihi in sermone domini dicens: Reduc
eum tecum in domum tuam et comedat
panem et bibat aquam. Fefellit eum
et reduxit secum. Comedit ergo panem
in domo eius et bibit aquam. Cumque
sederent ad mensam factus est sermo domini
ad prophetam qui reduxerat eum et excla
mavit ad virum dei qui venerat de iuda
dicens: Hec dicit dominus: Quia non obediens
fuisti ori domini et non custodisti manda
tum quod precepit tibi dominus deus tuus
et reversus es et comedisti panem
et bibisti aquam in loco in quo precepi
tibi ne comederes panem neque biberes
aquam non inferetur cadaver tuum
in sepulcrum patrum tuorum. Cumque come
disset et bibisset stravit asinum suum
que prophete ~~qui~~ reduxerat. Qui cum abis
set invenit eum leo in via et occidit.
Et erat cadaver eius proiectum in itinere.
Asinus autem stabat iuxta illud. Et leo
stabat iuxta cadaver. Et ecce viri tran
seuntes viderunt cadaver proiectum in via
et leonem stantem iuxta cadaver et venerunt
et divulgaverunt in civitate in qua prophe
tes senex ille habitabat. Quod cum
audisset propheta ille qui reduxerat

eum ait Vir dei est qui inobediens fuit
ori domini et tradidit eum dominus leoni
et confregit eum et occidit iuxta verbum
domini quod locutus est ei. Dixitque ad filios
suos sternite mihi asinum. Qui cum stra
uissent et ille abisset inuenit cada
uer eius proiectum in via et asinum
et leonem stantes iuxta cadauer. Et non
comedit leo de cadauere nec lesit a
sinum. Tulit ergo propheta cadauer viri
dei et posuit illud super asinum et
reuersus intulit in ciuitatem prophete senex
ut plangeret eum. Et posuit cadauer
eius in sepulchro suo et planxe
runt eum heu heu mi frater. Cumque
planxissent eum dixit ad filios suos
Cum mortuus fuero sepelite me in
sepulchro in quo vir dei sepultus
est iuxta ossa eius ponite ossa mea
Profecto enim veniet sermo quem predixit
in sermone domini contra altare quod est
in bethel et contra omnia phana ex
celsorum que sunt in vrbibus Sama
rie. Post verba hec non est reuersus Jero
boam de via sua pessima sed econtrario
fecit de nouissimis populi sacerdotes
excelsorum. Quicumque volebat imple
bat manum suam et fiebat sacerdos
excelsorum. Et propter hanc causam peccauit
domus Jeroboam et euersa est et de
leta de superficie terre. Capitulum xiiij

In tempore illo egrotauit Abia fi
lius Jeroboam. Dixitque Jeroboam
vxori sue Surge et commuta ha
bitum ne cognoscaris quod sis vxor
Jeroboam et vade in Sylo vbi est
Ahias propheta qui locutus est michi quod
regnaturus essem super populum hunc et
tolle in manu tua x panes et crustu
lam et vas mellis et vade ad illum
Ipse enim indicabit tibi quid euenturum

sit huic puero. Fecit ergo ut dixerat
Jeroboam vxor. Et consurgens abijt
in Sylo et venit in domum Ahie. Et ille
non poterat videre quia caligauerat
oculi eius pre senectute. Dixit autem
dominus ad Ahyam Ecce vxor Jeroboam
ingreditur ut consulat te super
filio suo qui egrotat hec et hec lo
queris ei. Cum ergo intraret et dissimularet
se esse que erat Audiuit Ahyas so
nitum pedum eius introeuntis per hostium
et ait Ingredere vxor Jeroboam. Quare
te aliam te esse simulas. Ego autem
missus sum ad te durus nuncius. Va
de et dic Jeroboam Hec dicit dominus deus
israel. Quia exaltaui te de medio
populi et dedi te ducem super populum meum
israel et scidi regnum domus dauid
et dedi illud tibi et non fuisti sicut
seruus meus dauid qui custodiuit
mandata mea et secutus est me
in toto corde suo faciens quod placi
tum esset in conspectu meo sed operatus
es male super omnes qui fuerunt an
te et fecisti tibi deos alienos et
conflatiles ut me ad iracundiam
prouocares Me autem proiecisti post tergum
Idcirco ego inducam mala super domum
Jeroboam et percuciam de domo Jeroboam
mingentem ad parietem et clausum et
nouissimum in israel et mundabo re
liquias domus Jeroboam sicut mun
dari solet fimus usque ad purum. Qui
mortui fuerint de Jeroboam in ciuitate
comedent eos canes. Qui autem mor
tui fuerint in agro vorabunt eos
aues celi quia dominus locutus est
Tu autem surge et vade in domum tuam
Et in ipso introitu pedum tuorum in vr
bem morietur puer et plangent eum

omnis israel et sepelient ipsum. Iste enim solus inferetur de Ieroboam in sepulchrum quia inventus est super eum sermo bonus a domino deo israel in domo Ieroboam. Constituet autem sibi dominus regem super israel qui percutiat domum Ieroboam in hac die et in hoc tempore. Et percutiet dominus deus israel sicut moveri solet harundo in aqua et evellet israel de terra bona hac quam dedit patribus eorum et ventilabit eos trans flumen quia fecerunt sibi lucos ut irritarent dominum et tradet dominus deus israel propter peccata Ieroboam qui peccavit et peccare fecit israel. Surrexit itaque uxor Ieroboam et abiit et venit in thersa. Cumque illa ingrederetur limen domus puer mortuus est et sepelierunt eum et planxit illum omnis israel iuxta sermonem domini quem locutus est in manu servi sui ahie prophete. Reliqua autem verborum Ieroboam quomodo regnaverit et pugnaverit ecce scripta sunt in libro verborum dierum Regum israel. Dies autem quibus regnavit Ieroboam anni xxii sunt et dormivit cum patribus suis (et sepultus est in samaria). Regnavitque Nadab filius eius pro eo. Porro Roboam filius Salomonis regnavit in iuda. xli annorum erat Roboam cum regnare cepisset et xvii annis regnavit in ierusalem civitate quam elegit dominus ut poneret nomen suum ibi ex omnibus tribubus israel. Nomen autem matris eius Naama amonites. Et fecit iuda malum coram domino et irritaverunt eum super omnibus que fecerant patres eorum in peccatis suis quibus peccaverant. Edificaverunt enim et ipsi sibi aras et statuas et lucos super omnem collem excelsum et subter omnem arborem frondosam. Sed et effeminati fuerunt in terra feceruntque omnes abominationes gentium quas attrivit dominus ante faciem filiorum israel. In quinto autem anno Roboam ascendit Sesach rex egipti in ierusalem et tulit thesauros domus domini et thesauros regios et universa diripuit scuta quoque aurea que fecerat Salomon pro quibus fecit rex Roboam scuta erea et tradidit ea in manu ducum scutariorum et eorum qui excubabant ante ostium regis domus. Cumque ingrederetur rex in domum domini portabant ea qui precurrendi habebant officium et postea reportabant ad armentarium scutariorum. Reliqua autem sermonum Roboam et omnia que fecit ecce scripta sunt in libro verborum Regum iuda. Fuitque bellum inter Ieroboam et Roboam cunctis diebus. Dormivitque Roboam cum patribus suis et sepultus est cum eis in civitate david. Nomen autem matris sue Naama amonites. Et regnavit Abia filius eius pro eo.

Capitulum xv

Igitur in xviii anno Ieroboam filii nabath regnavit Abia super iudam. Tribus annis regnavit in ierusalem. Nomen matris eius Maacha filia absalon. Ambulavitque in omnibus peccatis roboam patris sui que fecerat ante eum. Nec erat cor eius perfectum cum domino deo suo sicut cor david patris eius. Sed propter david dedit ei dominus deus suus lucernam in ierusalem ut suscitaret filium eius post eum et staret ierusalem eo quod fecisset david rectum in oculis domini et non declinasset ab omnibus que preceperat ei dominus cunctis diebus vite sue excepto sermone urie ethei. Attamen bellum fuit inter Abiam et inter Ieroboam omni tempore vite eius. Reliqua autem sermonum Abie et omnia que

fecit cetc hec scripta sunt i libro verbo
dierum Regum Juda Fuitque bellum inter
abiam et inter Jeroboam Et dormiuit
abya cum patribus suis Et sepeli
erunt eum in ciuitate dauid Et reg
nauit Asa filius eius pro eo In anno
g° xx° Jeroboam Regis israel Regnauit
Asa rex iuda et xli° anno regnauit
in ierusalem Nomen matris eius Maacha
filia absolon Et fecit asa rectum
an conspectum domini sicut dauid pater
eius Et abstulit effeminatos de
terra Purgauitque vniuersas sordes
ydolorum que fecerant patres eius Insuper
et maacham matrem suam amouit
ne esset princeps in sacris priapi et
in luco eius que consecrauerat
Subuertitque specum eius et confregit
simulacrum turpissimum et combussit
in torrente cedron Excelsa autem non
abstulit Verumptamen cor asa rectum
erat cum domino deo suo cunctis diebus
suis et intulit ea que sanctificauerat
pater eius et vouerat in domum domini
argentum et aurum et vasa Bellum
autem erat inter Asa et Baasa Regem
israel cunctis diebus eorum Ascendit
quoque Baasa rex israel in Judam et edifi
cauit Rama ut non posset quispiam
egredi vel ingredi de parte Asa re
gis Jude Tollens itaque Asa omne
argentum et aurum quod remanserat
in thesauris domus domini et in thesau
ris domus Regie dedit illud in manus
seruorum suorum Et misit ad benadab
filium Thabremon filii ezion regem
Syrie qui habitabat in damasco dicens
Fedus est inter me et te et inter patrem
tuum et patrem meum Ideo misi tibi
munera aurum et argentum et peto

ut venias et irritum facias fedus quod
habes cum Baasa rege israel et recedat
a me Acquiescens benadab regi asa
misit principes exercitus sui in ciuitates
israel et percusserunt achion et dan et
abel domum maacha et vniuersam
ceneroth Omnem scilicet terram neptaly
Quod cum audisset Baasa intermi
sit edificare Rama et reuersus est in
thersa Rex autem Asa Nuncios misit
in omnem Judam dicens Nemo sit excusatus
Et tulerunt lapides Rama et ligna
eius quibus edificauerat baasa et
extruxit de eis Rex asa Gabaa
Beniamin et masphal Reliqua autem
sermonum Asa et vniuerse fortitudinis
et cuncta que fecit et ciuitates quas
extruxit Nonne hec scripta sunt in libro
verborum dierum Regum Juda Veruntamen
in tempore senectutis sue doluit pedes
et dormiuit cum patribus suis et se
pultus est cum eis in ciuitate dauid patris
sui Regnauitque Josaphat filius eius
pro eo Nadab vero filius Jeroboam regnauit
super israel anno secundo asa regis Juda
Regnauitque super israel duobus annis et
fecit quod malum est in conspectu domini et
ambulauit in viis patris sui et in peccatis
eius quibus peccare fecit israel Insi
diatus est autem ei Baasa filius achya
de domo ysachar et percussit eum in
gebbethon que est vrbs philistinorum
Siquidem Nadab et omnis israel obside
bat gebbethon Interfecit igitur illum
Baasa in anno tercio Asa regis iuda
et regnauit pro eo Cumque regnasset
percussit omnem domum Jeroboam Non
dimisit nec vnam quidem animam de semine
eius donec deleret eum iuxta verbum
domini quod locutus fuerat in manu

serui sui achie silonitis ppt pcta
Ieroboam que peccauit et quibus
peccare fecerat isrl et ppt delictu
quo irritauerat dnm deum israhel
Reliqua aut smonu Nadab et oia
que opatus est None hec scripta st
in libro verbo dierum Regum isrl Fuit
qz bellu int Asa et Baasa rege
isrl cunctis diebus eorum Anno ter
tio asa regis iuda Regnauit baasa
filius Achia sup omnem isrl i thersa
xxiiii or annis et fecit malu cora
dno ambulauitqz in via Ieroboam
et in pctis eius quibus peccare fecit israhel

Cap xvi

Factus e aut sermo
dni ad hieu filiu anani contra
baasa dicens Pro eo qz exaltaui
te de puluere et posui te ducem sup
isrl et pplm meu Tu aut ambulasti
in via Ieroboam et peccare fecisti
pplm meu isrl ut me irritares i
pctis eorum et ecce ego demetam
posteriora baasa et posteriora
domus eius et faciam domu tua sicut
domu Ieroboam filii Nabath Qui mor
tuus fuerit de baasa i ciuitate comedent
eu canes et qui mortuus fuerit ex eo
i regione comedent eu volucres celi
Reliqua aut smonu baasa et quecuqz
fecit et plia eius None hec scripta
sunt in libro verbo dierum regum isrl
Dormiuit go baasa cu patribus suis
et sepultus est in thersa Et regnauit
hela filius eius pro eo Cu aut i ma
nu hieu filii anani pphe vbm dni
factu esset cont baasa et cont
domu eius et cont omne malu qd
fecerat cora dno ad irritandu eu
i opibus manuu suaz ut fieret
sicut domus Ieroboam Ob hanc cau
sam occidit eu hoc est eum hieu filiu
anani pphetam Anno xxvi asa
regis iuda regnauit hela filius baa
sa sup isrl in thersa duobus annis
Et rebellauit cont eu seruus suus zam
ri dux medie partis equitu Erat
aut hela in thersa bibens et temu
lentus in domo Arsa pfecti thersa
Irruens go zamri pcussit et occidit
eu Anno xxvii asa regis iuda
et regnauit pro eo Cuqz zamri
regnasset et sedisset sup soliu eius
pcussit omnem domu baasa et no
reliquit ex ea mingentem ad parietem
et ppinquos et amicos eius Deleuitqz
zamri omne domu baasa iuxta
vbm dni quod locutus fuerat ad
basa in manu hieu pphe ppt vni
uersa pcta baasa et pcta hela filii
eius quo peccauerunt et peccare
fecerunt isrl puocantes dnm deu
isrl in vanitatibus suis Reliqua
aut smonu hela et oia que fecit
None hec scripta sunt in libro verbu
dierum regum isrl Anno xxvii asa
regis iuda Regnauit zamri vii
diebus in thersa Porro exercitus
obsidebat gebbethon vrbem philis
tinorum Cuqz audisset rebellasse za
ri et occidisse rege fecit sibi re
gem ois isrl zambri qui erat prin
ceps milicie sup isrl in die illa
in castris Ascendit go zambri et
ois isrl cu eo de gebbethon et ob
sidebat thersa Videns aut zam
bri qz expugnanda esset ciuitas
ingressus est palacium et succendit
se cu domo regia et mortuus est
in pctis suis quibus peccauerat

fatiens malum coram domino et ambulans in via Jeroboam et in peccato eius quo fecit peccare israel. Reliqua autem sermonum zambri et insidiarum eius et tyrannidis nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israel. Tunc divisus est populus israel in duas partes. Media pars populi sequebatur thebni filium geneth ut constitueret eum regem. Et media pars zambri. Prevaluit autem pars populi que erat cum zambri populo qui sequebatur thebni. Et regnavit zambri anno xxxi° asa regis iuda super israel xii annis. In thersa regnavit sex annis. Emitque montem samarie a somer duobus talentis argenti et edificavit eum et vocavit nomen civitatis quam construxerat nomine somer domini montis samarie. Fecit autem zambri malum in conspectu domini et operatus est nequiter super omnes qui fuerant ante eum. Ambulavitque in omni via Jeroboam filii nabath et in peccatis eius quibus peccare fecerat israel ut irritaret dominum deum israel in vanitatibus suis. Reliqua autem sermonum zambri et prelia eius que gessit scripta sunt in libro verborum regum israel. Et dormivit zambri cum patribus suis et sepultus est in samaria. Regnavitque achab filius eius pro eo. Achab vero filius zambri regnavit super israel anno xxxviii° asa regis iuda. Et regnavit achab filius zambri super israel in samaria xxii annis. Et fecit achab filius zambri malum in conspectu domini super omnes qui fuerunt ante eum. Nec suffecit ei ut ambularet in peccatis Jeroboam filii nabath. Insuper duxit uxorem Jezabel filiam methbaal regis sidoniorum et abiit et servivit baal et adoravit eum et posuit aram baal in templo baal quod edificaverat in samaria et plantavit lucum. Et addidit achab in opere suo irritans dominum deum israel super omnes reges israel qui fuerunt ante eum. In diebus autem eius edificavit ahiel de bethel Jericho in abiram primitivo suo fundavit eam et in segub novissimo suo posuit portas eius iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu Josue filii Nun.

Capitulum XVII

Et dixit helias thesbites de habitatoribus galaad ad achab. Vivit dominus deus israel in cuius conspectu sto si erit annis his ros et pluvia nisi iuxta oris mei verba. Et factum est verbum domini ad eum dicens. Recede hinc et vade contra orientem et abscondere in torrente carith qui est contra iordanem et ibi de torrente bibes. Corvisque precepi ut pascant te ibi. Abiit ergo et fecit iuxta verbum domini. Cumque abisset sedit in torrente charith qui est contra iordanem. Corvi quoque deferebant ei panem et carnes mane similiter panem et carnes vespere et bibebat de torrente. Post dies autem aliquot siccatus est torrens. Non enim pluerat super terram. Factus est ergo sermo domini ad eum dicens. Surge et vade in sarepta sydoniorum et manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vidue ut pascat te. Surrexit et abiit in sarepta sidoniorum. Cumque venisset ad portam civitatis apparuit ei mulier vidua colligens ligna et vocavit eam et dixit ei. Da michi paululum aque in vasa ut bibam. Cumque illa pergeret ut afferret clamavit post tergum eius

dicens Affer mihi obsecro te et buccel-
lam panis in manu tua Que respondit
Vivit dominus deus tuus quia non habeo pa-
nem nisi quantum pugillus potest capere
farine in ydria et paululum olei
in lechito En colligo duo ligna ut
ingrediar et faciam illud mihi et filio
meo ut comedamus et moriamur Ad
quam helias ait Noli timere sed va-
de et fac sicut dixisti Verumtamen
mihi primum fac de ipsa farinula sub-
cinericium panem parvulum et affer ad
me Tibi autem et filio tuo facies pos-
tea Hec autem dicit dominus deus israhel Ydria
farine non deficiet nec lechitus olei
minuetur usque ad diem in qua daturus
est dominus pluviam super faciem terre Que
abiit et fecit iuxta verbum ~~domini~~ helie Et
comedit ipse et illa et domus eius
Et ex illa die ydria farine non de-
fecit et lechitus olei non est imminutus
iuxta verbum domini quod locutus fuerat in ma-
nu helie Factum est autem post hec verba
Egrotavit filius mulieris matrisfa-
milias et erat languor fortissi-
mus ita ut non remaneret in eo halitus
Dixit ergo ad heliam Quid mihi et
tibi vir dei Ingressus es ad me ut
rememorarentur iniquitates mee
et interficeres filium meum Et ait ad
eam helias Da mihi filium tuum Tulitque
eum de sinu eius et portavit in cenaculum
ubi ipse manebat et posuit eum super
lectulum suum Et clamavit ad dominum
et dixit Domine deus meus etiam ne
viduam apud quam ego utcumque sus-
tentor afflixisti ut interficeres filium
eius Et expandit se atque mensus
est super puerum tribus vicibus Et cla-
mavitque ad dominum et ait Domine deus
meus Revertatur oro anima pueri huius
in viscera eius Exaudivit dominus vo-
cem helie Et reversa est anima pueri intra
eum et revixit Tulitque helias puerum
et deposuit eum de cenaculo in inferio-
rem domum et tradidit matri sue et ait
illi En vivit filius tuus Dixitque
mulier ad heliam Nunc in isto cogno-
vi quoniam vir dei es tu et verbum domi-
ni in ore tuo verum est

Capitulum xviii

Post multos dies factum est verbum
domini ad helyam in anno tercio dicens
Vade et ostende te Achab ut dem
pluviam super faciem terre Ivit ergo heli-
as ut ostenderet se achab Erat autem fames
vehemens in samaria
Vocavitque Achab abdiam dispen-
satorem domus sue Abdias autem timebat
dominum deum israhel valde Nam cum
interficeret Jezabel prophetas domini
tulit ille centum prophetas et abscondit
eos quinquagenos et quinquage-
nos in speluncis et pavit eos pane
et aqua Dixit ergo Achab ad Ab-
diam Vade in terram ad universos
fontes aquarum et in cunctas val-
les si forte invenire possimus her-
bam et salvare equos et mulos et
non penitus iumenta intereant Di-
viseruntque sibi regiones ut cir-
cuirent eas Achab ibat per viam
unam et Abdias per viam alteram
seorsum Cumque esset abdias in via
helyas occurrit ei Qui cum cogno-
visset eum cecidit super faciem suam
et ait Num tu es domine mi helias
Cui ille respondit Ego Et dixit heli-
as ad abdiam Vade dic domino tuo
Adest helias Et ille Quid peccavi

niquit qm tradis me suu tuu i
manu achab ut interficiat me
Vivit dns deus tuus quia no est
gens aut regnu quo no miserit
dns meus te requires Et rndetibus
cunctis no e hic Adiuravit regna
singula et gentes eo q minime re-
periris Et nunc dicis michi Vade
et dic dno tuo Adest helias Cu-
q recessero a te spus dni asportabit
te in locu que ego ignoro Et i-
gressus nunciabo achab et no in-
veniens te interficiet me Servus
at tuus timet dnm ab infancia
sua Nunq no indicatu e tibi dno
meo quid fecerim cu interficeret
Jezabel pphas dni q absconderi
de pphis dni centu viros quinquage-
nos et quinquagenos in speluncis
et pavi eos pane et aq Et nc
tu dicis Vade et dic dno tuo adest
helias ut interficiat me Et dixit
helias Vivit dns exercituu an cu-
ius conspectu sto quia hodie appa-
rebo ei Abiit ergo abdias i occur-
su achab et indicavit ei Venitque
achab i occursu helie Et cu vidisset
eu ait Tu ne es ille q conturbas
isrl Et ille ait No ego turbavi
isrl sed tu et dom9 pris tui qui dere-
liquistis mandata dni Et secuti
estis baalim Verumtn nc mitte et
congrega ad me universu isrl i mon-
te carmeli et pphas baal quadringen-tos
quinquaginta pphas q lucorum quadringentos
qui comedunt de mensa Jesabel Mi-
sit achab ad omes filios isrl et
congregavit pphas in monte car-
meli Accedens at helias ad omem
ppłm isrl ait Usq quo claudicatis

in duas ptes Si dns e deus sequi-
mini eu Si at baal sequimini illu Et
no rndit ei ppłus vm Et ait heli-
as rursu ad pplm Ego at remansi
ppha dni solus Pphe at baal quadringenti
et quinquaginta pphe q lucorum quadringenti
viri sunt Dentur nobis duo boves
et illi eligant bove unu et i frustra
cedentes ponant sup ligna ignem
at no supponant Et ego faciam bove
alteru et ipona sup ligna ignem
q no suppona Invocate noia deorum
vrorum et ego invocabo nome dni dei
mei et deus q exaudierit p igne
ipe sit deus Rndens ois pplus ait
Optima ppositio qua locutus e helias
Dixit g° pphis baal Eligite bove
unu vobis et facite pmi quia vos
plures estis et invocate noia deorum
vrorum igne q no supponatis Qui
cu tulissent bovem que dederat
eis fecerunt et invocabat nome
baal de mane usq ad meridie dice-
tes Baal exaudi nos et no erat
vox nc q rnderet Transiliebantque
altare quod fecerant Cuq esset
ia meridies illudebat eis helias
d. Clamate voce maiori deus ei-
m est et forsitan loquitur aut i divi-
sorio est aut in itinere a certe dor-
mit ut excitetur Clamabant ergo
voce magna et incidebant se iuxta
ritu suu cultris et lanceolis do-
nec pfunderentur Postq at transiit
meridies et illis pphetantibus ve-
nerat temp9 quo sacrificiu offerri
solet nc audiebatur vox neq aliqs
rndebat nec attendebat orantes
Dixitque helias omi pplo Venite ad
me Et accedente ad se omi populo

curauit altare domini quod destructum
fuerat et tulit xij lapides iuxta numerum
tribuum filiorum iacob ad quem factus est
sermo domini dicens Israhel erit nomen tuum Et
edificauit ex lapidibus altare in nomine
domini fecitque aqueductum quasi per duas
aratiunculas in circuitu altaris et
composuit ligna Diuisitque per membra
bouem et posuit super ligna et ait Im-
plete iiij ydrias aqua et effundite
super holocaustum et super ligna Rursum
que dixit Etiam secundo hoc facite Qui
cum fecissent et secundo Ait Etiam et tercio
et currebant aque circa altare et fossa
aqueductus repleta est Cumque iam tempus
esset ut offerretur holocaustum Acce-
dens propheta helias ait Domine deus Abra-
ham et ysaac et israhel hodie ostende
quia tu es deus israhel Et ego seruus tuus
Et iuxta preceptum tuum feci omnia verba hec
Exaudi me domine exaudi me ut dis-
cat populus iste quia tu es dominus deus israhel
et tu conuertisti corda eorum iterum Cecidit
autem ignis domini et deuorauit holocaustum
et ligna et lapides puluerem quoque
et aquam que erat in aqueductu lambens
Quod cum vidisset omnis populus cecidit
in faciem suam et ait Dominus ipse est deus
Dixitque helias ad eos Apprehendite
prophetas baal et ne vnus quidem ef-
fugiat ex eis Quos cum comprehendissent
duxit eos helias ad torrentem cyson
et interfecit eos ibi Et ait helyas
ad Achab Ascende et comede et
bibe quia sonus multe pluuie est
Ascendit achab ut comederet et bi-
beret helias autem ascendit in verticem
carmeli et pronus in terram faciem po-
suit inter genua sua et dixit ad pu-
erum suum Ascende et prospice contra mare

Qui cum ascendisset et contemplatus esset
ait Non est quicquam Et rursum ait
illi Reuertere vij vicibus In septima
autem vice Ecce nubecula parua quasi
vestigium hominis ascendebat de mari
Qui ait Ascende et dic achab Iun-
ge currum tuum et descende ne occupet
te pluuia Cumque se verteret huc atque
illuc ecce celi contenebrati sunt
et nubes et ventus et facta est plu-
uia grandis Ascendens itaque achab
abijt in yesrahel et manus domini
facta est super helia accinctisque lumbis
currebat ante achab donec veniret in yezrahel

Capitulum xix

Nunciauit autem
achab jezabel omnia que fece-
rat helias et quomodo occidisset vni-
versos prophetas baal gladio Misit-
que iesabel nuncium ad heliam prophetam
dicens Hec mihi faciant dij et hec addant
nisi hac hora cras posuero animam
tuam sicut animam vnius ex illis Timuit
ergo helias Et surgens abijt quocumque
eum ferebat voluntas Venitque in ber-
sabee iuda et dimisit ibi puerum
suum et perrexit in desertum viam vnius
diei Cumque venisset et sedisset subter
vnam iuniperum petiuit anime sue ut
moreretur et ait Sufficit mihi domine
Tolle animam meam Neque enim melior
sum quam patres mei proiecitque se et ob-
dormiuit in vmbra iuniperi
Et ecce angelus domini tetigit eum
et dixit illi Surge et comede Et
respexit Et ecce ad caput suum sub-
cinericius panis et vas aque
Comedit ergo et bibit Et rur-
sum obdormiuit Reuersusque est ange-
lus domini secundo et tetigit eum dixit-
que illi Surge comede grandis

em tibi restat via. Qui cum surrex-
isset comedit et bibit. Et ambu-
lavit in fortitudine cibi illius xl
diebus et xl noctibus usque ad mon-
tem dei oreb. Cumque venisset illuc
mansit in spelunca. Et ecce sermo
domini ad eum dixitque illi. Quid hic
agis helia. At ille respondit. Zelo ze-
latus sum pro domino deo exercituum quia
dereliquerunt pactum domini filii israel. Al-
taria tua destruxerunt et prophetas
tuos occiderunt gladio et relictus
sum ego solus et querunt animam
meam ut auferant eam. Et ait ei
Egredere et sta in monte coram domino
Et ecce dominus transit et spiritus grandis
et fortis subvertens montes et conte-
rens petras ante dominum. Non in spiritu
dominus et post spiritum commotio. Non in com-
motione dominus et post commotionem ignis
non in igne dominus et post ignem sibi-
lus aure tenuis et ibi dominus. Quod
cum audisset helias operuit vultum
suum pallio et egressus stetit in
ostio spelunce. Et ecce vox ad eum
d. Quid hic agis helia. Et ille
respondit. Zelo zelatus sum pro domino deo
exercituum quia dereliquerunt pactum
tuum filii israel. Altaria tua destrux-
erunt et prophetas tuos occiderunt gla-
dio et derelictus sum ego solus et que-
runt animam meam ut auferant eam.
Et ait dominus ad eum. Vade et revertere
in viam tuam per desertum in damascum
Cumque perveneris illuc unges aza-
hel regem super Syriam et hieu
filium namsi unges regem super
israel. Heliseum autem filium saphat
qui est ab abel maulim unges prophetam
pro te. Et erit quicumque fugerit gladium
Azahel occidet eum hieu. Et quicumque
fugerit gladium hieu interficiet eum
heliseus. Et relinquam in israel
vii milia virorum quorum genua non
sunt incurvata ante baal et omne os
quod non adoravit eum osculans
manus. Profectus est inde helias
Reperit heliseum filium saphat ara-
tem in xii iugis boum. Et ipse in
xii iugis boum arantibus unus erat.
Cumque venisset helias ad eum misit
pallium suum super illum. Qui statim
relictis bobus cucurrit post heliam
et ait. Osculer oro te patrem
meum et matrem meam et sic sequar
te. Dixitque ei. Vade et revertere. Quod
enim meum erat feci tibi. Reversus au-
tem ab eo tulit par boum et mactavit illud
et in aratro boum coxit carnes et
dedit populo et comederunt. Consurgens-
que abiit et secutus est heliam et
ministrabat ei. **Capitulum xx**

Porro benadab rex Syrie
congregavit omnem exercitum
suum et xxxii reges secum et equos
et currus. Et ascendens pugnabat
contra Samariam et obsidebat eam.
Mittensque nuntios ad achab regem
israel in civitatem ait. Hec dicit bena-
dab. Argentum tuum et aurum tuum meum
est. Uxores tue et filii tui optimi
mei sunt. Responditque rex israel. Iuxta verbum
tuum domine mi rex tuus sum ego et
omnia mea. Revertentesque nuntii dix-
erunt. Hec dicit benadab qui misit
nos ad te. Argentum tuum et aurum tuum
et uxores tuas et filios tuos dabis
michi. Cras igitur hac eadem hora
mittam servos meos ad te et scrutabuntur

domum tuam et domum servorum tuorum et omne
quod eis placuerit ponent in manibus
suis et auferent. Vocavit autem rex
Israel omnes seniores terre et ait: Animadver-
tite et videte quoniam insidietur nobis
misit enim ad me pro uxoribus meis et
filiis et pro argento et auro et non
abnui. Dixeruntque omnes maiores
natu et universus populus ad eum: Non
audias neque acquiescas illi. Respondit
itaque Achab nuntiis Benadab: Dici-
te domino meo regi: Omnia propter que mi-
sisti ad me servum tuum in initio fa-
ciam: hanc autem rem facere non possum.
Reversique nuntii retulerunt omnia regi.
Qui remisit et ait: Hec faciant mihi
dii et hec addant si sufficerit in pul-
vis Samarie pugillis omnis populi qui se-
quitur me. Et respondens rex Israel ait: Dicite
ei: Ne glorietur accinctus eque ut discinc-
tus. Factum est autem cum audisset Benadab
verbum istud bibebat ipse et reges in um-
braculis. Et ait servis suis: Circumda-
te civitatem et circumdederunt eam. Et ec-
ce propheta unus accedens ad Achab re-
gem Israel ait illi: Hec dicit dominus deus: Cer-
te vidisti omnem multitudinem hanc
nimiam. Ecce ego tradam eam in manu tua
hodie ut scias quia ego sum dominus. Et ait
Achab: Per quem? Dixitque ei: Hec dicit
dominus: Per pedissequos principum provincia-
rum. Et ait: Quis incipiet preliari? Et
ille dixit: Tu. Recensuit ergo pueros
principum provinciarum et reperit numerum duce-
torum triginta duorum. Et post eos recen-
suit populum omnium filiorum Israel septem milia.
Et egressi sunt meridie. Benadab autem
bibebat temulentus in umbraculo suo
et reges triginta duo cum eo qui ad auxi-
lium eius venerant. Egressi sunt autem
pueri principum provinciarum in prima fronte.

Misit itaque Benadab qui nuntiaverunt
ei dicentes: Viri egressi sunt de Sama-
ria. Et ille: Sive ait pro pace veniunt
apprehendite eos vivos: sive ut prelientur
eos vivos capite. Egressi sunt ergo et
pueri principum provinciarum ac reliquus exer-
citus sequebatur. Et percussit unusquisque
virum qui contra se veniebat. Fugeruntque
Syri et persecutus est eos rex Israel. Fu-
git quoque Benadab rex Syrie in equo cum
equitibus suis. Necnon et egressus rex Israel
percussit equos et currus et percussit Sy-
riam plaga magna. Accedens
autem propheta ad regem Israel dixit ei: Vade
et confortare et scito et vide quid facias.
Sequenti enim anno rex Syrie ascendet
contra te. Servi vero regis Syrie dixerunt
ei: Dii montium sunt dii eorum ideo superave-
runt nos. Sed melius est ut pugnemus contra
eos in campestribus et obtinebimus
eos. Tu ergo verbum hoc fac: Amove re-
ges singulos ab exercitu tuo et pone
principes pro eis et instaura numerum mi-
litum qui ceciderunt de tuis et equos secundum
equos pristinos et currus secundum currus quos
ante habuisti et pugnabimus contra
eos in campestribus et videbis quod obtine-
bimus eos. Credidit consilio eorum et fecit
ita. Igitur postquam annus transierat recensuit
Benadab Syros et ascendit in Aphec
ut pugnaret contra Israel. Porro filii Israel
recensiti sunt et acceptis cibariis pro-
fecti sunt ex adverso castrametatique
sunt contra eos quasi duo parvi greges ca-
prarum. Syri autem repleverunt terram. Et ac-
cedens unus vir dei dixit ad regem
Israel: Hec dicit dominus deus: Quia dixe-
runt Syri: Deus montium est deus eorum
et non est deus vallium: dabo omnem mul-
titudinem grandem hanc in manu tua. Et

sciet quod ego sum dominus. Dirigebatque vii
diebus ex adverso hii atque illi acies
Septima autem die commissum est bellum percus-
serunt filii israel de Syris centum milia pe-
ditum in die una. Fugerunt autem qui rema-
serant in aphec civitatem. Et cecidit
murus super xxvii milia hominum qui re-
manserant. Porro benadab fugiens
ingressus est civitatem in cubiculum quod
erat intra cubiculum. Dixeruntque ei
servi sui: Ecce audivimus quod reges do-
mus israel clementes sint. Ponamus ita-
que saccos in lumbis nostris et funiculos in
capitibus nostris et egrediamur ad re-
gem israel. Forsitan salvabit animas nostras.
Accinxerunt ergo saccis lumbos suos et po-
suerunt funiculos in capitibus suis. Ve-
neruntque ad regem israel et dixerunt ei:
Servus tuus benadab dicit: Vivat
oro te anima mea. Et ille ait: Si adhuc
vivit frater meus est. Quod accepe-
runt viri pro omine et festinantes ra-
puerunt verbum ex ore eius atque dixerunt:
Frater tuus benadab vivit. Et dixit
eis: Ite et adducite eum ad me. Egressus
est ergo benadab. Et levavit eum in cur-
rum suum. Qui dixit ei: Civitates quas
tulit pater meus a patre tuo reddam et
plateas fac tibi in damasco sicut
fecit pater meus in Samaria et ego fe-
deratus recedam a te. Pepigit ergo fedus
et dimisit eum. Tunc vir quidam de fi-
liis prophetarum dixit ad socium suum in sermone
domini: Percute me. At ille noluit percu-
tere. Cui ait: Quia noluisti audire
vocem domini, ecce recedes a me et percu-
tiet te leo. Cumque paululum recessisset
ab eo, invenit eum leo atque percussit eum.
Sed et alterum inveniens virum dixit
ad eum: Percute me. Qui percussit eum et vul-
neravit. Abiit ergo propheta et occurrit regi
in via et mutavit aspersione pulveris
os et oculos suos. Cumque rex transiret
clamavit ad regem et ait: Servus tuus
egressus est ad preliandum cominus. Cumque
fugisset vir unus adduxit eum quidam
ad me et ait: Custodi virum istum. Qui si
lapsus fuerit erit anima tua pro anima eius
aut talentum argenti appendes. Dum autem
ego turbatus huc illucque me ver-
terem subito non comparuit. Et ait rex tuum
israel ad eum: Hoc est iudicium quod ipse de-
crevisti. At ille statim abstersit pul-
verem de facie sua. Et cognovit eum rex
israel quod esset de prophetis. Qui ait ad eum:
Hec dicit dominus: Quia dimisisti virum
dignum morte de manu tua, erit anima
tua pro anima eius et populus tuus pro populo eius.
Reversus est igitur rex israel in domum suam
audire contemnens et furibundus venit in samariam.

Post verba autem hec tempore **Capitulum XXI**
illo vinea erat naboth yesrahelite
que erat in yesrahel iuxta palacium
achab regis samarie. Locutus est ergo
ad naboth achab dicens: Da michi vineam tuam
ut faciam michi ortum olerum quia vicina est
et prope domum meam. Daboque tibi pro ea
vineam meliorem aut si tibi putas com-
modius argenti precium quanto digna est.
Dabo tibi. Cui respondit naboth: Propicius
sit michi dominus ne dem hereditatem patrum
meorum tibi. Venit ergo achab in domum
suam indignans et frendens super verbum quod
locutus fuerat ad eum naboth iezra-
helites dicens: Non dabo tibi hereditatem patrum
meorum. Et proiciens se in lectulum suum
avertit faciem suam ad parietem et non come-
dit panem. Ingressa est autem ad eum iezabel
uxor sua dixitque ei: Quid est hoc unde
anima tua contristata est et quare non
comedis panem? Qui respondit ei: Locutus
sum ad naboth yesrahelitem et dixi

ei da mihi vineam tuam accepta pecunia
aut si tibi placet dabo tibi vineam
meliorem pro ea. Et ille ait. Non dabo tibi
vineam meam. Dixit ergo ad eum Jezabel
uxor sua. Grandis auctoritatis es et bene
regis regnum israel. Surge et comede
panem et equo animo esto. Ego dabo vi-
neam naboth yesrahelite tibi. Scrip-
sit itaque litteras ex nomine achab et sig-
navit eas anulo regis et misit
ad maiores natu israel et optimates
qui erant in civitate eius et habitabant cum
naboth. Litterarum autem ista erat sententia. Pre-
dicate ieiunium et sedere facite naboth
inter primos populi et submittite duos
viros filios belial contra eum et falsum
testimonium dicant. Benedixit naboth deum
et regem et educite eum et lapidate sic-
que moriatur. Fecerunt ergo cives eius
maiores natu et optimates qui habita-
bant cum eo in urbe sicut preceperat eis
Jezabel et sicut scriptum erat in litteris quas
miserat ad eos. Predicaverunt ieiunium
et sedere fecerunt naboth inter primos
populi. Et adductis duobus viris fi-
liis diaboli fecerunt eos sedere contra
eum. At illi scilicet ut viri diabolici dixe-
runt contra eum testimonium coram omni multitudine.
Benedixit naboth deo et regi. Quam ob
rem duxerunt eum extra civitatem et lapi-
dibus interfecerunt. Miseruntque ad Jeza-
bel dicentes. Et lapidatus est naboth
et mortuus est. Factum est autem cum audisset
Jezabel lapidatum naboth et mortuum
locuta est ad achab. Surge et possi-
de vineam naboth iezrahelite que
noluit acquiescere tibi et dare eam accep-
ta pecunia. Non enim vivit naboth
sed mortuus est. Quod cum audisset
achab mortuum naboth surrexit
et descendebat in vineam naboth

yesrahelite ut possideret eam. Factus est ergo
sermo domini ad heliam thesbiten dicens.
Surge et descende in occursum achab
regis israel qui est in samaria. Ecce ad
vineam naboth descendit ut possideat
eam et loqueris ad eum dicens. Hec dicit dominus
deus. Occidisti insuper et possedisti. Et
post hec addes. Hec dicit dominus. In hoc
loco in quo linxerunt canes sanguinem
naboth lambent et tuum sanguinem.
Et ait achab ad heliam. Num invenisti
me inimicum tibi. Qui dixit. Inveni
eo quod venundatus es ut faceres malum
in conspectu domini. Propterea hec dicit dominus.
Ecce ego inducam super te malum et de-
metam posteriora tua et interficiam de
achab mingentem ad parietem et clausum
et ultimum in israel. Et dabo domum tuam
sicut domum Jeroboam filii nabath et sicut
domum baasa filii ahia quia egisti ut
me ad iracundiam provocares et pec-
care feceris israel. Sed et de Jezabel
locutus est dominus dicens. Canes comedent
Jezabel in agro iesrahel. Si fuerit
mortuus achab in civitate comedent
eum canes. Si autem mortuus fuerit in
agro comedent eum volucres celi. Igitur
non fuit alter talis ut achab qui venun-
datus est ut faceret malum in conspectu
domini. Concitavit enim eum Jezabel uxor
sua et abhominabilis effectus est in tantum
ut sequeretur ydola que fecerant amor-
rei quos consumpsit dominus a facie filiorum
israel. Itaque cum audisset achab ser-
mones istos scidit vestem suam et
operuit cilicio carnem suam ieiunavitque
et dormivit in sacco et ambulavit
demisso capite. Factus est autem sermo domini
ad heliam thesbiten dicens. Nonne vidisti achab
humiliatum coram me. Quia igitur humiliatus est mei
causa non inducam malum in diebus eius. Sed in

diebus filii sui inferam malum domui eius

Transierunt ergo tres **Capitulum XXII**

anni absque bello inter Syriam et
israhel. In anno autem tercio descendit Iosa-
phat rex iuda ad regem israel. Dixitque
rex israel ad servos suos. Ignoratis quod
nostra sit Ramoth galaad et negligimus
eam tollere de manu regis Syrie. Et ait
ad Iosaphat. Venies mecum ad preliandum
in Ramoth galaad. Dixitque Iosaphat
ad regem israel. Sicut ego sum ita et tu
populus meus et populus tuus unum sunt
Et equites mei et equites tui. Dixitque
Iosaphat ad regem israel. Quere oro te
hodie sermonem domini. Congregavit ergo
rex israel prophetas circiter quadringentos viros et
ait ad eos. Ire debeo ad bellandum
in Ramoth galaad an quiescere. Qui
responderunt. Ascende et dabit eam dominus
in manu regis. Dixit autem Iosaphat
Non est hic propheta domini quispiam ut inter-
rogemus per eum. Et ait rex israel ad
Iosaphat. Remansit vir unus per quem
possimus interrogare dominum. Sed ego odi
eum. Quia non prophetat mihi bonum sed
semper malum Micheas filius Hyemla
Cui Iosaphat ait. Ne loquaris ita rex
Vocavit ergo rex israel eunuchum
quendam et dixit ei. Festina adducere
Micheam filium Hyemla. Rex autem israel
et Iosaphat rex iuda sedebant
unusquisque in solio suo vestiti cul-
tu regio in area iuxta ostium porte
samarie et universi prophete prophetabant
in conspectu eorum. Fecitque sibi Sedechi-
as filius Chanaana cornua ferrea et
ait. Hec dicit dominus his ventilabis
Syriam donec deleas eam. Omnesque prophete
similiter prophetabant dicentes. Ascen-
de in ramoth galaad et vade prospere

et tradet dominus in manu regis inimicos
eius. Nuntius vero qui ierat ut vocaret
Micheam locutus est ad eum dicens. Ecce ser-
mones prophetarum ore uno bona regi predi-
cant. Sit ergo et sermo tuus similis eorum et
loquere bona. Cui Micheas ait. Vivit
dominus quia quodcumque dixerit mihi dominus hoc lo-
quar. Venit itaque ad regem et ait illi rex
Michea. Ire debemus in Ramoth ga-
laad ad preliandum an cessare. Cui ille respondit
Ascende et vade prospere et tradet eos
dominus in manus regis. Dixit autem rex ad
eum. Iterum atque iterum adiuro te ut non
loquaris mihi nisi quod verum est in nomine domini
Et ille ait. Vidi cunctum israel dispersum
in montibus quasi oves non habentes pas-
torem. Et ait dominus. Non habent dominum
isti. Revertatur unusquisque in domum
suam in pace. Dixit ergo rex israel ad
Iosaphat. Numquid non dixi tibi
quia non prophetat mihi bonum sed semper
malum. Ille vero addens ait. Propterea
audi sermonem domini. Vidi dominum sedentem
super solium suum et omnem exercitum
celi assistentem ei a dextris et a sinis-
tris et ait dominus. Quis decipiet
Achab regem israel ut ascendat et
cadat in Ramoth galaad. Et dixit
unus a sinistris verba huiuscemodi
et alius aliter. Egressus est autem spiritus et
stetit coram domino et ait. Ego decipiam
illum. Cui locutus est dominus. In quo. Et ille
ait. Egrediar et ero spiritus mendax
in ore omnium prophetarum eius. Et dixit dominus
Decipies et prevalebis. Egredere et
fac ita. Nunc igitur ecce dedit dominus
spiritum mendacii in ore omnium prophetarum
qui hic sunt et dominus locutus est contra
te malum. Accessit autem Sedechias

filius chanaan et percussit micheam
in maxillam et dixit Mene ergo dimi-
sit spiritus domini et locutus est tibi Et
ait Micheas Visurus es in die il-
la quando ingredieris cubiculum intra cubi-
culum ut abscondaris Et ait rex
israel Tollite micheam et maneat
apud amon principem civitatis et
apud Joas filium amalech et dicite
eis Hec dicit rex Mittite virum
istum in carcerem et sustentate eum pa-
ne tribulationis et aqua angustie
donec revertar in pace Dixitque
micheas Si reversus fueris in pace
non est locutus in me dominus Et ait Au-
dite populi omnes Ascendit itaque rex
israel Et Josaphat rex iuda in Ramoth
galaad Dixitque rex israel ad Josa-
phat Sume arma et ingredere
prelium et induere vestibus meis Por-
ro rex israel mutavit habitum suum et
ingressus est bellum Rex autem Syrie
preceperat principibus curruum triginta duo-
bus dicens Non pugnabitis contra minorem
et maiorem quempiam nisi contra regem
israel solum Cum ergo vidissent principes
curruum Josaphat suspicati sunt quod
ipse esset rex israel Et impetu facto
pugnabant contra eum Et exclamavit
Josaphat Intellexeruntque principes
curruum quod non esset rex israel et cessave-
runt ab eo Vir autem quidam tetendit
arcum in incertum sagittam dirigens
et casu percussit regem israel inter pul-
monem et stomachum At ille dixit
aurige suo Verte manum tuam et
eice me de exercitu quia graviter
vulneratus sum Commissum est ergo prelium
in die illa Et rex israel stabat in cur-
ru suo contra Syros et mortuus est
vespere Fluebat autem sanguis plage
in sinum currus et preco insonuit in uni-
verso exercitu antequam sol occumberet dicens
Unusquisque revertatur in civitatem et in
terram suam Mortuus est autem rex et perla-
tus in Samariam Sepelieruntque re-
gem in samaria et laverunt currum in
piscina samarie et linxerunt canes
sanguinem eius et habenas laverunt
iuxta verbum domini quod locutus fuerat
Reliqua autem sermonum Achab regis
israel et universa que fecit et domus
eburneas quas fecit et cunctarum
urbium quas extruxit
Nonne hec scripta sunt in libro ser-
monum dierum regum israel Dormivit
ergo achab cum patribus suis et regnavit
Ochozias filius eius pro eo Josaphat
vero filius Asa regnare ceperat super
Iudam anno quarto achab regis israel
triginta quinque annorum erat cum regnare cepisset
et viginti quinque annis regnavit in ierusalem No-
men matris eius azuba filia salai Et am-
bulavit in omni via Asa patris sui et
non declinavit ex ea Fecitque quod
rectum erat in conspectu domini Verumtamen
excelsa non abstulit Adhuc enim
populus sacrificabat et adolebat in-
censum in excelsis Pacemque habuit
Josaphat cum rege israel Reliqua autem
verborum Josaphat et opera eius que ges-
sit et prelia Nonne hec scripta sunt in
libro verborum dierum regum iuda Sed
et reliquias effeminatorum qui re-
manserant in diebus Asa patris eius
abstulit de terra Nec erat tunc
rex constitutus in Edom Rex vero
Josaphat fecerat classes in mari

que nauigarent in ophir ppter
aurū et ire no potuerūt quia co
fracte sūt in Asiongaber Tunc
ait Ochozias filius achab ad Josaph
at Vadant serui mei cū seruis tuis
in nauibus et noluit Josaphat
Dormiuitq; iosaphat cū patribus
suis et sepultus ē cū eis in ciuitate
dauid patris sui Regnauitq; Joram
filius eius pro eo Ochozias ne filius
Achab regnare cepit super israhel
in Samaria anno xvij Josaphat
regis Jude Regnauitq; super israhel
duobus annis Et fecit malū co
ram dño et ambulauit in uia patris
sui et matris suę et in uia Jeroboā
filii nabath q̄ peccare fecit israhel
Et seruiuitq; baal et adorauit eū et irri
tauit dñm deū israhel iuxta omnia quę fece
rat pater eius Exphat cruishb'

Incipit quartus liber Regū Cap' primū

Reuidicatus ē moab
israhel postq̄ mortuus ē
achab Cecidit q̄ ochozias
per cancellos cenaculi sui quod habebat
in Samaria et egrotauit
Misitq; nuntios dicens
ad eos Ite et consulite beelzebub
deū Accharon utrū uiuam qucam de
infirmitate mea hac Angelus au
Dñi locutus ē ad Helia thesbiten di-
Surge ascende in occursū nuntioꝝ
regis Samarie et dices ad eos Nu
quid non ē deus in israhel ut eatis ad
consulendū Beelzebub deū Accha
ron Quamobrem hec dicit dñs
De lecto sup quē ascendisti non des
cendes sed morte morieris Et abiit
Helyas Thesbites Qui cū reuersi q̄ fuissent nuntij ad Ocho
ziam Qui dixit eis Quę rei
si essetis Et illi rnderunt ei Vir oc
currit nobis Et dixit ad nos Ite
et reuertimini ad regē q̄ misit vos
et dicetis ei hec dicit dñs Nu q̄
quia non est deus in israhel mittis
ut consulat Beelzebub deum Accha
ron Propterea de lectulo sup quē ascē
disti non descendes sed morte mo
rieris Qui dixit eis Quis figura
tuis habitus ē vir ille q̄ occurrit vo
bis et locutus ē vobis Et dixerunt ei Vir
Pilosus et zona pelli
cea accinctus renibus Qui ait
Helias Thesbites ē Misitq; ad
eū quinquagenarium principē cū quin-
quagenis suis qui erat ad eum Qui ascendit
ad eū Sedentiq; in uertice montis ait
homo dei Rex precepit ut descen
das Respondensq; Helyas dixit quin-
quagenario Si homo dei sum descendat
ignis de celo et deuoret te et quin-
quaginta tuos Descendit ergo ignis de
celo et deuorauit eum et quinquaginta qui erant
cum eo Rursum misit ad eum principem
quinquagenarium alterum et quin-
quaginta cum eo Qui locutus ē illi homo dei
hec dicit Rex festina descende

Hebias

hic helias fecit
ignē de celo descē-

Belzebub deus Acharon

Respondens helias ait Si homo dei ego sum descendat ignis de celo et devoret te et l tuos Descendit ergo ignis de celo et devoravit eum et l eius Iterum misit principem quinquagenarium tertium et l qui erant cum eo Qui cum venisset curvavit genua contra helyam et precatus est eum et ayt homo dei Noli despicere animam meam et animas servorum tuorum qui mecum sunt Ecce descendit ignis de celo et devoravit duos principes et quinquagenarios primos et quinquagenos qui cum eis erant Sed nunc obsecro ut miserearis anime mee Locutus est angelus domini ad heliam dicens Descende cum eo Ne timeas Surrexit ergo et descendit cum eo ad regem et locutus est ei Hec dicit dominus Quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub deum Acharon quasi non esset deus in israel a quo posses interrogare sermonem Ideo de lectulo super quem ascendisti non descendes Sed morte morieris Mortuus est ergo iuxta sermonem domini quem locutus est helyas Et regnavit Ioram frater eius pro eo anno secundo Ioram filii Iosaphat regis Iude Non enim habebat filium Reliqua autem verborum Ochosie que operatus est Nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum israel

Capitulum ii

Factum est autem cum levare vellet dominus helyam per turbinem in celum Ibant helias et helizeus de Galgalis Dixitque helias ad helizeum Sede hic quia dominus misit me usque in Bethel Cui ait helizeus Vivit dominus et vivit anima tua quia non derelinquam te Cumque descendissent in bethel Egressi sunt filii prophetarum qui erant in bethel ad helizeum et dixerunt ei Numquid nosti quia hodie dominus tollet dominum tuum a te Qui respondit Et ego novi Silete Dixit autem helias ad helizeum Sede hic quia dominus misit me in Iericho Et ille ait Vivit dominus et vivit anima tua quia non derelinquam te Cumque venissent Iericho Accesserunt filii prophetarum qui erant in Iericho ad helizeum et dixerunt ei Numquid nosti quia hodie dominus tollet dominum tuum a te Et ait Et ego novi Silete Dixit autem helias ad helizeum Sede hic quia dominus misit me usque ad Iordanem Qui ait Vivit dominus et vivit anima tua quia non derelinquam te Ierunt igitur ambo pariter et l viri de filiis prophetarum secuti sunt eos qui et steterunt e contra longe Illi autem ambo steterunt super Iordanem Tulitque helias pallium suum et involvit illud et percussit aquas Que divise sunt in utramque partem Et transierunt ambo per siccum Cumque transissent helias dixit ad helizeum Postula quid vis ut faciam tibi antequam tollar a te Dixitque helizeus Obsecro ut fiat duplex spiritus tuus in me Qui respondit Rem difficilem postulasti Attamen Si videris me quando tollar a te erit quod petisti Si autem non videris non erit Cumque pergerent et incedentes sermocinarentur Ecce currus igneus et equi ignei diviserunt utrumque Et ascendit helyas per turbinem in celum Helizeus autem videbat et clamabat Pater mi pater mi Currus israel et auriga eius

Et non vidit eum amplius. Apprehen-
ditque vestimenta eius sua et scidit ea
in duas partes et leuauit pallium he-
lye quod ceciderat ei. Reuersusque ste-
tit super ripam iordanis. Et pallio
helie quod ceciderat ei percussit aquas
et non sunt diuise. Et dixit. Ubi est
deus helie etiam nunc. Percussitque
aquas et diuise sunt huc atque illuc
Et transiuit helizeus. Videntes autem
filii prophetarum qui erant in iericho dixe-
runt contra. Requieuit spiritus helie
super helizeum. Et venientes in occursum
eius. Adorauerunt eum proni in terra.
Dixeruntque illi. Ecce cum seruis tuis
viri fortes sunt l. qui possunt ire et
querere dominum tuum ne forte tulerit
eum spiritus domini et proiecerit eum in uno
montium aut in una vallium. Qui
ait. Nolite mittere. Coegeruntque
eum donec acquiesceret eis et diceret.
Mittite. Et miserunt l. viros. Qui
cum quesissent tribus diebus non
inuenerunt. Et reuersi sunt ad eum. Et ille
habitabat in iericho. Dixitque eis. Nun-
quid non dixi vobis. Nolite mittere.
Dixerunt quoque viri ciuitatis iericho
ad helizeum. Ecce habitacio huius ciui-
tatis optima est sicut tu ipse domine per-
spicis. sed aque pessime sunt et terra
sterilis. At ille ait. Afferte michi
vas nouum et mittite in id sal. Qui
cum attulissent. Egressus est ad fon-
tem aquarum et misit in illum sal
et ait. Hec dicit dominus. Sanaui
aquas has et non erit in eis ultra
mors neque sterilitas. Sanate sunt
ergo aque usque in diem hanc iuxta
verbum helizei quod locutus est. Ascen-
dit autem helizeus inde in bethel

Cumque ascenderet per viam pueri parui
egressi sunt de ciuitate et illude-
bant ei dicentes. Ascende calue. as-
cende calue. Qui cum respexisset
vidit eos. Et maledixit eis in nomine
domini. Egressique sunt duo vrsi de saltu
et lacerauerunt ex eis xl et duos
pueros. Abiit autem inde in montem
Carmeli et inde reuersus est in Samariam.

Capitulum iij

Ioram vero filius
Achab regnauit super israel in Sa-
maria anno xviij Iosaphat regis
Iude. Regnauitque xij annis. Et fe-
cit malum coram domino. Sed non sicut
pater eius et mater. Tulit enim statuas
Baal quas fecerat pater eius. Veru-
tamen in peccatis Ieroboam filii nabath
qui peccare fecit israel adhesit. nec
recessit ab eis. Porro mesa rex
moab nutriebat pecora multa
et soluebat regi israel C milia ag-
norum et C milia arietum cum velle-
ribus suis. Cumque mortuus fuisset
Achab preuaricatus est fedus quod
habebat cum rege israel. Egressus est
igitur rex Ioram in die illa de Sa-
maria. Et recensuit vniuersum israel.
Misitque ad Iosaphat regem iuda
dicens. Rex moab recessit a me. Veni
mecum contra eum ad prelium. Qui re-
spondit. Ascendam. Qui meus est tuus
est. populus meus populus tuus et equi
mei equi tui. Dixitque. Per quam
viam ascendemus. At ille respondit. Per
desertum ydumee. Perrexerunt igitur
rex israel et rex iuda et rex edom
Et circuierunt per viam vij dierum
nec erat aqua exercitui et iumentis
que sequebantur eos. Dixitque rex
israel. Heu heu heu. Congregauit nos

deus tres reges ut traderet in manu
moab. Et ait Iosaphat: Est ne hic
propheta domini ut deprecemur dominum per eum? Et
respondit unus de servis regis: Est hic
Helizeus filius Saphat qui fundebat
aquam super manus Helie. Et ait Iosa-
phat: Est apud eum sermo domini. Descen-
ditque ad eum rex Israel et
Iosaphat rex Iuda et rex Edom.
Dixit autem Helizeus ad regem Israel: Quid
mihi et tibi est? Vade ad prophetas patris tui
et matris tue. Et ait illi rex ysrahel:
Quare congregavit nos dominus hos re-
ges tres ut traderet eos in manu mo-
ab? Dixitque ad eum Helizeus: Vivit
dominus exercituum in cuius conspectu sto, quod
si non vultum Iosaphat regis Iude eru-
bescerem, nec attendissem quidem te
nec respexissem. Nunc autem adducite
mihi psaltem. Cumque caneret psaltes, fac-
ta est super eum manus domini et ait: Hec dicit
dominus deus: Facite in alveo torrentis
huius fossas et fossas. Hec enim dicit dominus: Non
videbitis ventum neque pluviam, et al-
veus iste replebitur aquis. Et bibetis
vos et familie vestre et iumenta vestra.
Parumque hoc est in conspectu domini. Insuper
etiam tradet Moab in manus vestras.
Et percucietis omnem civitatem munitam
et omnem urbem electam, et universum
lignum fructiferum succidetis, cunctosque
fontes aquarum obturabitis, et omnem
agrum egregium operietis lapidibus. Factum
est igitur mane quando sacrificium offerri so-
let, et ecce aque veniebant per viam
Edom, et repleta est terra aquis. Uni-
versi autem Moabite audientes quod ascen-
dissent reges ut pugnarent adversum
eos, convocaverunt omnes qui accincti
erant baltheo desuper et steterunt in ter-
minis. Primoque mane surgentes et orto

iam sole ex adverso aquarum, viderunt mo-
abite contra aquas rubras quasi sangui-
nem. Dixeruntque: Sanguis est gladii. gladii
Pugnaverunt reges contra se et ce-
ciderunt mutuo. Nunc perge ad predam Mo-
ab. Perrexeruntque in castra Israel. Por-
ro consurgens Israel percussit Moab.
At illi fugerunt coram eis. Venerunt
igitur qui vicerant et percusserunt Moab
et civitates destruxerunt, et omnem
agrum optimum mittentes singuli lapi-
des repleverunt, et universos fontes
aquarum obturaverunt, et omnia ligna
fructifera succiderunt, ita ut tantum
muri fictiles remanerent. Et circum-
data est civitas a fundibulariis et
magna ex parte percussa. Quod cum
vidisset rex Moab, prevaluisse scilicet
hostes, tulit secum septingentos viros
educentes gladium ut irrumperent ad
regem Edom, et non potuerunt. Arri-
piensque filium suum primogenitum qui reg-
naturus erat pro eo, obtulit holocau-
stum super murum. Et facta est indigna-
tio magna nimis in Israel. Statimque
recesserunt ab eo et reversi sunt in terram suam.

Mulier autem quedam Capitulum iiii
de uxoribus prophetarum clamabat
ad Helizeum dicens: Servus tuus vir
meus mortuus est, et tu nosti quia
servus tuus fuit timens dominum. Et
ecce creditor venit ut tollat duos
filios meos ad serviendum sibi. Cui
dixit Helizeus: Quid vis ut faciam
tibi? Dic michi quid habes in domo
tua? At illa respondit: Non habeo ancilla
tua quidquam in domo mea nisi parum
olei quo ungar. Cui ait: Vade et
pete mutuo ab omnibus vicinis tuis

vasa vacua et non pauca et ingredere
et claude ostium tuum cum intrinsecus
fueris tu et filii tui Mitte inde in omnia
vasa hec Et cum plena fuerint tolles
Ivit itaque mulier et clausit ostium super
se et super filios suos Illi offerebant
vasa et illa infundebat Cumque plena
fuissent vasa dixit ad filium suum Af-
fer michi adhuc vas Et ille respondit Non
habeo Stetitque oleum Venit autem illa et
indicavit homini dei Et ille Vade inquit
et vende oleum et redde creditori tuo
Tu autem et filii tui vivite de reliquo
Facta est autem quedam dies et transiebat
helizeus per sunam civitatem Erat autem
ibi mulier magna que tenuit eum ut
comederet panem Cumque frequenter inde
transiret divertebat ad eam ut come-
deret panem Que dixit ad virum suum
Animadverto quod vir dei sanctus est iste qui tran-
sit per nos frequenter Faciamus ergo
ei cenaculum parvum et ponamus in eo
lectulum et mensam et sellam et
candelabrum ut cum ad nos venerit
maneat ibi Facta est igitur dies que-
dam Et veniens divertit in cenaculum
et requievit ibi Dixitque ad yezi
puerum suum Voca sunamitem istam
Qui cum vocasset eam et illa stetisset
coram eo dixit ad puerum suum Loquere
ad eam Ecce sedule ministrasti nobis
in omnibus Quid vis ut faciam tibi
Numquid habes negocium et vis ut lo-
quar regi sive principi milicie
Que respondit In medio populi mei habi-
to Et ait Quid ergo vult ut faciam
ei Dixitque ei yezi Ne queras filium
enim non habet Et vir eius senex
est Precepitque ut vocaret eam Que
cum vocata fuisset et stetisset ad ostium

Dixit ad eam helizeus In tempore isto et
in hac eadem hora si vita comes fuerit
habebis in utero filium At illa respondit
Noli queso domine mi vir dei Noli
mentiri ancille tue Et concepit
mulier et peperit filium in tempore et hora
eadem qua dixerat helizeus Crevit
autem puer Et cum esset quedam dies et
egressus isset ad patrem suum ad mes-
sores Ait patri suo Caput meum do-
leo caput meum doleo Et ille dixit
puero Tolle et duc eum ad matrem
suam Qui cum tulisset et adduxisset
eum ad matrem suam posuit illum super
genua sua usque ad meridiem et mor-
tuus est Ascendit autem et collocavit
eum super lectum hominis dei et clausit os-
tium Et egressa vocavit virum suum
et ait Mitte mecum obsecro unum
de pueris et asinam ut excurram usque
ad hominem dei et revertar Qui ait
illi Quam ob causam vadis ad illum
hodie non sunt kalende neque sabbatum
Que respondit vadam Stravitque asinam
et precepit puero Mina et propera ne
michi moram facias in eundo Et hoc age
quod precipio tibi Profecta est ergo et venit
ad virum dei in monte carmeli Cum-
que vidisset eam vir dei de contra ayt
ad yezi puerum suum Ecce sunamitis
illa Vade ergo in occursum eius et dic ei
Recte ne agitur circa te et circa
virum tuum et circa filium tuum Que
respondit Recte Cumque venisset ad virum
dei in montem Apprehendit pedes eius
Et accessit yezi ut amoveret eam
Et ait homo dei Dimitte illam Anima
enim eius in amaritudine est Et dominus
celavit a me et non indicavit michi

Que dixit illi Nunquid petivi filium
a dno meo Nunquid no dixi tibi Ne
illudas me Et ille ait ad yezi Ac
cinge lumbos tuos Et tolle baculu
meu i manu tua z vade Si occurre
rit tibi homo no salutes eu Et si salu
tavit te quispia no respondeas illi
et pones baculu meu sup faciem
pueri Porro mr pueri ait Vivit
dns et vivit aia tua no dimitta
te Surrexit ergo et secutus e ea
Yezi aut precesserat an eos z posuerat
baculu sup faciem pueri Et no erat
vox neq sensus Reversusq e i occursu
eius et nunciavit ei dicens No surrexit
puer Ingressus ergo helizeus domu
Et ecce puer mortuus iacebat
in lectulo eius Ingressusq clau
sit ostiu sup se et sup pueru z oravit
ad dnm Et ascendit et incubuit
sup pueru Posuitq os suu sup os
eius et oculos suos sup oculos
eius et manus suas sup manus eius
et incurvavit se sup eu z calefacta e caro
pueri At ille reversus deambula
bat in domo semel huc atq illuc
Et ascendit et incubuit sup eu
Et oscitavit puer septies Ape
ruitq oculos Et ille vocavit yezi
Et dixit ei Voca sunamitem hanc
Que vocata ingressa e ad eu Qui
ait Tolle filiu tuu Venit illa z cor
ruit ad pedes eius z adoravit sup
terra Tulitq filiu suu et egressa
e Et helizeus reversus e i galga
la Erat aut fames in terra z fi
lii pphetarum habitabant ~~in domo~~ coram
eo Dixitq uni de pueris suis Po
ne olla grandem et coque pulmentu

filiis pphetarum Et egressus e unus
in agru ut colligeret herbas agrestes
Invenitq quasi vitem silvestre z colle
git ex ea coloquintidas agri et
implevit palliu suu et reversus co
cidit in olla pulmenti Nesciebat
eni quid esset Infuderunt ergo
sociis ut comederent Cuq gus
tassent de coctione clamaverunt
dicentes Mors i olla vir dei/ mors
in illa Et no potuerunt comedere
At ille Afferte inquit farina Cuq
attulissent misit i olla z ait In
fundite turbe ut comedat Et no
fuit amplius quicq amaritudinis
in olla Vir aut quida venit de bal
salisa deferens viro dei panes
primitiarum et xx panes ordeaceos
et frumentu novu in pera sua At
ille dixit Da populo ut comedat
Responditq ei minister eius Quantu
e hoc ut apponam coram centu viris
Rursu ille ait Da populo ut comedat
Hec eni dicit dns Comedent et
supererit Posuit itaq cora eis Qui
comederunt z superfuit iuxta verbu dni

Naaman princeps Cap. v.
militie Regis Syrie Erat
vir magnus apud dnm suu z ho
noratus/ Per illu eni dedit dns sa
lutem syrie Erat eni vir fortis z
dives sed leprosus Porro de Syria
egressi fuerant latrunculi z cap
tivam duxerant de terra israel puel
la parvula que erat in obsequio uxoris
naaman Que ait ad dominam sua
Utina fuisset dns meus ad pphetam
qui e i samaria profecto curasset eu

a lepra qua habet. Ingressus est
itaque Naaman ad dominum suum et nunci-
avit ei dicens. Sic et sic locuta est
puella de terra israel. Dixit itaque ei
Rex Syrie. Vade et mittam litteras
ad Regem israel. Qui cum profectus esset
et tulisset secum x talenta argenti
et sex milia aureos et x mutato-
ria vestimentorum. Detulit litteras ad
regem israel in hec verba. Cum acceperis
epistolam hanc. Scito quod miserim ad te
Naaman servum meum ut cures eum a
lepra sua. Cumque legisset Rex israel
litteras. Scidit vestimenta sua et ait
Numquid deus ego sum ut occidere
possim et vivificare. Quia iste mi-
sit ad me ut curem hominem a lepra sua
Animadvertite et videte quod occasi-
ones querat adversum me. Quod cum
audisset Heliseus vir dei. scidisse
videlicet regem israel vestimenta sua. Misit
ad eum dicens. Quare scidisti vestimenta
tua. Veniat ad me et sciat prophetam
esse in israel. Venit ergo Naaman cum
equis et curribus et stetit ad ostium
domus Helisei. Misitque ad eum He-
liseus nuncium dicens. Vade et lava-
re septies in iordane et recipiet
sanitatem caro tua atque mundabe-
ris. Iratusque Naaman recedebat
dicens. Putabam quod egrederetur ad me et
stans invocaret nomen domini dei
sui et tangeret manu sua locum lepre
et curaret me. Numquid non me-
liores sunt Abana et Pharphar
fluvii damasci omnibus aquis israel
ut laver in eis et munder. Cumque ver-
tisset se et abiret indignans. Ac-
cesserunt ad eum servi sui et locuti sunt

ei. Pater et si rem grandem dixisset
tibi propheta certe facere debueras quan-
to magis quia nunc dixit tibi. Lavare
et mundaberis. Descendit et lavit
in iordane septies iuxta sermonem viri
dei et restituta est caro eius sicut caro
pueri parvuli et mundatus est. Reversusque
est ad virum dei cum universo comitatu
suo venit et stetit coram eo et ait.
Vere scio quod non sit deus alius in uni-
versa terra nisi tantum deus in israhel
Obsecro itaque ut accipias benedictionem
a servo tuo. At ille respondit. Vivit dominus
ante quem sto quia non accipiam. Cumque
vim faceret penitus non acquievit
Dixitque Naaman ut vis. Sed obsecro
Concede mihi servo tuo ut tollam onus
duorum burdonum de terra. Non enim faciet
ultra servus tuus holocaustum aut
victimam diis alienis nisi domino. Hoc
autem solum est de quo depreceris dominum pro
servo tuo quando ingreditur dominus meus
templum Remmon ut adoret et illo
innitente super manum meam si adora-
vero in templo Remmon adorante
eo in eodem loco ut ignoscat mihi dominus
servo tuo pro hac re. Qui dixit ei
Vade in pace. Abiit ergo ab eo elec-
to terre tempore. Dixitque Giezi puer viri
dei. Pepercit dominus meus Naaman
Siro isti ut non acciperet ab eo que
attulit. Vivit dominus quia curram post eum
et accipiam ab eo aliquid. Et secutus
est Giezi post tergum Naaman. Quem
cum vidisset ille currentem ad se desi-
liit de curru in occursum eius et ait. Rec-
ne sunt omnia. Et ille ait. Recte. Dominus
meus misit me dicens. Modo ve-
nerunt ad me duo adolescentes de monte

effraym ex filiis prophetarum da ei talentum
argenti et vestes mutatorias dupli-
ces Dixitque Naaman Melius est
ut accipias duo talenta Et coegit
eum ligavitque duo talenta argenti
in duobus saccis et duplicia vesti-
menta et imposuit duobus pueris
suis qui et portaverunt coram eo
Cumque venisset iam vespere tulit de ma-
nu eorum et reposuit in domo dimi-
sitque viros et abierunt Ipse autem
ingressus stetit coram domino suo Et
dixit Helizeus Unde venis giezi Qui re-
spondit Non ivit servus tuus quoquam
At ille ait Nonne cor meum in presenti
erat quando reversus est homo de curru suo in
occursum tui Nunc igitur accepisti ar-
gentum et vestes ut emas oliveta
et vineas et oves et boves et ser-
vos et ancillas Sed et lepra Naaman
adherebit tibi et semini tuo in sempiter-
num Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

Dixerunt autem filii Capitulum vi
prophetarum ad Helizeum Ecce locus
in quo habitamus coram te angustus est
nobis Eamus usque ad Iordanem Et
tollant singuli de silva singulas
materias ut edificemus ibi nobis do-
mum ad habitandum Qui dixit Ite
Et ait unus ex illis Veni ergo et tu
cum servis tuis Respondit Ego veniam
Et abiit cum eis Cumque venissent ad
Iordanem cedebant ligna Accidit
autem ut cum unus materiam succidisset
caderet ferrum securis in aquam Exclama-
vitque ille et ait Heu heu heu domine mi
et hoc ipsum mutuo acceperam Dixit
autem homo dei Ubi cecidit At ille
monstravit ei locum Precidit ergo
lignum et misit illuc Natavitque
ferrum et ait Tolle Qui extendit
manum et tulit illud Rex autem Sy-
rie pugnabat contra Israel Consiliumque
iniit cum servis suis dicens In loco isto
et in isto et in illo ponamus insi-
dias Misitque vir dei ad regem Israel
dicens Cave ne transeas in locum illum
quia ibi Syri in insidiis sunt Mi-
sit itaque rex Israel ad locum quem
dixerat ei vir dei et preoccupavit eum
et observavit se ibi non semel neque
bis Conturbatumque est cor regis
Syrie pro hac re Et convocatis
servis suis ait Quare non indicatis
michi quis proditor mei sit apud
regem Israel Dixitque unus servorum suorum
Nequaquam domine mi rex Sed Helizeus
propheta qui est in Israel indicat regi Isra-
el omnia verba quecumque locutus fueris in
conclavi tuo Dixitque eis Ite et vide-
te ubi sit ut mittam et capiam eum
Annunciaveruntque ei dicentes Ecce in
Dothaym moratur Misit ergo illuc
equos et currus et robur exercitus qui
cum venissent nocte circumde-
derunt civitatem Consurgens autem dilu-
culo minister viri dei egressus est
viditque exercitum in circuitu civitatis
et equos et currus Nunciavitque ei di-
cens Heu heu heu domine mi quid faciemus
At ille respondit Noli timere plures
enim nobiscum sunt quam cum illis Cumque
orasset Helizeus ait Domine aperi
oculos huius pueri ut videat Et ap-
peruit dominus oculos pueri et vidit
Et ecce mons plenus equorum et cur-
ruum igneorum in circuitu Helizei Hos-
tes vero descenderunt ad eum Porro
Helizeus oravit ad dominum dicens Percute

obsecro gentem hanc cecitate Percussit
que eos dominus ne viderent iuxta verbum
helizei Dixit autem ad eos helizeus
Non est hec via neque ista civitas Se-
quimini me et ostendam vobis virum
quem queritis Duxit ergo eos in Sama-
riam Cumque ingressi fuissent Samariam
dixit helizeus Domine aperi oculos
istorum ut videant Aperuitque dominus
oculos eorum et viderunt se esse in medio
Samarie Dixitque Rex israel ad heli-
zeum cum vidisset eos Numquid percutiam
eos pater mi At ille ait Non percuties
eos Neque enim cepisti eos gla-
dio et arcu tuo ut percucias Sed
pone panem et aquam coram eis ut
comedant et bibant et vadant ad dominum
suum Et apposita est eis ciborum mag-
na preparacio et comederunt et biberunt et
dimisit eos Abieruntque ad dominum
suum Et ultra non venerunt latrones
Syrie in terram israel Factum est autem post
hec congregavit benadab rex syrie
universum exercitum suum Et ascendit
et obsidebat Samariam Factaque est
fames magna in Samaria et tam-
diu obsessa est donec venundaretur
caput asini lxxx argenteis et quarta
pars cabi stercoris columbarum quinque ar-
genteis Cumque rex israel transiret per
murum mulier quedam exclamavit
ad eum dicens Salva me domine mi Rex
Qui ait Non te salvet dominus Unde
te salvare possum De area vel de tor-
culari Dixitque ad eam Rex Quid
tibi vis Que respondit Mulier ista
dixit michi Da filium tuum ut comedamus
eum hodie Et filium meum comedemus
cras Coximus ergo filium meum et
comedimus Dixique ei die altera
Da filium tuum ut comedamus eum Que
abscondit filium suum Quod cum audis-
set Rex scidit vestimenta sua et tran-
sibat per murum Viditque omnis populus
cilicium quo vestitus erat rex ad car-
nem intrinsecus Et ait Rex Hec michi
faciat deus et hec addat Si
steterit caput helizei filii Saphat
super eum hodie Helizeus autem sedebat
in domo sua et senes sedebant cum
eo Premisit itaque Rex virum Et antequam
veniret nuncius ille dixit ad
senes Numquid scitis quod miserit filius
homicide hic ut precidatur caput
meum Videte ergo cum venerit nuncius
claudite ostium et non sinatis eum
introire Ecce enim sonitus pedum
domini eius post eum est Adhuc illo
loquente eis apparuit nuncius
qui veniebat ad eum et ait Ecce tantum
malum a domino est Quid amplius ex-
pectabo a domino

Capitulum vij

Dixit autem helizeus Audite verbum
domini Hec dicit dominus In tempore hoc
cras modius simile uno statere erit
et duo modii ordei statere uno in porta
Samarie Respondens unus de ducibus
super cuius manum Rex incumbebat homini
dei ait Si dominus fecerit etiam catha-
ractas in celo aperiri numquid po-
terit esse quod loqueris Qui ait
videbis oculis tuis et inde non come-
des Quatuor ergo viri leprosi erant
iuxta introitum porte Qui dixerunt
ad invicem Quid hic esse volumus
donec moriamur Sive voluerimus in-
gredi civitatem fame moriemur sive
manserimus hic moriendum nobis est
Venite igitur et transfugiamus ad castra

Syrie. Si pepercerint nobis vivemus. Si
autem occidere voluerint nichilominus mori-
emur. Surrexerunt ergo vespere ut venirent
ad castra Syrie. Cumque venissent
ad principium castrorum Syrie, nullum
ibidem reppererunt. Siquidem dominus audi-
ri fecerat sonitum in castris Syrie
curruum et equorum et exercitus plurimi.
Dixeruntque ad invicem: Ecce mercede
conductos nos conduxit rex Israel
reges Ettheorum et Egiptiorum et vene-
runt super nos. Surrexerunt ergo et fugi-
erunt in tenebris et reliquerunt ten-
toria sua et equos et asinos et mu-
los in castris. Fugeruntque animas tantum
suas salvare cupientes. Igitur cum
venissent leprosi illi ad principium
castrorum, ingressi sunt unum taberna-
culum et comederunt et biberunt. Tuleruntque
que inde argentum et aurum et vestes
et abierunt et absconderunt. Et rursum
reversi sunt ad tabernaculum secundum et
inde similiter auferentes absconderunt.
Dixeruntque ad invicem: Non recte fa-
cimus. Hec enim dies boni nuncii est. Si
tacuerimus et noluerimus nunciare
usque mane, sceleris arguemur. Veni-
te eamus et nunciemus in aula regis.
Cumque venissent ad portam civitatis
narraverunt eis dicentes: Ivimus
ad castra Syrie et nullum ibidem
reperimus hominem nisi equos et asinos
alligatos et fixa tentoria. Ierunt ergo
portarii et nunciaverunt in pallacio
regis intrinsecus. Qui surrexit
nocte et ait ad servos suos: Dico
vobis quid fecerint nobis Syri.
Sciunt quia fame laboramus,
et ideo egressi sunt de castris et

Leprosi

latitant in agris dicentes: Cum egressi
fuerint de civitate, capiemus eos vi-
vos et tunc civitatem ingredi pote-
rimus. Respondit autem unus servorum eius: Tol-
lamus quinque equos qui remanserunt
in urbe, quia tantum sunt in universa multitudine
Israel. Alii enim consumpti sunt, et mittentes
explorare poterimus. Adduxerunt
ergo duos equos. Miseruntque rex Israel
ad castra Syrorum dicens: Ite et videte.
Qui abierunt post eos usque ad Jor-
danem. Ecce autem omnis via plena erat
vestibus et vasis que proiecerant Syri
cum turbarentur. Reversique nuncii nun-
ciaverunt regi et indicaverunt sibi
hec omnia. Et egressus populus diripuit
castra Syrie. Factusque est modius
simile statere uno et duo modii or-
dei statere uno iuxta verbum domini. Por-
ro rex ducem illum in cuius manu
incubuerat constituit ad portam.
Quem conculcavit turba in introitu
porte et mortuus est iuxta quod locu-
tus fuerat vir dei quando descenderat
rex ad eum. Factumque est secundum sermonem
viri dei quem dixerat regi quando ait:
Duo modii ordei statere uno erunt
et modius simile statere uno hoc eodem
tempore cras in porta Samarie. Quando responderat
dux ille viro dei et dixerat: Etiam si
dominus fecerit aperiri cataractas de
celo numquid fieri poterit quod loqueris?
Et dixit ei: Videbis oculis tuis et inde
non comedes. Evenit ergo ei sicut predictum
fuerat et conculcavit eum populus in porta et mortuus est.

Cap viij

Heliseus autem locutus
est ad mulierem cuius vivum fecerat
filium dicens: Surge et vade tu et domus

tua et peregrinare ubicumque reperis
vocabit enim dominus famem et veniet
super terram annis septem. Que surrexit
et fecit iuxta verbum hominis dei. Et vadens
cum domo sua peregrinata est in terra phi-
listiim diebus multis. Cumque finiti
essent anni septem reversa est mulier de ter-
ra philistiim. Et egressa est ut inter-
pellaret regem pro domo sua et agris
suis. Rex autem loquebatur cum giezi puero
viri dei dicens Narra michi omnia magna-
lia que fecit heliseus. Cumque ille
narraret regi quomodo mortuum suscit-
asset, apparuit mulier cuius vivi-
ficaverat filium clamans ad regem pro
domo sua et agris suis. Dixitque giezi
Domine mi rex hec est mulier et hic est
filius eius quem suscitavit heliseus. Et
interrogavit rex mulierem que narravit
ei vera esse. Vocavitque rex eunuchum
unum ad se dicens Restitue ei que sua
sunt et universos reditus agrorum
a die qua reliquit terram usque ad pre-
sens. Venit quoque heliseus damascum
et benadab rex syrie egrotabat.
Nunciaveruntque ei dicentes Venit vir
dei huc. Et ait rex ad azahel
Tolle tecum munera et vade in occursum
viri dei. Et consule dominum per eum dicens
Si evadere potero de infirmitate
mea hac. Ivit igitur azahel in occursum
eius habens secum munera et omnia bo-
na damasci onera xl camelorum.
Cumque stetisset coram eo ait Filius
tuus benadab rex syrie misit
me ad te dicens Si sanari potero de in-
firmitate mea hac. Dixitque he-
liseus Vade dic ei Sanaberis.
Porro ostendit michi dominus quia morte

morietur. Stetitque cum eo et conturba-
tus est usque ad suffusionem vultus.
Flevitque vir dei. Cui azahel ait
Quare dominus meus flet. Qui respondit
Quia scio que facturus sis filiis
israel mala. Civitates eorum munitas
igne succendes et iuvenes eorum in-
terficies gladio et parvulos eorum eli-
des et pregnantes divides. Dixitque
azahel Quid enim sum servus tuus
canis ut faciam rem istam magnam.
Et ait heliseus Ostendit michi dominus
te regem syrie fore. Qui cum recas-
sisset ab heliseo venit ad dominum suum
Qui ait ei Quid tibi dixit heliseus.
At ille respondit Dixit michi Recipies sa-
nitatem. Cumque venisset dies altera
tulit stragulum suum et infudit aquam
et expandit super faciem eius. Quo mor-
tuo regnavit azahel pro eo. Anno
quinto ioram filii achab regis israel filius
regnavit ioram iosaphat regis iuda. 4
xxxii duorum annorum erat cum regnare
cepisset et viii annis regnavit in
ierusalem. Ambulavitque in viis regum
israel sicut ambulaverat domus achab.
Filia enim achab erat uxor eius
et fecit quod malum fuit in conspectu domini.
Noluit autem dominus disperdere iudam propter
david servum suum sicut promiserat ei ut
daret ei lucernam et filiis eius cunctis
diebus. In diebus illis recessit edom
ne esset sub iuda et constituit sibi
regem. Venitque ioram seyra et omnes
currus cum eo. Et surrexit nocte percus-
sitque ydumeos qui eum circumdederant
et principes curruum. Populus autem fugit
in tabernacula sua. Recessit ergo edom
ne esset sub iuda usque ad hanc diem

Tunc recessit z lobna i tpe illo
Reliqua aut sermonu Iora z vniu
sa que fecit Nonne hec scripta sut
in libro verb dieru Regu Iuda Et
dormiuit Iora cu patribus suis se
pultusqz e cu eis i ciuitate dauid
et Regnat Ochozias filius eius p eo
Anno xij Iora filij achab Regis
isrl Regnat ochozias filius Iora
Regis Iude xxij anoru erat ocho
zias cu regnare cepisset z vno
ano regnat i ierlm Nomen mris
eius Athalia filia zambri regis
isrl Et ambulauit in vijs domus
achab et fecit qd malu e cora
dno Sicut domus achab Gener
em domus achab fuit Abijt qz
cu Iora filio achab ad pliandu
q azahel Rege Syrie i Ramoth
galaad Et wlnauerunt Syri Iora
q Reuersus e ut curaret i yezra
hel quia wlnauerat eu Syria i Ra
moth pliante q azahel Regem
Syrie Porro ochozias filius Iora
Rex iude descendit visitare Ioram
filiu achab i yezrahel q egrotabat ibi

Helizeus aut pha / Cap ix
vocat vnu de filijs pphaz Et
ait illi Accinge lumbos tuos z tolle
lenticula olei hac in manu tua z
vade in Ramoth galaad Cuqz il
luc veneris videbis hieu filiu Iosaphat
filij Namsi Et ingressus suscita
bis eu de medio fratru suoz
et introduces in cubiculu te
nensqz lenticula olei fundes sr
caput eius z dices hec dicit dns
Vnxi te in rege sup isrl Aperiesqz
ostiu et fugies z no ibi subsistes

Abijt g adolescens puer pphe i Ra
moth galaad Et ingressus e illuc
Ecce aut principes exercitus sedebat
et ait Verbu m ad te o princeps
et dixit hieu Ad que ex omnibz
nobis Et ille dixit Ad te o prin
ceps Et surrexit et igressus e
cubiculu At ille fudit oleu sup
caput eius Et ait hec dicit dns deus
isrl Vnxi te in Rege sup pplm dni
dei isrl Et percucies domu achab
dni tui ut vlciscar sanguinem ser
uoz meoz pphaz et sanguinem
omni seruoz dni de manu Iezabel
Perdamqz omne domu achab et
interficiam de domo achab mingete
ad parietem et clausu z nouissimu
in isrl Et dabo domu Achab sicud
domu Ieroboam filij Nabath z sicut
domu Baasa filij achya Iezabel
quoqz comedent canes in agro yezra
hel Nec erit q sepeliet ea Aperu
itqz ostiu et fugit hieu autem
egressus e ad seruos suos z dni
sui Qui dixerunt ei Recte ne sut
oia Quid venit insanus ad te iste
Qui ait eis Nostis hoiem et quid
locutus sit scitis At illi rnderut
falsu e Sed magis Narra nob
Qui ait eis hec et hec locutus
e m Et ait hec dicit dns Vnxi
te Rege sup isrl Festinauerunt itaqz
et vnusquisqz tollens palliu suu
et posuerunt sub pedibus eius i similitu
dinem tribunalis et cecinerunt tuba
atqz dixerunt Regnabit hieu Co
iurauit ergo hieu filius Iosaphat
filij Namsi cont Iora Porro Iora

obsederat Ramoth galaad ipse et
omnis israhel contra Azahel regem Syrie
Et reversus fuerat ut curaretur in yez-
rahel propter vulnera quia percusserant eum
Syri preliantem contra Azahel regem Syrie
Dixitque yhieu Si placet vobis Nemo
egrediatur profugus de civitate ne
vadat et nunciet in yezrahel Et
ascendit et profectus est in Iezrahel
Ioram enim egrotabat ibi Et ocho-
sias rex iuda descenderat ad vi-
sitandum Ioram Igitur speculator
qui stabat super turrem yezrahel vi-
dit globum venientis yhieu et ait
Video ego globum Dixitque Ioram
Tolle currum et mitte in occur-
sum eorum Et dicat vadens Rectene sunt
D omnia Abiit ergo qui ascenderat currum
in occursum eius Et ait hec dicit rex pac-
cata sunt omnia Dixitque ei yhieu Quid
tibi et paci Transi et sequere me
Nunciavit quoque speculator dicens Ve-
nit nuncius usque ad eos Et non
revertitur Misit etiam currum secundum equorum
venitque ad eos et ait hec dicit Rex
Numquid pax est Et ait yhieu Quid
tibi et paci Transi et sequere me
Nunciavitque speculator dicens
venit usque ad eos et non revertitur
Est autem incessus quasi incessus yhieu
filii namsi Preceps enim graditur
Et ait Ioram Iungite currum Iunxerunt-
que currum eius Et egressus est Ioram
rex israhel et Ochosias rex iuda
singuli in curribus suis Egressique
sunt in occursum yhieu Et invenerunt
eum in agro Naboth yezrahelite
Cumque vidisset Ioram yhieu dixit
Pax est yhieu Et ille respondit Que pax

Adhuc fornicationes Iezabel matris
tue et veneficia eius vigent multa
Convertit autem Ioram manum suam et fu-
giens ait ad ochoziam Insidie insi-
die ochosia Porro yhieu tetendit
arcum manu et percussit Ioram inter
scapulas et egressa est sagitta
per cor eius Statimque corruit in cur-
ru suo Dixitque yhieu ad badacher
ducem Tolle proice eum in agro Naboth
yezrahelite Memini enim quando ego
et tu sedentes in curru sequebamur
Achab patrem eius quod dominus onus
hoc levavit super eum dicens Si non pro
sanguine naboth et pro sanguine
filiorum eius que vidi heri inquit
dominus ait dominus Reddam tibi in agro
isto dicit dominus Nunc igitur tolle
et proice eum in agro iuxta verbum domini
Ochozias autem rex Iuda videns
hoc fugit per viam domus orti
persecutusque est eum yhieu et ait Etiam
hunc percutite in curru suo et percus-
serunt eum in ascensu gaber qui
est iuxta Ieblaam Qui fugit in mag-
geddo et mortuus est ibi Et inpo-
suerunt servi eius eum super currum suum
et tulerunt in ierusalem Sepelieruntque
eum in sepulchro cum patribus suis
in civitate david Anno xi Io-
ram filii Achab regis israhel Regnavit
Ochozias super Iuda Venitque yhieu
in yezrahel Porro Iezabel in-
troitu eius audito depinxit
oculos suos stibio et ornavit
caput suum et respexit per fenestram
ingredientem yhieu per portam et ait
Numquid pax esse potest Zambri qui
interfecit dominum suum Levavitque yhieu

faciem suam ad fenestram et ait Num-
quid pax esse potest Zambri qui interfecit dominum suum
et ista Et intimaverunt se ad eum duo
eunuchi vel tres At ille dixit eis
Precipitate eam deorsum Et precipita-
verunt eam Aspersusque est sanguine paries
et equorum ungule qui conculcave-
runt eam Cumque introgressus esset
ut comederet biberetque ait Ite et vide-
te maledictam illam et sepelite eam
quia filia regis est Cumque issent ut
sepelirent eam non invenerunt nisi cal-
variam et pedes et summas manus
Reversique nuntiaverunt ei Et ait Hieu
Sermo domini est quem locutus est per ser-
vum suum Heliam Thesbiten dicens
In agro Iezrahel comedent canes
carnes Iezabel Et erunt carnes
Iezabel sicut stercus super faciem
terre in agro Iesrahel ita ut pretereuntes
dicant Hecine est illa Iezabel Capitulum X

Erant autem Achab lxx filii in
Samaria Scripsit ergo Hieu lit-
teras et misit in Samariam ad
optimates civitatis et ad maiores
natu et ad nutricios Achab dicens
Statim ut acceperitis litteras has qui
habetis filios domini vestri et currus et
equos et arma et civitates fir-
mas Eligite meliorem et eum qui
vobis placuerit de filiis domini vestri et
ponite eum super solium patris sui et pug-
nate pro domo domini vestri Timuerunt
illi vehementer et dixerunt Ecce duo
reges non potuerunt stare coram eo et
quomodo nos valebimus resistere ei
Miserunt ergo prepositi domus et prefecti
civitatis et maiores natu et nutri-
cii ad Hieu dicentes Servi tui sumus
quecumque iusseris faciemus Nec con-
stituemus nobis regem Quodcumque
tibi placuerit fac Rescripsit autem eis

litteras secundo dicens Si mei estis et obedi-
tis michi Tollite capita filiorum
domini vestri et venite ad me hac eadem
hora cras in Iezrahel Porro filii re-
gis lxx viri apud optimates civitatis
nutriebantur Cumque venissent littere ad eos
tulerunt filios regis et occiderunt
lxx viros et posuerunt capita eorum in
cophinis et miserunt ad eum in Iez-
rahel Venit autem nuntius ad eum et indicavit
ei dicens Attulerunt capita filiorum re-
gis Qui respondit Ponite ea ad duos
acervos iuxta introitum porte usque
ad mane Cumque diluxisset egressus
est et stans dixit ad omnem populum
Iusti estis Si ego coniuravi contra
dominum meum et interfeci eum Quis per-
cussit omnes hos Videte ergo nunc quoniam
non cecidit de sermonibus domini in terram
quos locutus est dominus super domum Ach-
ab Et dominus fecit quod locutus est
in manu servi sui Helie Percussit
igitur Hieu omnes qui reliqui erant de
domo Achab in Iezrahel et universos
optimates eius et notos et
sacerdotes Donec non remanerent
ex eo reliquie Et surrexit et venit
in Samariam Cumque venisset ad came-
ram pastorum in via invenit fratres
Ochozie regis Iuda dixitque ad eos
Qui nam estis vos Atque illi responderunt
Fratres Ochozie sumus et descendimus
ad salutandum filios regis et filios
regine Qui ait Comprehendite eos
vivos Quos cum comprehendissent vivos
iugulaverunt eos in cisterna iuxta
cameram xlii viros et non reliquit
ex eis quemquam Cumque abisset inde in-
venit Ionadab filium Rechab in occur-
sum sibi Et benedixit ei Et ait ad eum Hieu
Numquid est cor tuum rectum cum corde

meo sicut cor meum cum corde tuo Et
ait Jonadab Est Si est inquit da manum
tuam Qui dedit manum suam Et levavit
eum ad se in currum dixitque ad eum Veni
mecum et vide zelum meum pro domino Et im-
positum curru suo Duxit in Samariam
Et percussit omnes qui reliqui fuerant
de achab in Samaria usque ad unum
iuxta verbum domini quod locutus est per heliam
Congregavit ergo hieu omnem populum et dixit
ad eos Achab coluit ~~baal~~ baal
parum Ego autem colam eum amplius Nunc
igitur omnes prophetas baal et universos
servos eius et cunctos sacerdotes eius
vocate ad me Nullus sit qui non veniat
Sacrificium enim grande mihi est baal Quicumque
defuerit non vivet Porro hieu
faciebat hoc insidiose ut disperderet
cultores baal Et dixit Sanctificate
diem sollempnem baal Vocavitque et
misit in omnes terminos israel Et venerunt
universi servi baal Non fuit residuus
nec unus quidem qui non veniret Et ingressi
sunt templum baal Et repleta est
domus baal vicinorum a summo usque ad
summum Dixitque hiis qui erant super
vestes Proferte vestimenta univer-
sis servis baal Et protulerunt eis ves-
tes Ingressusque est hieu et Jonadab
filius Rechab templum baal Et ait
cultoribus baal Perquirite et vide-
te ne quis forte vobiscum sit de ser-
vis domini Sed ut sint soli servi baal
Ingressi sunt igitur ut facerent victi-
mas et holocausta Hieu autem prepa-
raverat sibi foris lxxx viros et dixerat
eis Quicumque fugerit de hominibus hiis
quos ego adduxero in manus vestras
anima eius erit pro anima illius Factum est autem
cum completum esset holocaustum pre-
cepit hieu militibus et ducibus suis
Ingredimini percutite eos nullus e-
vadat Percusseruntque eos in ore gladii
et proiecerunt milites et duces Et abi-
erunt in civitatem templi baal et
protulerunt statuam de fano baal et
conbusserunt et comminuerunt eam Destru-
xeruntque edem baal et fecerunt pro ea
latrinas usque in diem hanc Delevit
itaque hieu baal de israhel
Verumtamen a peccatis Jeroboam filii Nabath
qui peccare fecit israel non recessit nec
dereliquit vitulos aureos qui
erant in bethel et in dan Dixit
autem dominus ad hieu Quia studiose
fecisti quod rectum erat et placebat
in oculis meis et omnia que erant
in corde meo fecisti contra domum achab
filii tui sedebunt usque ad quartam generationem
super thronum israel Porro hieu non
custodivit ut ambularet in lege domini
dei israel in toto corde suo Non enim reces-
sit a peccatis Jeroboam qui peccare fecerat
israel In diebus illis cepit tedere
dominum super israel Percussitque eos Aza-
hel in universis finibus israel a Jordane
contra orientalem plagam omnem terram Ga-
laad et Gad et Ruben et manasse
et Aroer que est super torrentem Arnon
et Galaad et Basan Reliqua autem verbo-
rum hieu et universa que fecit et fortitudo
eius Nonne scripta sunt in libro ver-
borum dierum Regum israhel Et dor-
mivit hieu cum patribus suis Sepeli-
eruntque eum in Samaria Et regnavit Joas
filius eius pro eo Dies autem quibus regnavit
hieu super israel xxviii anni sunt in Samaria

Capitulum xi

Athalia vero mater
ochozie videbat mortuum filium

suum surrexit et interfecit omne semen regium. Tollens autem Iosaba filia regis Ioram soror Ochoziae Ioas filium Ochoziae furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur et nutricem eius de triclinio et abscondit eum a facie Athaliae ut non interficeretur. Eratque cum ea in domo Domini clam sex annis. Porro Athalia regnavit super terram. Anno autem septimo misit Ioiada et assumens centuriones et milites introduxit ad se in templum Domini. Pepigitque cum eis foedus et adiurans eos in domo Domini ostendit eis filium regis et praecepit illis dicens: Iste est sermo quem facere debetis. Tertia pars vestrum introeat sabbato et observet excubias domus regis. Tertia autem pars sit ad portam Sur. Et tertia pars ad portam quae est post habitaculum scutariorum et custodietis excubias domus Messa. Duae vero partes e vobis omnes egredientes sabbato custodiant excubias domus Domini circa regem. Et vallabitis eum habentes arma in manibus vestris. Si quis autem ingressus fuerit septum templi interficiatur. Eritisque cum rege introeunte et egrediente. Et fecerunt centuriones iuxta omnia quae praeceperat eis Ioiada sacerdos. Et assumentes singuli viros suos qui ingrediebantur sabbatum cum his qui egrediebantur sabbato venerunt ad Ioiadam sacerdotem. Qui dedit eis hastas et arma regis David quae erant in domo Domini. Et steterunt singuli habentes arma in manu sua a parte templi dextera usque ad partem sinistram altaris et aedis circa regem. Produxitque filium regis et posuit super eum diadema et testimonium. Feceruntque eum regem et unxerunt et plaudentes manu dixerunt: Vivat rex. Audivit autem Athalia vocem currentis populi et ingressa ad turbas in templum Domini vidit regem stantem super tribunal iuxta morem et cantores et turbas prope eum omnemque populum terrae laetantem et canentem tubis. Et scidit vestimenta sua clamavitque: Coniuratio, coniuratio. Praecepit autem Ioiada centurionibus qui erant super exercitum et ait eis: Educite eam extra septa templi et quicumque eam secutus fuerit feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos: Non occidatur in templo Domini. Inposueruntque ei manus et inpegerunt eam per viam introitus equorum iuxta palatium et interfecta est ibi. Pepigit igitur Ioiada foedus inter Dominum et regem et inter populum ut esset populus Domini et inter regem et populum. Ingressusque est omnis populus terrae templum Baal et destruxerunt aras eius et imagines contriverunt valide. Matthan quoque sacerdotem Baal occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo Domini. Et tulit centuriones et Cheretheos et Phelethi legiones et omnem populum terrae deduxeruntque regem de domo Domini et venerunt per viam portae scutariorum in palatium et sedit super thronum regum. Laetatusque est omnis populus terrae et civitas conquievit. Athalia autem occisa est gladio in domo regis. Septem annorum erat Ioas cum regnare coepisset. Capitulum XII

Anno septimo Hieu regnavit Ioas quadraginta annis regnavit in Hierusalem

Nomen matris eius Sebia de bersa-
bee. Fecitque Ioas rectum coram domino cunc-
tis diebus quibus docuit eum Ioia-
da sacerdos. Verumtamen excelsa non ab-
stulit. Adhuc enim populus ymolabat
et adolebat in excelsis incensum.
Dixitque Ioas ad sacerdotes. Omnem
pecuniam sanctorum que illata fuerit in tem-
plum domini a pretereuntibus que offertur
pro precio anime et quam sponte et arbi-
trio cordis sui inferunt in templum
domini accipiant illam sacerdotes
iuxta ordinem suum et instaurent
sarta tecta domus si quid neces-
sarium viderint instauratione. Igitur
usque vicesimum tercium annum regis
Ioas non instauraverunt sacerdotes
sartatecta templi. Vocavitque rex
Ioas Ioiada sacerdotem pontificem
et alios sacerdotes dicens eis. Quare
sarta tecta non instauratis templi.
Nolite ergo amplius accipere pecu-
niam iuxta ordinem vestrum sed ad instau-
racionem templi reddite eam. Prohi-
bitique sunt sacerdotes ultra accipere
pecuniam a populo et instaurare sar-
tatecta domus. Et tulit Ioiada
pontifex gazophilacium unum ape-
ruitque foramen desuper et posuit
illud iuxta altare ad dexteram in-
gredientium domum domini. Mittebantque
in eo sacerdotes qui custodiebant
ostia omnem pecuniam que deferebatur
ad templum domini. Cumque viderent nimi-
am pecuniam esse in gazophilacio
ascendebat scriba regis et ponti-
fex effundebantque et numerabant pecu-
niam que inveniebatur in domo domini. Et
dabant eam iuxta numerum atque mensuram
in manu eorum qui preerant cementariis
domus domini. Qui impendebant eam in
fabris lignorum et in cementariis hiis
qui operabantur in domo domini et sar-
tatecta faciebant et in hiis qui ce-
debant saxa. Et ut emerent ligna et
lapides qui excidebantur ita ut im-
pleretur instauratio domus domini in
universis que indigebant expensa
ad muniendam domum. Verumtamen
non fiebant ex eadem pecunia ydrie tem-
pli domini et fuscinule et thuribula
et tube omne vas aureum et argen-
teum de pecunia que inferebatur
in templum domini. Hiis enim qui facie-
bant opus dabatur ut instaura-
retur templum domini. Et non fiebat ra-
tio hiis omnibus qui accipiebant pecu-
niam ut distribuerent eam artificibus
sed in fide tractabant eam. Pecuniam
vero pro delicto et pecuniam pro peccatis
non inferebant in templum domini quia sacer-
dotum erat. Tunc ascendit Azahel
rex Syrie et pugnabat contra Geth
cepitque eam et direxit faciem suam
ut ascenderet in Ierusalem. Quam ob rem
tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata
que consecraverat Iosaphat et Iora
et Ochozias patres eius reges Iuda
et que ipse obtulerat et universum ar-
gentum quod inveniri potuit in thesau-
ris templi domini et in pallacio regis
misitque Azaheli regi Syrie et ab
Ierusalem recessit. Reliqua autem sermonum Ioas
et universa que fecit nonne hec scripta
sunt in libro verborum dierum regum Iuda. Surrexe-
runt autem servi eius et coniurave-
runt inter se percusseruntque Ioas in domo

mello m discessu scla Josachar nach filius Semach et Jozabach filius Somer frii eius pausserit eu et mortuus e et sepelierit eu cu patribus David cu pribus suis regnauitq; Amasias filius eius pro eo

Cap xiij

Anno xxxvij Joas filij Ochozie regis Jude regnauit Joachas filius Hieu sup Isrl in Samaria xvij annis Et fecit malu coram dno Neq; recessit a peccatis Jeroboam q peccare fecit Isrl et no declinauit ab eis Iratusq; e furor dni contra Isrl et tradidit eos in manu Azahel regis Syrie et in manu Benadab filij azahel cunctis diebus Deprecatusq; e at Joachaz faciem dni et audiuit eu dns vidit em angustias Isrl q attriuerat eos rex Syrie Dedit dns Isrl saluatore et liberatus e de manu regis Syrie Habitauerutq; filij Isrl in tabernaculis suis sicut heri et nudius tertius Verutn non recesserut a peccatis domus Jeroboam q peccare fecit Isrl et in ipis ambulauerut Quinquide et lucus permansit in Samaria et no sue derelicta Joachaz de exercitu nisi quinquaginta equites x decem et x milia pedituu Interfecerat eu enim rex Syrie et redegerat eos quasi pulueq; in tritura area Reliq; ad sermonu Joachaz et uniuersa que fecit fort et fortitudo eius nonne hec scripta sut in libro sermonu dieru regu Isrl Dormiuitq; Joachaz cu patribus suis et sepelierut eu in Samaria Regnauitq; Joas filius eius pro eo anno xxxvij Joas regis Juda regis Joas filius Joachaz sup Isrl in Samaria xvj annis et fecit q malu e in conspectu dni Et no declinauit ab oib; peccatis Jeroboa filij Nabath q peccare fecit Isrl In reliq; aut sermonu Joas et uniuersa q fecit et fortitudo eius quomo pugnauit contra Amasiam regem Juda nonne hec scripta sut in libro sermonu dieru regu Isrl Et dormiuit Joas cu patribus suis et Jeroboa at sedit sup soliu eius Sepultus e Joas in Samaria cu regibus Isrl Helizeus autem egrotabat infirmitate q et mortuus e Descenditq; Joas ad eu rex Isrl et flebat coram eo Patrem meu patrem meu currus Isrl et auriga eius Et ait illi Helizeus sume arcu et sagittas Cumq; attulisset ad eu arcu et sagitta Dixit ad regem Isrl Pone manu tua sup arcu Et cu posuisset ille manu sup posuit Helizeus manus suas sup manibus regis et aperuit fenestra orientalem Cumq; aperuisset dixit Helizeus Jacta sagitta Iecitq; Et ait Helizeus Sagitta salutis dni et sagitta salutis contra Syriam Percuties q Syriam donec consumas ea Et ait Tolle sagittas Cumq; tulisset Rursu dixit ei Percute terra Percussit ergo tribus vicibus Et cu pcussisset et stetisset iratus e contra eu vir dei et ait Si percussisses quinq; aut sexies tunc percussisses Syriam usq; ad consumptionem nunc autem tribus vicibus percuties ea Mortuusq; e Helizeus et sepelierut eu Latrunculi q de Moab venere terra illo

anno. Quidam autem sepelientes hominem viderunt latrunculos et proiecerunt cadaver in sepulchro Helizei. Quod cum tetigisset ossa Helizei revixit homo et stetit super pedes suos. Igitur Azahel rex Syrie afflixit Israel cunctis diebus Ioachaz. Et misertus est Dominus eorum et reversus est ad eos propter pactum suum quod habebat cum Abraham, Ysaac et Iacob, et noluit disperdere eos neque proicere penitus usque in presens tempus. Mortuus est autem rex Syrie Azahel. Et regnavit Benadab filius eius pro eo. Porro Ioaz filius Ioachaz tulit urbes de manu Benadab filii Azahel quas tulerat de manu Ioaz patris sui iure prelii. Tribus vicibus percussit eum Ioaz et reddidit civitates Israeli.

Capitulum xiiii

In anno secundo Ioaz filii Ioachaz regis Israel regnavit Amasias filius Ioaz regis Iuda. Viginti quinque annorum erat cum regnare cepisset. Viginti autem et novem annis regnavit in Ierusalem. Nomen matris eius Ioadem de Ierusalem. Et fecit rectum coram Domino. Verumtamen non ut David pater eius. Iuxta omnia que fecit Ioaz pater suus fecit. Nisi hoc tantum quod excelsa non abstulit. Adhuc enim populus immolabat et adolebat incensum in excelsis. Cumque obtinuisset regnum percussit servos suos qui interfecerant regem patrem suum. Filios autem eorum qui occiderant non occidit iuxta quod scriptum est in libro legis Moysi sicut precepit Dominus Moysi dicens. Non morientur patres pro filiis neque filii morientur pro patribus. Sed unusquisque in peccato suo morietur. Ipse percussit Edom in valle Salinarum decem milia. Et apprehendit Petram in prelio. Vocavitque nomen eius Iectehel usque in presentem diem. Tunc misit Amasias nuntios ad Ioaz filium Ioachaz filii Iehu regis Israel dicens. Veni videamus nos. Remisitque Ioaz rex Israel ad Amasiam regem Iuda dicens. Carduus Libani misit ad cedrum que est in Libano dicens. Da filiam tuam filio meo uxorem. Transieruntque bestie saltus que sunt in Libano et conculcaverunt carduum. Percutiens prevaluisti super Edom et sublevavit te cor tuum. Contentus esto gloria tua et sede in domo tua. Quare provocas malum ut cadas tu et Iuda tecum. Et non acquievit Amasias. Ascenditque Ioaz rex Israel et viderunt se ipse et Amasias rex Iuda in Bethsames oppido Iude. Percussusque est Iuda coram Israel et fugerunt unusquisque in tabernacula sua. Amasiam vero regem Iuda filium Ioaz filii Ochozie cepit Ioaz rex Israel in Bethsames et adduxit eum in Ierusalem et interrupit murum Ierusalem a porta Effraym usque ad portam anguli quadringentis cubitis. Tulitque omne aurum et argentum et universa vasa que inventa sunt in domo Domini et in thesauris regis et obsides. Et reversus est in Samaria. Reliqua autem verborum Ioas que fecit et fortitudo eius qua pugnavit contra Amasiam regem Iuda. Nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel. Dormivitque Ioaz cum patribus suis et sepultus est

in samaria cu regibus isrl Et
regnavit Jeroboa filius eius pro eo Vixit
at Amasias fili' Joaz rex Juda
postq mortuus e Joas fili' Joa-
chaz regis isrl xv annis Reliq
at smonu Amasie Nonne hec
scripta sut in libro smonu dieru
regu Juda Factaq e coiuratio con-
tra eu in ierlm At ille fugit in
lachis miseruntq post illu i lachis
et interfecerunt eu ibi et asportaue-
runt in equis Sepultusq e i ierlm
cu pribus suis i civitate david Tu-
lit at universus pplus Jude Azaria
annos natu xvi et constituerut eu
rege pro pre eius Amasia Ipe e-
dificavit Ailam et restituit
ea Jude postq dormivit rex cu
pribus suis Anno xv Ama-
sie fili' Joas regis Jude regnavit
Jeroboam filius Joas regis isrl in
samaria xli annis et fecit quod
malu e cora dno Non recessit ab
oibus pctis Jeroboa fili Nabath q
peccare fecit isrl Ipse restituit ter-
minos isrl ab introitu emath usq
ad mare solitudinis iuxta smoez dni
dei isrl que locutus e p servu suu
Jona filiu Amathi pphetam q erat
de geth q e in opher Vidit ei dns
afflictiom isrl amara nimis et q co-
sumpti essent usq ad clausos carce-
re et extremos et no esset q auxi-
liaretur isrl Nec locut' e dns ut de-
leret nom israhelis de sub celo sed
salvavit eos i manu Jeroboa fili Joas
Reliqua at smonu Jeroboa et uni-
versa que fecit et fortitudo eius qua
pliatus e et quo restituit damas-
cu et emath Jude i isrl Nonne hec

scripta sut in libro smonu dieru
regu isrl Dormivitq Jeroboa cu
pribus suis isrl regibus Et regnavit
Azarias filius eius pro eo Cap xv

Anno xxvii Jeroboa regis isrl
regnavit Azarias fili' Ama-
sie regis Jude xvi anorum erat
cu regnare cepisset et l duobus
annis regnavit i ierlm Nomen matris
eius Jecelia de ierlm Fecitq qd erat
placitu cora dno iuxta oia que fe-
cerat Amasias pr eius Verumtn ex-
celsa no e demolitus Adhuc ei
pplus sacrificabat et adolebat incensu
in excelsis Percussit at dns re-
gem et fuit leprosus usq in die mor-
tis sue et habitabat i domo libera
seorsu Jonathas vero filius regis
gubernabat pallatiu et iudica-
bat pplm terre Reliqua at smo-
num Azarie et universa que fecit Nonne
hec scripta sut in libro dierum regu
Juda Et dormivit Azarias cu pribus
suis Sepelieruntq eu cu maioribus
suis i civitate david Et regnavit
Jonathas filius eius pro eo Anno tri-
cesimo viii Azarie regis Jude regnavit
Zacharias filius Jeroboa sup isrl in
Samaria sex mensibus Et fecit ma-
lu cora dno sicut fecerat pres eius
Non recessit a pctis Jeroboa fili Na-
bat q peccare fecit isrl Coniuravitq
contra eu Sellum filius Jabes Et sa-
maria percussitq eu palam et interfecit
regnavitq pro eo Reliq at smonu
Zacharie scripta sut i libro dierum regu
isrl Iste e smo dni que locutus e
ad Jehu dicens Filii tui usq ad quarta
generatio sedebut sup thronu
israhel Factu q e ita Sellum
filius Jabes regnavit tricesimo nono

anno Azarie Regis Juda Regnauit
uno mense in Samaria. Et ascen-
dit Manahen filius gaddi de thersa
Venitque in Samariam et percussit Sellum
filium Jabes in Samaria et interfecit eum
Regnauitque pro eo. Reliqua autem sermonum Sellum
et coniuracio eius per quam tetendit in-
sidias. Nonne hec scripta sunt in libro
sermonum dierum Regum israel. Tunc percussit Ma-
nahen thersam et omnes qui erant
in ea et terminos eius de thersa. No-
luerunt enim aperire ei et interfecit omnes
pregnantes eius et scidit eas. Anno
xxxix° Azarie Regis Juda Regnauit
Manahen filius gaddi super israel x an-
nis in Samaria. Fecitque quod erat ma-
lum coram domino. Non recessit a peccatis Jero-
boam filii nabath qui peccare fecit israel
cunctis diebus eius. Veniebat autem
phul Rex Assiriorum in thersam et
dabat Manahen phul mille ta-
lenta argenti ut esset ei in auxi-
lium et firmaret regnum eius. Indixit
que Manahen argentum super israel cunctis
potentibus et diuitibus ut darent
regi assiriorum l siclos argenti per sin-
gulos annos. Reuersusque est rex Assiri-
orum et non est moratus in thersa. Re-
liqua autem sermonum manahen et uniuersa que
fecit Nonne hec scripta sunt in libro sermonum
dierum regum israel. Et dormiuit manahen
cum patribus suis. Regnauitque faceia
filius manahen super israel anno quinqua-
gesimo Azarie regis Juda. Regnauit
autem in Samaria biennio et fecit ma-
lum coram domino non recessit a peccatis Jero-
boam qui peccare fecit israel. Coniurauit
autem aduersus eum phacee filius Rome-
lie dux exercitus eius et percussit eum in
Samaria in turre domus regie
iuxta argob et iuxta arie et cum eo l viros

de filiis galaaditarum et interfecit eum.
Et regnauit pro eo. Reliqua autem sermonum phacee
et uniuersa que fecit. Nonne hec scripta
sunt in libro sermonum dierum Regum israhel.
Anno lii° Azarie regis Juda Regnauit
phacee filius Romelie super israel xx
annis in Samaria. Et fecit malum co-
ram domino. Non recessit a peccatis Jeroboam.
In diebus phacee Regis israel venit
Teglath phalasar Rex assur et
cepit ayon et Abel domum Maacha
et Janoe et cedes et asor et galaad
et galileam et uniuersam terram neptali
et transtulit eos in assirios. Coniura-
uit autem et tetendit insidias Osee filius
hela contra phacee filium Romelie
et percussit eum et interfecit. Regnauit-
que pro eo xx° anno Joathan filii ozie.
Reliqua autem sermonum phacee scripta sunt in libro sermonum
dierum Regum israel. Anno secundo pha-
cee filii Romelie Regis israel Regnauit
Joathan filius ozie Regis Juda. xxv
annorum erat Joathan cum regnare cepis-
set et xvi annis regnauit in ierusalem.
Nomen matris eius Jerusa filia Sadoch.
Fecitque quod erat placitum coram domino.
Juxta omnia que fecerat pater eius ozias o-
peratus est. Verumtamen excelsa non abs-
tulit. Adhuc enim populus ymolabat et
adolebat incensum in excelsis. Ipse edi-
ficauit portam domus domini sublimissimam.
Reliqua autem sermonum Joathan et uniuersa
que fecit Nonne hec scripta sunt in
libro verborum dierum Regum Juda. In die-
bus illis cepit dominus mittere in Jude-
am Rasin Regem Syrie et phacee
filium Romelie. Et dormiuit Joatham
cum patribus suis. Sepultusque est
cum eis in ciuitate dauid patris
sui. Et regnauit Achas filius eius pro eo.

Anno xvij phacee Capitulum xvj
filij romelie regnavit achaz
filius Ioathan regis iuda / xx a-
norum erat achaz cum regnare cepis-
set et xvj annis regnavit in ierusalem. Non
fecit quod erat placitum in conspectu
domini dei sui sicut david pater eius. Sed
ambulavit in via regum israel. Insuper
et filium suum consecravit transferens
per ignem secundum ydola gencium que dis-
sipavit dominus coram filiis israel. Immo-
labat quoque victimas et adolebat ince-
sum in excelsis et in collibus et sub
omni ligno frondoso. Tunc ascendit Ra-
sin rex Syrie et phacee filius Ro-
melie rex israel in ierusalem ad preliandum.
Cumque obsiderent achaz non valuerunt
superare eum. In tempore illo restituit Rasin
rex Syrie Ahila syrie et eiecit
Iudeos de ahila. Et ydumei et
Syri venerunt in ahila et habitaverunt
ibi usque in diem hanc. Misit autem achaz
nuncios ad teglath phalassar re-
gem assiriorum dicens. Servus tuus et filius
tuus ego sum. Ascende et salvum me
fac de manu regis Syrie et de manu
regis israel qui consurrexerunt adversum
me. Et cum collegisset achas argentum
et aurum quod inveniri potuit in domo
domini et in thesauris regis. Misit regi
assiriorum munera qui et acquievit vo-
luntati eius. Ascendit enim rex assy-
riorum in damascum et vastavit eam et trans-
tulit habitatores eius cyrenen. Ra-
sin autem interfecit. Perrexitque rex
achaz in occursum teglath phalassar
regis assiriorum in damascum. Cumque
vidisset altare damasci misit rex
achaz ad uriam sacerdotem exem-
plar eius et similitudinem iuxta omne

opus eius. Extruxitque urias sacer-
dos altare iuxta omnia que preceperat ei
rex achaz de damasco. Ita fecit
urias sacerdos donec veniret rex ach-
az de damasco. Cumque venisset rex de
damasco vidit altare et veneratus est
illud. Ascenditque et ymolavit holo-
causta et sacrificium suum et libavit
libamina et fudit sanguinem pacifi-
corum que obtulerat super altare. Porro
altare ereum quod erat coram domino trans-
tulit de facie templi et de loco altaris
et de loco templi domini posuitque illud
ex latere altaris ad aquilonem. Pre-
cepit quoque rex achaz urie sacerdoti dicens.
Super altare maius offer holocaustum
matutinum et sacrificium vespertinum
et holocaustum regis et sacrificium eius
et holocaustum universi populi terre et
sacrificia eorum et libamina eorum et
omnem sanguinem holocausti et universum
sanguinem victime super illud effundes.
Altare vero ereum erit paratum ad volun-
tatem meam. Fecit igitur sacerdos urias
iuxta omnia que preceperat ei rex achaz.
Tulitque rex achas celatas bases
et luterem qui erat desuper et mare de-
posuit de bobus ereis qui susten-
tabant illud et posuit super fundamentum
seu pavimentum stratum lapide. Mu-
sach quoque sabbati quod edificaverat in
templo et ingressum regis exterius
convertit in templum domini propter regem
assiriorum. Reliqua autem verborum achas et
omnia que fecit. Nonne hec scripta sunt
in libro sermonum dierum Regum Iuda.
Dormivitque achas cum patribus
suis et sepultus est cum eis in civi-
tate david. Et regnavit Ezechi-
as filius eius pro eo

Anno xij achaz Capitulum xvij
regis iuda regnavit osee filius
hela in samaria super israel ix annis
fecitque malum coram domino sed non si-
cut reges israel qui ante fuerant. Con-
tra hunc ascendit salmanasar
rex assiriorum. Et factus est ei osee ser-
vus reddebatque illi tributa. Cumque
deprehendisset rex assiriorum osee quod
rebellare nitens misisset nuncios
ad sua regem egipti ne prestaret
tributa regi assiriorum sicut singulis
annis solitus erat, obsedit eum et vinctum
misit in carcerem. Pervagatusque est
omnem terram et ascendens samariam
obsedit eam annis tribus. Anno autem
nono osee cepit rex assiriorum sa-
mariam et transtulit israel in assirios
posuitque eos in alala et in habor
iuxta fluvium gozam in civitatibus me-
dorum. Factum est autem cum peccassent filii israel
coram domino deo suo qui eduxerat eos de
terra egipti de manu pharaonis regis
egipti coluerunt deos alienos et am-
bulaverunt iuxta ritum gentium quas consumpserat
dominus in conspectu filiorum israel et
regum iuda quia similiter fecerant et ir-
ritaverunt filii israel verbis non rectis dominum
deum suum et edificaverunt excelsa in cunc-
tis urbibus suis a turre custodum usque ad
civitatem munitam. Feceruntque sibi statu-
as et lucos in omni colle sublimi et sub-
ter omne lignum nemorosum et adole-
bant ibi incensum super aras in morem gentium
quas transtulerat dominus a facie eorum. Fe-
ceruntque verba pessima irritantes dominum
et coluerunt immundicias de quibus precepit
dominus eis ne facerent verbum hoc. Et testi-
ficatus est dominus in israel et in iuda per manum
omnium prophetarum et videntium dicens Revertimini a

viis vestris pessimis et custodite precepta
mea et cerimonias iuxta omnem legem
quam precepi patribus vestris et sicut misi
ad vos in manu servorum meorum prophetarum
qui non audierunt sed induraverunt cervi-
cem suam iuxta cervicem patrum suorum qui no-
luerunt obedire domino deo suo et abiece-
runt legittima eius et pactum eius quod pe-
pigit cum patribus eorum et testificationes
quibus testatus est eos. Secutique sunt vani-
tates et vane egerunt et secuti sunt
gentes que erant per circuitum eorum super quibus
preceperat dominus eis ut non facerent sicut
et illi faciebant. Et dereliquerunt omnia pre-
cepta domini dei sui feceruntque sibi duos
conflatiles scilicet duos vitulos et lucos
et adoraverunt universam miliciam celi servi-
eruntque baal et consecrabant eis filios
suos et filias suas per ignem et divi-
nationibus inserviebant et auguriis
et tradiderunt se ut facerent malum co-
ram domino et irritarent eum. Iratusque est
dominus vehementer israheli et abstulit
eos de conspectu suo et non remansit nisi
tribus iuda tantummodo. Sed nec ipse iuda
custodivit mandata domini dei sui. Verum
tamen erravit et ambulavit in erroribus israel
quos operatus fuerat. Proiecitque dominus omne
semen israel et afflixit eos et tradidit
eos in manu diripientium donec proiceret eos
a facie sua ex eo iam tempore quo scissus est
israel a domo david et constituerunt
sibi regem Jeroboam filium nabath. Se-
paravit enim Jeroboam israel a domino et pec-
care fecit eos peccatum magnum. Et am-
bulaverunt filii israel in universis peccatis
Jeroboam que fecerat et non recesserunt ab
eis usquequo auferret dominus israel a facie
sua sicut locutus fuerat in manu omnium
servorum suorum prophetarum. Translatusque est de terra

sua israel in assyrios usque in diem hanc.
Adduxit autem rex assiriorum de babi-
lone et de chutha et de havath et
de emath et de sepharvaim et col-
locavit eos in civitatibus samarie
pro filiis israel et habitaverunt in urbibus
eius. Cumque ibi habitare cepissent non
timebant dominum et inmisit eis dominus
leones qui interficiebant eos. Nuntiatum-
que est regi assiriorum et dictum Gen-
tes quas transtulisti et habitare fecisti
in civitatibus samarie ignorant le-
gittima dei terre et misit in eos dominus
leones et ecce interficiunt eos eo quod
ignorent ritum dei terre. Precepit autem
rex assiriorum dicens Ducite illuc unum de
sacerdotibus quos inde captivos
adduxistis et vadat et habitet cum eis
et doceat eos legittima dei terre. Igitur
cum venisset unus de sacerdotibus
hiis qui captivi ducti fuerant de sa-
maria habitavit in bethel et docebat
eos quomodo colerent dominum et unaqueque
gens fabricata est deum suum. Posue-
runt deos suos in phanis excelsis
que fecerant samarite gens et gens
in urbibus suis in quibus habitabant.

Idolatria

Viri enim babilonii fecerunt sochot be-
noth. Viri enim chutheni fecerunt ne-
rgel. Et viri de emath fecerunt asima.
Porro evei fecerunt nebaaz et thar-
thac. Hii autem qui erant de sepharvaim
comburebant filios suos igni adramme-
lech et anamelech diis sephar-
vaim. Et nichilominus colebant dominum.
Fecerunt autem sibi de novissimis sacer-
dotes excelsorum et ponebant eos in
phanis sublimibus et cum dominum co-
lerent diis quoque suis serviebant iuxta con-
suetudinem gentium de quibus translati
fuerant samariam usque in presentem diem
morem sequuntur antiquum. Non timent
dominum neque custodiunt cerimonias eius
et iudicia et legem et mandatum quod
preceperat dominus filiis iacob quem cogno-
minavit israel et percusserat cum eis pac-
tum et mandaverat eis dicens Nolite ti-
mere deos alienos et non adoretis eos
neque colatis eos et non immoletis eis.
Sed dominum deum vestrum qui eduxit vos
de terra egipti in fortitudine magna
et in brachio extento ipsum timete
et illum adorate et ipsi immolate. Ce-
rimonias quoque et iudicia et legem et man-
datum quod scripsit vobis custodite
et faciatis cunctis diebus et non ti-
meatis deos alienos. Et pactum quod
percussit vobiscum nolite oblivisci nec
colatis deos alienos sed dominum deum
vestrum timete et ipse eruet vos de
manu omnium inimicorum vestrorum. Illi vero
non audierunt sed iuxta consuetudinem
suam pristinam perpetrabant. Fuerunt igitur
gentes iste quidem timentes dominum
Sed nichilominus et ydolis suis servien-
tes. Nam et filii eorum et nepotes sicut
fecerunt parentes sui ita faciunt usque in presentem diem.

Capitulum xviij

Anno tercio Osee
filii hela regis israel regnavit
Ezechias filius achaz regis iuda.
xxv annorum erat cum regnare cepisset
et xxix annis regnavit in ierusalem.
Nomen matris eius Abisa filia zacha-
rie. Fecit autem quod erat bonum coram
domino iuxta omnia que fecerat david pa-
ter eius. Ipse dissipavit excelsa et con-
trivit statuas et succidit lucos.
Confregitque serpentem eneum quem fecerat (usque)
erat moyses. Siquidem ad illud tem-
pus filii israel adolebant ei incensum. Vo-
cavitque nomen eius Noestan. In
domino deo israel speravit. Itaque post
eum non fuit similis ei de cunctis regibus

Nota hic achas confregit serpentem
eneum moysi in palo erectum etc.

Iuda sed neque in hiis qui ante eum
fuerunt et adhesit domino et non recessit
a vestigiis eius fecitque mandata
eius que preceperat dominus moysi Unde
et erat dominus cum eo et in cunctis ad que
procedebat sapienter se agebat Rebel-
lavit quoque contra regem assiriorum et
non servivit ei Ipse percussit philiste-
os usque ad gazam et omnes terminos
eorum a turre custodum usque ad civitatem
munitam Anno quarto regis ezechie
qui erat annus septimus osee filii hela
regis israel ascendit salmanasar
rex assiriorum samariam et oppugnavit
et cepit Nam post annos tres anno
sexto ezechie id est anno nono osee re-
gis israel capta est samaria et transtu-
lit rex assiriorum israel in assirios col-
locavitque eos in hayla et in habor
fluvius gozam in civitatibus medorum
quia non audierunt vocem domini dei sui sed
pretergressi sunt pactum eius et omnia que
preceperat moyses servus domini non au-
dierunt neque fecerunt Anno quartodecimo
regis ezechie ascendit sennache-
rib rex assiriorum ad universas civi-
tates iuda munitas et cepit eas
Tunc misit ezechias rex iuda nun-
cios ad regem assiriorum in lachis
dicens Peccavi recede a me et omne
quod imposueris michi feram Indixit ita-
que rex assiriorum ezechie regi iuda
trecenta talenta argenti et triginta ta-
lenta auri Deditque ezechias omne
argentum quod repertum fuerat in domo domini
et in thesauris regis In tempore illo
confregit ezechias valvas templi
domini et laminas auri quas ipse affixe-
rat et dedit eas regi assiriorum
Misit autem rex assiriorum tharthan
et rapsacen de lachis ad ezechiam

regem cum manu valida in ierusalem Qui
cum ascendissent venerunt in ierusalem et steterunt
iuxta aqueductum piscine superioris
que est in via agri fullonis Vocave-
runtque regem Egressus est autem ad eos he-
liachim filius helchie prepositus domus
et sobna scriba et iohae filius
asaph a commentariis Dixitque ad
eos rapsaces Loquimini ezechie Hec
dicit rex magnus rex assiriorum Que
est ista fiducia qua niteris Forsi-
tan inisti consilium ut preparares
te ad prelium In quo confidis ut au-
deas rebellare An speras in baculo
arundineo atque confracto egipti
super quem si incubuerit homo comminu-
tus ingredietur manum eius et perfora-
bit eam Sic est pharao rex egipti
omnibus qui confidunt in eum Quod
si dixeritis michi In domino deo nostro habe-
mus fiduciam Nonne iste est cuius ab-
stulit ezechias excelsa et altaria
et precepit iude et ierusalem Ante altare
hoc adorabitis in ierusalem Nunc igitur
transite ad dominum meum regem assiri-
orum et dabo vobis duo milia equo-
rum et videte an habere valeatis ascenso-
res eorum Et quomodo potestis ante
unum satrapam resistere de servis domini
mei minimis An fiduciam habes in
egipto propter currus et equites Numquid
sine voluntate domini ascendi ad locum
istum ut demolirer eum Dominus michi
dixit Ascende ad terram hanc et de-
molire eam Dixerunt autem heliachim
filius helchie et sobna et iohae
rapsaci Precamur ut loquaris nobis
servis tuis syriace Siquidem intelli-
gimus hanc linguam et non loquaris nobis
iudaice Audiente populo qui est super
murum Responditque eis rapsaces dicens

Nunquid ad dominum tuum et ad te misit
me dominus meus ut loquerer sermones
hos et non potius ad viros qui sedent
super murum ut comedant stercora
sua et bibant urinam suam vobiscum
Stetit itaque rapsaces et exclamavit
voce magna iudaice et ait Audi
te verba magni regis assiriorum Hec
dicit rex Non vos seducat Ezechi
as Non enim poterit vos eruere de manu
mea neque fiduciam vobis tribuat su
per dominum dicens Eruens liberabit nos
dominus et non tradetur civitas hec in
manu regis assiriorum Nolite audire
ezechiam Hec enim dicit rex assiriorum
Facite mecum quod vobis est utile Egre
dimini ad me Et comedat unusquisque
vinum de vinea sua et de ficu sua et
bibetis aquas de cisternis vestris donec
veniam et transferam vos in terram que similis
est terre vestre in terram fructiferam
et fertilem vini terram panis et vinearum
terram olivarum et olei ac mellis et
vivetis et non moriemini Nolite au
dire Ezechiam qui vos decipit dicens
Dominus liberabit nos Nunquid liberave
runt dii gentium terram suam de manu
regis assiriorum Ubi est deus Emath
et arphat Ubi est deus Sepharvaim
ana et ava Nunquid liberaverunt
Samariam de manu mea Qui nam
illi sunt in universis diis terrarum qui e
ruerunt regionem suam de manu mea
ut possit eruere dominus iherusalem de manu
mea Tacuit itaque populus et non respondit
ei quicquam Siquidem preceptum regis
acceperant ut non responderent ei Venit
itaque eliachim filius helchie prepositus
domus et Sobna scriba et Ioahe filius
asaph a commentariis scissis vestibus
ad ezechiam et nunciaverunt ei verba rapsacis

Capitulum XIX

Que cum audisset rex
Ezechias scidit vestimenta
sua et opertus est sacco Ingressusque est
domum domini Et misit Eliachim prepo
situm domus et Sobnam scribam et senes
de sacerdotibus opertos saccis ad Isa
yam prophetam filium Amos Qui dixe
runt Hec dicit Ezechias Dies tribu
lacionis et increpacionis et blasphemie
dies iste Venerunt filii usque ad par
tum et vires non habet parturiens Si for
te audiat dominus deus tuus omnia
verba rapsacis quem misit rex assi
riorum dominus suus ut exprobraret deum
viventem et argueret verbis que audivit
dominus deus tuus Et fac oracionem pro reli
quiis que reperte sunt Venerunt ergo
servi Regis Ezechie ad Ysaiam dixit
que eis [struck through] Ysaias Hec dicetis domino
vestro Hec dicit dominus Noli timere a
facie sermonum quos audisti quibus
blasphemaverunt pueri regis as
siriorum me Ecce ego mittam ei
spiritum et audiet nuncium et revertetur
in terram suam et deiciam eum gladio
in terra sua Reversus est igitur Rapsa
ces et invenit Regem assiriorum ex
pugnantem lobnam Audierat enim
quod recessisset de lachis Cumque audisset
de tharatha rege Ethiopie a di
centibus Ecce egressus est rex ut pug
net adversum te et iret contra eum
misit nuncios ad Ezechiam dicens Hec
dicite Ezechie Regi Iuda Non te se
ducat deus tuus in quo habes fiduci
am neque dicas Non tradetur iherusalem in
manu regis assiriorum Tu enim ipse au
disti que fecerunt assiriorum Reges
universis terris quomodo vastaverint
eas Num ergo poteris solus liberari
Nunquid liberaverunt dii gentium sin
gulos quos vastaverunt patres mei
Gozan videlicet et aram et reseph

et filios eden qui erant in thelassar. Ubi e rex emath et rex arphad et rex civitatis sepharvaym ana et ava. Itaque cum accepisset rex ezechias libros de manu nunciorum et legisset eos ascendit in domum domini et expandit eos coram domino. Et oravit ezechias ad dominum dicens. Domine deus israel qui sedes super cherubin tu es deus solus regnorum omnium terre tu fecisti celum et terram. Inclina aurem tuam et audi. Aperi domine oculos tuos et vide et audi omnia verba sennacherib que misit ut exprobraret nobis deum viventem. Vere domine dissipaverunt reges assiriorum terras et terras omnium et miserunt deos eorum in ignem. Non enim erant dii sed opera manuum hominum ex ligno et lapide et comminuerunt eos. Nunc ergo domine deus noster salvos nos fac de manu eorum et sciant omnia regna terre quia tu es dominus deus solus. Misit itaque ysaias filius amos ad ezechiam dicens. Hec dicit dominus deus israel. Pro quibus deprecatus es me super sennacherib rege assiriorum audivi. Iste e sermo quem locutus e dominus de eo. Despexit te et subsannavit te virgo filia syon post tergum tuum caput movebit filia ierusalem. Cui exprobrasti et quem blasphemasti et contra quem exaltasti vocem tuam et elevasti in excelsum oculos tuos ad sanctum israel. Per manum servorum tuorum exprobrasti domino et dixisti. In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium iuga libani et succidi sublimes cedros eius et electas abietes eius. Et ingrediar summitatem saltus carmeli eius. Ego succidi et bibi aquas alienas et siccavi vestigiis pedum meorum omnes aquas clausas. Numquid non audisti que ab initio fecerim ei. Ex diebus antiquis plasmavi illud et nunc adduxi. Et facta est in eradicationem collium pugnantium civitatum munitarum. Et qui sederunt in eis breviati manu contremuerunt et confusi sunt. Facti sunt sicut fenum agri et virens herba tectorum que arefacta est antequam veniret ad maturitatem. Habitaculum tuum et egressum et introitum tuum et viam tuam ego cognovi et furorem tuum contra me. Cum insanisti in me et superbia tua ascendit in aures meas. Ponam itaque circulum in naribus tuis et chamum in labiis tuis et reducam te in viam per quam venisti. Tibi autem ezechia hoc erit signum. Comede hoc anno que sponte nascuntur et in anno secundo pomis vesceris. In anno autem tertio seminate et metite plantate vineas et comedite fructum earum. Et mittet id quod salvatum fuerit de domo iuda et quod reliquum est radicem deorsum et faciet fructum sursum. Quia de ierusalem quippe egredientur reliquie et quod salvetur de monte syon. Zelus domini exercituum faciet hoc. Quamobrem hec dicit dominus. De rege assiriorum non ingredietur urbem hanc nec mittet ibi sagittam nec occupabit eam clipeus nec circumdabit eam munitione. Per viam qua venit revertetur et civitatem hanc non ingredietur dicit dominus. Et protegam urbem hanc et salvabo eam propter me et propter david servum meum. Factum est in nocte illa. Venit angelus domini et percussit in castris assiriorum clxxxv milia. Cumque diluculo surrexissent viderunt omnia corpora mortuorum et recedens abiit. Et reversus est sennacherib rex assiriorum et mansit

in ninive Cumq adoraret i templo
Nesrach deu suu Adramelech
Sarasar filii sui pcusserut eu gladio
fugeruntq in tra armenior Et reg
navit Asseradon fili eius p eo C XX

In diebus illis egrotavit Ezechias
usq ad morte Et venit ad eu Isayas
filius amos pphta Dixitq ei hec
dicit dns deus Precipe domui tue
morieris em tu et no vives Qui
convertit facie sua ad priete Adora
dnm d Obsecro dne Memento qmo
ambulaveri cora te i veritate et in
corde pfecto et quod placitu e cora
te fecerim Flevit itaq Ezechias fle
tu magno Et anteq egrederet Isayas
media pte atrii factus e sermo dni
ad eu dicens Revertere et dic Ezechie
duci ppli mei hec dicit dns deus
david pris tui Audivi orom tua
et vidi lacrima tua et ecce sana
vi te Die tercio ascendes ad templu
dni Et adda diebus tuis xv annos
Sed et de manu Regis assirior libe
rabo te et civitate hac et ptegam
urbe ista ppt me et ppt
david servu meu Dixitq Isayas Af
ferte massa ficor Qua cu attulis
sent et posuissent sup ulcus eius curatus
e Dixerat aut Ezechias ad Isaya Quod
erit signu q dns sanabit me et q
ascensurus su die tercio i templu dni
Cui ait Isayas Hoc erit signu a dno
q facturus sit sermone dns que locu
tus e Vis ut ascendat umbra x
lineis an ut revtatur totidem gradibus
Et ait Ezechias Facile e umbra
crescere x lineis Nec hoc volo ut fiat
sed ut revtatur retrorsu x gradibus
Invocavit itaq Isayas pphta dnm

et reduxit umbra p lineas quibus
ia descenderat in horologio achas
retrorsu x gradibus In illo tpe misit
Merodach baladan filius baladan
Rex babiloniorum litteras et munera ad
Ezechia Audierat em q egrotasset
ezechias Letatus e aut i adventu
eor ezechias Et ostendit eis domum
aromatu et auru et argetu et
pigmenta varia Unguenta qq et domu
vasor suor et oia que habere poterat
in thesauris suis Non fuit verbu qd
no ostenderit eis ezechias i domo
sua et in omni ptate sua Venit aut
Isayas pphta ad rege ezechia
Dixitq ei Quid dixerut viri isti
aut unde venerut ad te Et ait eze
chias De tra longinqua venerut ad
me de babilone At ille rndit Quid
viderut in domo tua Ait ezechias
Oia quecumq sut in domo mea vide
rut Nichil e qd no monstraveri
eis in thesauris meis Dixit itaq
Isayas ezechie Audi sermone dni
Ecce dies venient et auferentur oia
que sut in domo tua et que con
diderut pres tui usq in die hac
in babilone Non remanebit quicq
ait dns Sed et de filiis tuis qui
egredientur ex te quos generabis
tollentur et erut eunuchi i pallacio
regis babilonis Dixitq ezechias
ad Isaya Bonus e sermo dni que
locutus e Sit tm pax et veritas
in diebus meis Reliqua aut sermonu
Ezechie et omnis fortitudo eius
et quomo fecerit piscinam et
aqueductum et introduxerit
aquas i civitatem Nonne hec scripta
sut i libro sermonu dierum Regu Iuda

Cap xxj

Dormivitque Ezechias cum
patribus suis Et regnavit
Manasses filius eius pro eo xij an-
norum erat manasses cum regnare ce-
pisset et lv annis regnavit in ierusalem
Nomen matris eius Absida Fecitque
malum in conspectu domini iuxta ydola gen-
cium quas delevit dominus a facie filiorum
israel Conversusque est et edificavit excelsa
que dissipaverat ezechias pater eius
et erexit aras baal et fecit lucos
sicut fecerat achab rex israel Et ado-
ravit omnem miliciam celi et coluit ea
Extruxitque aras in domo domini de
qua dixit dominus In ierusalem ponam nomen
meum Et extruxit altaria universe
milicie celi in duobus atrijs templi
domini Et transduxit filium suum per ignem
et ariolatus est et observavit augu-
ria et fecit phitones et aruspices
multiplicavit ut faceret malum coram
domino et irritaret eum Posuitque ydo-
lum luci quod fecerat in templo domini su-
per quo locutus est dominus ad david et ad
Salomonem filium eius In templo
hoc et in ierusalem quam elegi de cunctis
tribubus israel ponam nomen meum
in sempiternum et ultra non faciam
commoveri pedem israel de terra quam
dedi patribus eorum Sic tamen si custodi-
erint opere omnia que precepi eis et uni-
versam legem quam mandavit eis servus
meus moyses Illi vero non audierunt
sed seducti sunt a manasse ut fa-
cerent malum super gentes quas contri-
vit dominus a facie filiorum israel Locutusque
est dominus in manu servorum suorum prophetarum
dicens Quia fecit manasses Rex iuda
abhominaciones istas pessimas super omnia
que fecerunt amorrei ante eum et peccare

fecit eciam iudam in immundicijs suis propterea
hec dicit dominus deus israel Ego inducam
mala super ierusalem et iudam Ut quicumque au-
dierit tinniant ambe aures eius Et
extendam super ierusalem funiculum samarie
et pondus domus achab Et delebo ierusalem
sicut deleri solent tabule Et delens vertam
et ducam crebrius stilum super faciem eius
Dimittam vero reliquias hereditatis mee
et tradam eas in manus inimicorum eius
Eruntque in vastitatem et in rapinam cunctis
adversariis suis eo quod fecerint malum
coram me et perseveraverint irritantes
me Ex die qua egressi sunt patres eorum
ex egipto usque ad diem hanc Insuper et
sanguinem innoxium fudit manasses
multum nimis donec impleret ierusalem usque ad
os absque peccatis suis quibus peccare
fecit iudam ut faceret malum coram domino
Reliqua autem sermonum manasses et univer-
sa que fecit et peccatum eius quod peccavit
Nonne hec scripta sunt in libro sermonum
dierum Regum iuda Dormivitque ma-
nasses cum patribus suis et sepultus est in
orto domus sue In orto oza Et reg-
navit Amon filius eius pro eo xxij
annorum erat amon cum regnare cepisset ij-
que annis regnavit in ierusalem Nomen matris eius mesula-
meth filia arus de ieteba Fecitque ma-
lum in conspectu domini sicut fecerat manasses pater eius Et ambulavit
in immundicijs sicut pater eius et adoravit eas et dereliquit
dominum deum patrum suorum et non ambulavit in via domini
Insidiatique sunt ei servi sui et in domo sua percus-
sit autem populus terre omnes qui coniuraverant contra regem
amon et constituerunt sibi regem Josiam filium eius pro eo
Reliqua autem amon que fecit Nonne scripta sunt
in libro sermonum dierum Regum iuda Sepelie-
runtque eum in sepulcro suo in orto oza Et
regnavit Josias filius eius pro eo

Cap xxij

Octo annorum erat Josias cum regnare
cepisset et xxxj annis regnavit

Manasses

Amon

in ierusalem. Nomen matris eius Ydida filia Fadaia de Besechat. Fecit quod placitum erat coram domino et ambulavit per omnia in viis David patris sui et non declinavit ad dexteram neque ad sinistram. Anno autem octavodecimo regis Iosie misit rex Saphan filium Aslia filii Mesulam scribam templi domini dicens ei: Vade ad Elchiam sacerdotem magnum ut confletur pecunia que illata est in templum domini quam collegerunt ianitores templi a populo, deturque fabris per prepositos domus domini qui et distribuant eam hiis qui operantur in domo domini ad instauranda sartatecta templi domini, tignariis videlicet et cementariis et hiis qui interrupta componunt, et ut emantur ligna et lapides de lapicidinis ad instaurandum templum domini. Verumtamen non supputetur eis argentum quod accipiunt, sed in potestate habeant et in fide. Dixit autem Elchias pontifex ad Saphan scribam: Librum legis repperi in domo domini. Deditque Elchias volumen Saphan scribe, qui et legit illud. Venit quoque Saphan scriba ad regem Iosiam et nunciavit ei quod preceperat et ait: Conflaverunt servi tui pecuniam que reperta est in domo domini et dederunt ut distribueretur fabris a prefectis operum templi domini. Narravit quoque Saphan scriba regi dicens: Librum dedit michi Elchias sacerdos domini. Cumque legisset Saphan coram rege et audisset rex verba libri legis domini, scidit vestimenta sua et precepit Elchie sacerdoti et Ahicam filio Saphan et Achobor filio Micha et Saphan scribe et Asie servo regis dicens: Ite et consulite dominum super me et super populo et super omni Iuda de verbis voluminis istius quod inventum est. Magna enim ira domini succensa est contra nos quia non audierunt patres nostri verba libri huius ut facerent omne quod scriptum est nobis. Ierunt ergo Elchias sacerdos et Ahicam et Achobor et Saphan et Asia ad Oldam prophetissam uxorem Sellum filii Techue filii Araas custodis vestium, que habitabat in ierusalem in secunda. Locutique sunt ad eam, et illa respondit eis: Dicite viro qui misit vos ad me: Hec dicit dominus deus israel: Ecce ego adducam mala super locum hunc et super habitatores eius, omnia verba legis que legit rex Iuda, quia dereliquerunt me et sacrificaverunt diis alienis irritantes me in cunctis operibus manuum suarum, et succendetur indignatio mea in loco hoc et non extinguetur. Regi autem Iuda qui misit vos ut consuleretis dominum sic dicetis: Hec dicit dominus deus israel: Pro eo quod audisti verba voluminis et perterritum est cor tuum et humiliatus es coram domino auditis sermonibus contra locum istum et habitatores eius, quod videlicet fierent in stuporem et in maledictum, et scidisti vestimenta tua et flevisti coram me, et ego audivi, ait dominus. Idcirco colligam te ad patres tuos et ad sepulcrum tuum in pace, ut non videant oculi tui omnia mala que inducturus sum super locum istum.

Et illi renunciaverunt Cap. xxiii regi que prophetissa illa dixerat. Et rex Iosias misit et congregavit ad se omnes senes Iuda et ierusalem. Ascenditque rex templum domini et omnes viri Iuda universique qui habitabant in ierusalem cum eo, sacerdotes et prophete et omnis populus a parvo usque ad magnum; legitque cunctis audientibus omnia verba libri federis domini

Stetit

q̄ inuentus ē in domo dñi. Stetitq₃ rex
sup gradum et pcussit fedus coram
dño ut ambularet post dñm ⁊ custodi-
ret pcepta eius ⁊ testimonia ⁊ cerimonias
ī oī corde et ī tota aīa et suscitaret
uba federis huius que scripta erant ī libro
illo. Acquieuitq₃ pp̄ls pacto. Et pcepit
Rex helchie pontifici ⁊ sacerdotibꝫ
scdi ordinis et ianitoribus ut proice-
rent de templo dñi oīa vasa q̄ facta
fuerant baal et ī luco et vniuerse
milicie celi et combussit ea foris
ierlm ī conualle cedron ⁊ tulit pul-
uerem eorum in bethel et deleuit aurus-
pices quos posuerant Reges Juda
ad sacrificandum in excelsis p ciuitates
Juda et ī circuitu ierlm ⁊ eos qui
adolebant incensum baal et soli et
lune et xij signis et oī milicie celi
et efferri fecit lucum de domo dñi
foras ierlm ī conualle cedron ⁊ com-
bussit eum ibi et redegit ī puluerem
et proiecit sup sepulchra vulgi. De-
struxit quoq₃ ediculas effeminatorum que
erant in domo dñi p quibꝫ muli-
eres texebant quasi domunculas luci.
Congregauitq₃ omēs sacerdotes de ci-
uitatibus Juda et contaminauit excelsa
vbi sacrificabant sacerdotes de Gabaa
usq₃ bersabee ⁊ destruxit aras por-
tarum ī introitu ostij domus principis ci-
uitatis quod erat ad sinistram porte ci-
uitatis. Verumtamen non ascendebant sa-
cerdotes excelsorum ad altare dñi ī
ierlm sed tantum comedebant azima ī
medio fratrum suorum. Contaminauit quoq₃ tho-
pheth quod est ī conualle filij ennon ut
nemo consecraret filium suum aut filiam suam
per ignem moloch. Abstulit quoq₃ equos
quos dederant Reges Jude soli ī introitu
in

templi dñi iuxta exedram nathanmelech
eunuchi q̄ erat ī pharurim. Currus autem
solis combussit igni. Altaria quoq₃ que
erant sup tecta cenaculi achaz que
fecerant reges Juda. Et altaria que
fecerat manasses in duobꝫ atrijs
templi dñi destruxit rex ⁊ cucurrit
inde et dispersit cinerem eorum ī torrente
cedron. Excelsa quoq₃ que erant ī ierlm
ad dexteram partem montis offensionis
que edificauerat salomon rex isrl ⁊ as-
taroth ydolum sydoniorum ⁊ chamos
offensionis moab et Melchom abhomi-
nacionis filiorum amon contaminauit rex
et contriuit statuas ⁊ succidit lu-
cos. Repleuitq₃ loca eorum ossibꝫ mor-
tuorum. Insup et altare quod erat ī bethel
et excelsum quod fecerat Jeroboam filius
nabath q̄ peccare fecit isrl ⁊ altare
illud excelsum destruxit atq₃ combussit
et comminuit ī puluerem. Succenditq₃
lucum et conuersus Josias vidit ī sepulchris
que erant in monte. Misitq₃ ⁊ tulit
ossa de sepulchris ⁊ combussit ea sup
altare et polluit id iuxta vbum dñi quod
locutus est vir dei q̄ predixerat vba hec
et ait. Quis est titulus iste quem vi-
deo. Responderuntq₃ ei ciues vrbis illius
Sepulchrum est hominis dei q̄ venit de Ju-
da et predixit vba hec que fecisti sup
altare bethel et ait. Dimittite eum
et nemo commoueat ossa eius et intacta
manserunt ossa illius cum ossibus prophete q̄
venerat de Samaria. Insup ⁊ omnia
fana excelsorum que erant ī ciuitatibꝫ
samarie que fecerant Reges isrl
ad irritandum dñm abstulit Josias
et fecit eis scdm oīa opa q̄ fecerat
in bethel ⁊ occidit vniuersos sacerdotes

excelsorum que erant ibi super altaria
et combussit ossa humana super ea. Re-
versusque ierusalem et precepit omni populo dicens
Facite phase domino deo vestro secundum quod
scriptum est in libro federis domini huius. Nec
enim factum est phase tale a diebus Iudi-
cum qui iudicaverunt israel et omnium dierum
Regum israel et Regum Iuda sicut in
xviii° anno regis Iosie factum est pha-
se istud domino in ierusalem. Sed et phito-
nes et ariolos et figuras ydolorum
et inmundicias abhominaciones que
fuerant in terra Iuda et ierusalem abstu-
lit Iosias ut statueret verba legis que
scripta sunt in libro quem invenit helchi-
as sacerdos in templo domini. Similis
illi non fuit ante illum rex qui reverteretur
ad dominum in omni corde suo et in tota anima
sua et in universa virtute sua iuxta
omnem legem moysi. Neque post eum sur-
rexit similis illi. Verumtamen non est aversus
dominus ab ira furoris sui magni quo
iratus est furor eius contra Iudam
propter irritaciones quibus provocaverat
eum manasses. Dixit itaque dominus
Etiam Iudam auferam a facie mea
sicut abstuli israel et proiciam civitatem
hanc ierusalem quam elegi et domum de
qua dixi Erit nomen meum ibi. Reliqua autem
verborum Iosie et universa que fecit Nonne
hec scripta sunt in libro sermonum dierum
Regum Iuda. ~~In diebus eius ascendit
pharao Nechao~~

Iosias

Capitulum xxiiij

In diebus illis ascendit pharao
Nechao Rex egipti contra regem
assiriorum ad flumen eufraten et abiit
Iosias Rex Iuda in occursum eius et oc-
cisus est in mageddo cum vidisset eum
et portaverunt eum servi sui mortuum de
mageddo et pertulerunt eum in ierusalem et sepe-
lierunt eum in sepulchro suo. Tulitque
populus terre Ioachas filium iosie et unxe-
runt eum et constituerunt eum regem pro
patre suo. xxiii annorum erat Ioachas
cum regnare cepisset et tribus mensibus
regnavit in ierusalem. Nomen matris eius Ami-
tal filia Ieremie de lobna et fecit
malum coram domino iuxta omnia que fecerant
patres eius. Vinxitque eum pharao ne-
chao in reblata que est in terra emath
ne regnaret in ierusalem et imposuit
mulctam terre C talentis argenti et
talento auri. Regemque constituit pha-
rao nechao Eliachim filium Iosie
pro Iosia patre eius. Vertitque nomen
eius Ioachim. Porro Ioachas tu-
lit et duxit eum in egiptum. Argentum autem
et argentum dedit Ioachim phara-
oni cum indixisset terre per singulos
ut conferretur iuxta preceptum phara-
onis. Et unumquemque secundum vires
suas exegit tam argentum quam aurum
de populo terre ut daret pharaoni nechao
xxv quoque annorum erat Ioachim cum regnare
cepisset et xi annis regnavit in ierusalem
Nomen matris eius Zebiba filia pha-
daia de ruma et fecit malum coram
domino iuxta omnia que fecerant patres eius
In diebus eius ascendit Nabucha-
donosor Rex babilonis et factus est ei
Ioachim servus tribus annis et rur-
sum rebellavit contra eum. Inmisitque ei dominus
latrunculos syrie et latrunculos mo-
ab et latrunculos chaldeorum et latrun-
culos filiorum amon et misit eos in
Iuda ut disperderent eum iuxta verbum domini
quod locutus fuerat per servos suos prophetas
Factum est autem hoc per verbum
domini contra Iuda ut auferret eam

a se propter peccata manasse universa que
fecit et propter sanguinem innocentum quem
effudit et implevit ierusalem cruore innocen-
tium et ob hanc rem noluit dominus propiciari.
Reliqua autem sermonum Joachim et universa
que fecit nonne hec scripta sunt in libro
sermonum dierum regum Juda. Dormivit-
que ioachim cum patribus suis. Regnavitque
Joachim filius eius pro eo. Et ultra
non addidit rex egipti ut egrederetur
de terra sua. Tulerat enim rex babi-
lonis a rivo egipti usque ad fluvium
eufraten omnia que fuerant regis
egipti. xviij annorum erat Joachim
cum regnare cepisset et tribus mensibus
regnavit in ierusalem. Nomen matris eius No-
estha filia Elnathan de ierusalem. Et
fecit malum coram domino iuxta omnia que
fecerat pater eius. In tempore illo ascen-
derunt servi nabuchodonosor regis
babiloniorum in ierusalem et circumdata
est urbs munitionibus. Venitque na-
buchodonosor rex babilonis ad civi-
tatem cum servis suis ut oppugna-
rent eam. Egressusque Joachim rex
Juda ad Regem babilonis ipse et mater
eius et servi eius et principes eius et eunu-
chi eius et suscepit eum rex babilo-
nis anno octavo regni sui et protulit
inde omnes thesauros domus regie
et concidit universa vasa aurea que
fecerat salomon rex israel in templo domini
iuxta verbum domini et transtulit omnem ierusalem
et universos principes et omnes for-
tes exercitus x milia in captivitate
et omnem artificem et inclusorem. Ni-
chilque relictum est exceptis pauperibus
populi terre. Transtulit quoque Joachim
in babilonem et matrem regis et uxores

regis et eunuchos eius et iudices terre
duxit in captivitatem de ierusalem in babi-
lone et omnes viros robustos septem
milia et artifices et inclusores
mille omnes viros fortes et bellato-
res. Duxitque eos rex babilonis cap-
tivos in babilone. Et constituit Ma-
thania patruum eius pro eo. Imposuit-
que nomen eius Sedechiam. xx unius
annorum erat Sedechias cum regnare
cepisset et xi annis regnavit in ierusalem.
Nomen matris eius amithal filia Jeremie
de lobna et fecit malum coram domino
iuxta omnia que fecerat Joachim. Irasceba-
tur enim dominus contra ierusalem et Juda donec
proiceret eos a facie sua. Recessitque Se-
dechias a rege babilonis. Capitulum xxv

Factum est autem anno nono regni eius
mense decimo decima die mensis
venit Nabuchodonosor Rex babilonis
ipse et omnis exercitus eius in ierusalem et
circumdederunt eam et extruxerunt
in circuitu eius municiones et clau-
sa est civitas atque vallata usque ad
undecimum annum regis Sedechie. No-
na die mensis prevaluitque fames
in civitate nec erat panis populo terre.
Et interrupta est civitas et omnes viri
bellatores nocte fugerunt per viam
porte que est inter duplicem murum ad
ortum regis. Porro chaldei obsi-
debant in circuitu civitatem. Fugit itaque
Sedechias per viam que ducit ad cam-
pestria solitudinis et persecutus est
exercitus chaldeorum Regem. Comprehen-
ditque eum in planicie Jericho et omnes
bellatores eius qui erant cum eo dissi-
pati sunt et reliquerunt eum. Apprehensum
ergo regem adduxerunt ad Regem

babilonis in reblatha Qui locu-
tus est cum eo iudicium filios autem Sede-
chie occidit coram eo et oculos eius
effodit vinxitque eum catheneis et ad-
duxit in babilonem Mense quinto vii
die mensis ipse est annus xix regis
babilonis venit Nabuzardan princeps
exercitus servus regis babilonis in
ierusalem et succendit domum domini et do-
mum regis et domos ierusalem omnemque
domum combussit igni et muros ierusalem
in circuitu destruxit omnis exercitus
caldeorum qui erat cum principe militum Re-
liquam autem partem populi que remanserat
in civitate et perfugas qui transfuge-
rant ad regem babilonis et reliquum et
vulgus transtulit nabuzardan de pau-
peribus terre reliquit vinitores et agri-
colas Columpnas autem eneas que erant
in templo domini et bases et mare eneum con-
fregerunt caldei et transtulerunt omne es in
babilonem Ollas quoque eneas et trullas
et tridentes et cyphos et mortariola et
omnia vasa enea tulerunt Necnon et thuri-
bula et phialas aurea et argentea tulit
princeps milicie et columpnas duas
mare eneum et bases quas fecerat salomon in
templo domini Non erat pondus eris omnium va-
sorum xviii cubitorum altitudinis habebat
columpna una et capitellum eneum eneum
super se altitudinis trium cubitorum et reti-
aculum et malogranata omnia enea Si-
milem et columpna secunda habebat ornatum
Tulit quoque princeps milicie saraya sa-
cerdotem primum et sophoniam sacerdotem
secundum et tres ianitores de civitate Eunu-
chum unum qui erat prefectus super viros bella-
tores et quinque viros de his qui steterant coram
rege invenit in civitate et scribam
principem exercitus qui probabat tyrones de populo terre
et lx viros de vulgo qui inventi fuerant
in civitate quos tollens duxit ad regem

babilonis in reblata percussitque eos rex
et interfecit omnes in reblata in terra emath
et translatus est iuda de terra sua populus autem
qui relictus fuerat quem dimiserat nabucha-
donosor in terra iuda prefecit godoliam filium
ahicam filii saphan Quod cum audissent
omnes duces militum ipsi et viri qui erant
cum eis videlicet quod constituisset rex babilonis go-
doliam venerunt ad godoliam in masphat
Ismahel filius mathanie et Iohanan filius
caree et Sarraia et Iechonias filius
mathati ipsi et socii eorum Iuravitque
eis godolias et sociis eorum dicens Nolite
timere servire caldeis manete in terra
et servite regi babilonis et bene erit vobis
Factum est autem in mense viiº venit Ismahel
filius mathanie filii elisama de semine
regio et x viri cum eo et percusserunt godo-
liam qui et mortuus est Sed et iudeos et chalde-
os qui erant cum eo in masphat Consur-
gensque omnis populus a parvo usque
ad magnum et principes militum venerunt
in egyptum timentes chaldeos Factum est
autem in anno xxxviiº transmigrationis Ioa-
chin regis iude mense xiiº xxvii die
mensis sublevavit evilmerodach rex
babilonis anno quo regnare ceperat caput
Ioachim regis iuda de carcere et locu-
tus est ei benigne et posuit thronum
eius super thronum regum qui erant cum
eo in babilone et mutavit vestes eius quas
habuerat in carcere et comedebat
panem semper in conspectu eius cunctis
diebus vite sue Annonam quoque con-
stituit ei absque intermissione que
et dabatur ei a rege babilonis
per singulos dies omnibus diebus
vite sue. Explicit liber regum

Incipit prologus Ieronimi in paralipomenon

Si lxx interpretum pura
et ut ab eis in grecum versa
est edicio permaneret superflue me
mi chromati episcoporum sanctissime atque doc
tissime impelleres ut tibi
hebrea volumina latino sermone transferrem.
Quod enim semel aures hominum occu
pauerat et nascentis ecclesie roborauerat
fidem iustum erat eciam nostro silencio
comprobari. Nunc vero cum pro varietate re
gionum diuersa ferantur exemplaria
et germana illa antiquaque translacio
corrupta sit atque violata nostri arbi
trii putas aut e pluribus iudicare
quid verum sit aut nouum opus in veteri
opere condere illudentibusque iudeis
cornicum ut dicitur oculos configere.
Alexandria et Egiptus in lxx
suis Esicium laudat auctorem. Consta
tinopolis usque anthiochiam luciani mar
tiris exemplaria probat. Medie inter
has prouincie palestinos codices legunt
quos ab origene elaboratos Eusebius
et pamphilus vulgauerunt totusque
orbis hac inter se trifaria varieta
te compugnat. Et certe Origenes
non solum exemplaria composuit quat
tuor editionum e regione singula verba describens
ut unus dissenciens statim ceteris inter se
consencientibus arguatur. Sed quod maioris
audacie est in editione lxx theodocionis
editionem miscuit asteriscis videlicet designans
quam minus ante fuerat et virgulis que
ex superfluo videbantur apposita. Si
igitur aliis licuit non tenere quod semel
susceperant et post lxx cellulas que
vulgo sine auctore iactitantur singu
las cellas apperire. Hoc quod in ecclesiis
legitur quod lxx nescierunt. Cur
me non suscipiat latinus meus qui

inviolata editione veteri ita nouam
condidi ut laborem meum hebreis et
quod his maius est apostolis auctoribus ta
tibus probem. Scripsi nuper librum de op
timo genere interpretandi ostendens illa de
ewangelio. Ex egipto vocaui filium meum
Et quoniam nazarenus vocabitur. Et vi
debunt in quem compunxerunt. Et illud apostoli
Quod oculus non vidit nec auris audiuit
nec in cor hominis ascendit que preparauit
deus diligentibus se. Ceteraque his si
milia in hebreorum libris inueniri. Certe
apostoli et ewangeliste lxx interpretes no
uerant. Et unde eis hoc dicere que in
lxx interpretibus non habentur. Christus deus noster
vtriusque testamenti conditor in ewangelio secundum
Iohannem. Qui credit inquit in me sicut dicit
scriptura flumina de ventre eius fluent aque
viue. Utique scriptum est quod saluator scrip
tum esse testatur. Ubi scriptum est lxx non
habent apocrifa nescit ecclesia. Ad he
breos igitur reuertendum est unde et dominus loquitur
et discipuli exempla presumunt. Hec pace lo
quor veterum et obtrectatoribus meis ta
tummodo respondeo qui canino dente me
rodunt in publico detrahentes legentes in an
gulis idem et accusatores et defensores
cum in aliis probent quod in me reprobant quasi
virtus et vicium non in rebus sit sed cum auc
tore mutetur. Ceterum memini lxx transla
torum olim de greco emendatam tribuisse
me vestris nec inimicum debere estimari eorum
quos in conuentu fratrum semper edissero. Et quod
nunc dabreiamin id est verba dierum interpretatus
sum ideo feci ut inextricabiles moras
et siluam nominum que scriptorum confusa sunt
vicio sensuumque barbariem apercius et per versuum
cola digererem mihimetipsi et meis iuxta
hismenium canens si aures surde sunt
ceterorum.

Iter

Incipit primus liber paralipomenon capitulum primum

Adam Seth Enos Chaynan Malalehel Iared Enoch Matusalem Lamech Noe Sem Cham et Japheth Gomer Magog Maday et Iauam Thubal Mosoch Thiras Porro filii Gomer Aschenez Riphat et Thogorma filii autem Iauan Helisa et Tharsis Cethim et Dodanim filii Cham Chus et Mesraym Phut et Chanaan filii autem Chus Saba et Euila Sabatha et Rechama et Sabatacha Porro filii Rechama Saba et Dadan Chus autem genuit Ludim et Nemroth Iste cepit potens esse in terra Mesraym vero genuit Ludim et Anamim et Laabim Phetrusim quoque et Chasluym de quibus egressi sunt Philistiim et Capthurim Chanaan vero genuit Sydonem primogenitum suum et Etheum et Iebuseum quoque et Amorreum et Gergeseum Eueumque et Aracheum et Sineum Aradium quoque et Samareum et Emathceum

Filii Sem Elam et Assur et Arphaxat et Luth et Aram Filii autem Aram Hus et Hul et Gether et Mosoch Arphaxat autem genuit Sale qui et ipse genuit Heber Porro Heber nati sunt duo filii unius nomen Phaleg quia in diebus eius divisa est terra et nomen fratris eius Iectan Iectan autem genuit Helmodach et Saleph et Asarmoth et Iare Adoram quoque et Uzal et Decla Hebal et Iamia et Abimahel et Saba necnon et Ophirym et Euila et Iobab Omnes isti filii Iectan Sem Arphaxat Sale Heber Phaleg Ragau Seruch Nachor Thare Abram iste est Abraham Filii autem Abraham Ismahel et Isaac et hee generationes eorum Primogenitus Ismahelis Nabaioth et Cedar et Abdeel et Mabsam et Masma et Duma Mapsa Adad et Themar Iahur Naphis Cedma hii sunt filii Ismahelis Filii autem Cethure concubine Abraham quos genuit Zamram Iecsan Madan Madian Iesboth Sue Iersan Porro filii Iersan Saba et Dadan filii autem Dadan Assurim et Lathusim et Laomim Filii autem Madian Epha et Opher et Enoch et Abida et Heldaa omnes hii filii Cethure Genuit autem Abraham Isaac cuius fuerunt filii Esau et Israel Filii autem Esau Eliphaz Rauel Seyr Iaus Ielam Chore Filii autem Eliphaz Theman Omer Sephi Gethem Cenez Thanna Amalech Filii Rauel Naab Zara Samma Maza Filii Seyr Lothan Sobal Sebeon Ana Dyson Eser Dysan Filii Lothan Horri Huma Soror autem Lothan fuit Thamna Filii Sobal Alyan et Manaath et Ebal et Sephi et Onam Filii Sebeon Ala et Ana Dison Filii Dyson Amaban et Hesban

et lethram et Charam filii Eser
Balaan Zauan et asan filii Dysan
us et Aram Isti sunt Reges qui impaue-
runt in terra Edom antequam esset rex super
filios israel Bale filius Beor et nomen
ciuitatis eius Denaba Mortuus est autem
Bale et regnauit pro eo Jobab filius
Zare de bozra Cumque Jobab fuisset
mortuus regnauit pro eo Husan de terra
themanorum Obiit quoque husan et regnauit
pro eo Adad filius Badad qui percussit ma-
dian in terra moab et nomen ciuitatis eius
Abiuith Cumque et adad fuisset mortuus
regnauit pro eo Semela de masereca
Sed et Semla mortuus est et regnauit
pro eo Saul de Roboath que iuxta am-
nem sita est Mortuo quoque Saul regnauit
pro eo Balanam filius Achobor Sed
et hic mortuus est et regnauit pro eo A-
dad cuius urbis nomen fuit phou et ap-
pellata est uxor eius Methetabel
filia mathreth filie mozaab Adad
autem mortuo duces pro regibus in edom
esse ceperunt Dux thana dux aula
dux Jotheth dux oolibama dux
hela dux phinon dux Cenez dux
Theman dux mabsar dux mag-
diel dux hiram hii duces edom

Filii autem israel Ruben **Capitulum ii**
Leui Symeon Juda Ysachar
zabulon Dan Joseph Beniamyn
Neptalim Gad Aser Filii Juda her
Onan Sela Tres isti sunt nati ei de
filia Sue chananitidis Fuit autem
her primogenitus Juda malus coram
domino et occidit eum Thamar autem nu-
rus eius peperit ei phares et zara
Omnes ergo filii Juda quinque Filii autem pha-
res Esrom et hamul Filii quoque Za-
re Zamri et ethan et Eman chal-
cal quoque et Daran simul quinque Filius
charmi achar qui turbauit israel et

et peccauit in furto anathematis
Filii ethan Azarias Filii autem Esrom
qui nati sunt ei Jeramehel Aram
et chalubi Porro Aram genuit Ami-
nadab Aminadab autem genuit Naason prin-
cipem filiorum iuda Naason quoque genuit
Salmon de quo ortus est booz Booz
vero genuit obeth qui et ipse genuit ysay Ysay
autem genuit primogenitum heliab secundum Ami-
nadab tertium autem Samaa quartum autem
Nathanael Quintum Raday Sextum A-
som Septimum dauid Quorum sorores
fuere Saruia et Abigail Filii Sar-
uie Abisay Joab et Azahel tres
Abigail autem genuit Amasam cuius pater
fuit Jether ysmahelites Caleph
vero filius Esrom accepit uxorem nomine
Azuba de qua genuit Jerioth fuere-
que filii eius Jesay et Sobab et ardon
Cumque mortua fuisset Azuba Acce-
pit Caleph uxorem Effratam uxorem cui
nomen effrata que peperit ei ur Porro
ur genuit huri huri genuit beselee-
el Post hec ingressus est Esrom ad
filiam Machir filii patris galaad et
accepit eam cum esset annorum lx que peperit
ei segur Sed et segur genuit Jayr
et possedit xxiii ciuitates in terra
galaad Cepitque Gessur et Aram
oppida Jayr et chanath et viculos
eius lx ciuitatum Omnes isti filii Machir
patris galaad Cum autem mortuus esset Es-
rom ingressus est caleph ad Effratam
Habuit quoque esrom uxorem abia que pe-
pit ei assur patrem thecue Nati sunt
autem filii Jeramehel primogeniti Esrom
Ram primogenitus eius et Buna et Aram
et Asom et Achiam Duxit quoque uxorem
alteram Jeramehel nomine atharam
que fuit mater onam Sed et filii Ram pri-
mogeniti Jeramehel fuere Moos Jamyn

et Achor Onam autem habuit filios
Semei et Juda Filii autem Semei Na-
dab et Abisur Nomen vero uxoris Abi-
sur Abigail que peperit Aban Obam
et Molid Filii autem Nadab fuerunt Sa-
led et Apharym Mortuus est autem Saled
absque liberis Filius vero Apharym Je-
si qui genuit Sesan Porro Sesan genuit Oholi
Filii Juda fratris Semei Jether et
Jonathan Sed et Jether mortuus est
absque liberis Porro Jonathan genuit
Phaleth et Ziza Isti fuerunt filii Je-
ramuhel Sesan autem non habuit
filios sed filias et servum egipcium nomine
Jaraa Deditque ei filiam suam uxorem
que peperit ei Ethei Ethei autem genuit Na-
than Nathan genuit Zabad Zabad quoque
genuit Ophlal Ophlal genuit Obeth O-
beth genuit Jheu Jheu genuit Azariam
Azarias genuit Helles Helles genuit He-
lasa Helasa genuit Sesamoi Sesamoi
genuit Sellum qui genuit Ythamiam Ithami-
a autem genuit Elisamia Filii autem Caleph
fratris Jeramuel Mosa primogenitus
eius Ipse est pater Ziph et filii Maresa
patris Hebron Porro Hebron filii
Chore et Taphu et Recan et Sama
Sama autem genuit Raam patrem Jerca-
am et Recen genuit Semei Filius Se-
mei Maon et Maon pater Bethsur
Epha autem concubina Caleph peperit
ei Aran et Musa et Thezez Porro
Aran genuit Yezer Filii Iaday Regom
et Jothan et Gezam et Phaleth et
Epha et Saaph Concubina Caleph
Maacha peperit Zaber et Tharana
Genuit autem Saaph pater Madmena Sue
patrem Maghena et patrem Gabaa
Filia vero Caleph fuit Axa Hii erant
filii Caleph et filii Hur primogeniti
Effrata Sobal pater Cariathiarim

Salma pater Bethleem Ariph pater
Bethgader Fuerunt autem filii Sobal
patris Cariathiarim qui videbat di-
midium requietionum et de cognatione
Cariathiarim Jethrei et Aphutei
et Samathei et Maserei Ex hiis egressi sunt Sa-
rathite et Esthaolite Filii Salma pa-
tris Bethleem et Nethophati corone
domus Joab et dimidium requietionis
Sarai Cognaciones quoque scribarum ha-
bitancium in Jabes canentes atque re-
sonantes et in tabernaculis commorantes
Hii sunt Cinei qui venerunt de ca-
lore patris domus Rechab Capitulum iii

David vero hos habuit filios qui
ei nati sunt in Hebron Primo-
genitum Amon ex Achinoem Jez-
rahelitide Secundum Daniel de Abi-
gail Carmelitide Tercium Absolon
filium Maacha filie Tholomai regis
Gessuri Quartum Adoniam filium
Aggith Quintum Saphatiam ex Abi-
tal Sextum Jetram de Egla uxore
sua Sex hii nati sunt ei in Hebron
ubi regnavit vii annis et sex men-
sibus Triginta tribus autem annis regnavit
in Jerusalem Porro in Jerusalem nati sunt ei
filii Samaa et Sobab et Nathan
et Salomon quattuor de Bersabee fi-
lia Amihel Jebaar quoque et Elisama
et Eliphaleth et Noge et Napheg
et Japhie Nec non et Elisama et Elia-
de et Eliphaleth nove Omnes filii Da-
vid absque filiis concubinarum Habuerunt
sororem Thamar Filius autem Salomonis
Roboam cuius filius Abia genuit Asa de
hoc quoque natus est Josaphat pater Joram
qui Joram genuit Othosiam ex quo ortus est
Joas et huius filius est Amasias genuit
Azariam Porro Azarie filius Joathan

genuit achaz patrem ezechie de
quo natus est manasses ezechias ma
nasses genuit amon patrem Josie filii
autem Josie fuerunt primogenitus johanan
secundus ioachim tercius sedechias quartus
sellum De joachim natus est jechoni
as et sedechias Et filii Jechonie
fuerunt aser et salathiel melchira
phadaia senniazar jechemia sa
ma et nadabia De phadaia orti
sunt zorobabel et semey Zoroba
bel genuit mosollam ananiam et salo
mith sororem eorum asabaque et othol
et barachia et asadiam Jozabesed
quinque Filius autem ananie faltias
pater Jesie cuius filius raphaia huius
quoque filius arnon de quo natus est abdia
cuius filius eat Sethania Filius
Sethenia semeya cuius filii arthus
et regal et baaria et naaria et
saphad sex numero Filii naarie heli
cenay et ezechia ezricham tres
filii helicenay hodmonia et heli
asib et peleya et acub et johanan
et dalaya et anam septem Capitulum IIII
Filii juda phares et esrom et
ur et sobal Renaia vero filius
Sobal genuit geth de quo nati sunt
Achimay et laoz hec cognaciones
Sarachi Ista quoque stirpes etham
yezrahel Jezema et jedebas Nomen
quoque sororis eorum asalelphani phanu
iel autem pater gedor et ezer pater osa
Isti sunt filii ur primogeniti effrata
patris bethleem Assur vero patris
thecue erant due uxores helaa et
Naara peperit autem naara elhozam
et epher et theman et astari Isti
sunt filii Naara Porro filii helaa
Sared Jesaar et etham Cetus autem
genuit anob et soboba et cognacionem
arab filii arul Fuit autem Jabes in
clitus pre fratribus suis et mater eius vo
cavit nomen illius Jabes dicens Quia peperi
eum in dolore Invocavit vero Jabes
deum israel dicens Si benedicens benedixeris
mihi et dilataveris terminos meos et fuerit
manus tua mecum et feceris me
a malicia non opprimi Et prestitit ei
deus quod precatus est Caleph autem fra
ter sue genuit machir qui fuit pater eston
Porro eston genuit bethrapha et
phese et thena patrem urbis naas
hii sunt viri recha // recha Filii autem Zenez
othoniel et saraya Porro othoniel
athi et moanathi qui genuit ophra
Sarayas autem genuit Joab patrem vallis
artificum Ibi quippe artifices erant
Filii vero caleph filii iephone hir
et hela et naham Filii quoque hela et
cenez Filii quoque jalaleel ziph et zipha
tyria et asrahel Et filii ezra jether
et mered et epher et jalon genuit
que maria et samay et jesba pa
trem esthamo Uxor quoque judaia pe
perit Jared patrem gedor et heber pa
trem zochor et hienthiel zanoa
hii autem filii bethie filie pharaonis quam
accepit mered et filii uxoris adoye
sororis nathan patris ceyla garmi
et esthamo qui fuit de machati
Filii quoque symon amnon et rena filius
et filii anan et tholon et filii iezi zo
eth et benzoeth Filii sela juda filii
her pater lecha et laada pater maresa
et cognaciones domus operancium bissum
in domo iuramenti et qui stare fecit
solem viri quoque mendacii securus
et incendens qui principes fuerunt in
moab et qui reversi sunt in bethleem hec

autem sunt verba vetera. Hii sunt figuli ha-
bitantes in plantationibus et in sepibus
apud regem in operibus suis commora-
tique sunt ibi. Filii Symeon Namuel et
Iamyn Iarib Zara Saul Sellum filius
eius Mapsam filius eius Muspa filius
eius Masma Hamuel filius eius Zacur
filius eius Semey filius eius. Filii Semey
sedecim et filie sex. Fratres autem eius non ha-
buerunt filios multos et universa cog-
natio non potuit adequare summam
filiorum Iuda. Habitaverunt autem in Ber-
sabee et Molada et Apharrual et
in Baala et in Asom et in Tholath et
in Bathuel et in Horma et in Siceleth
et in Bethmarchaboth et in Asarsu-
sim et in Bethberai et in Saarim.
Hec civitates eorum usque ad regem
David. Ville quoque eorum Etham et Ayn
et Remon et Thochen et Asan civita-
tes quinque. Et universi viculi eorum per cir-
cuitum civitatum istarum usque ad Baal.
Hec est habitatio eorum et sedium distributio.
Mosobab quoque et Iemleth et Iosa filius Ama-
sie et Iohel et Ieu filius Iosabie filii
Sarraie filii Asiel et Elioenai et Ia-
coba et Sicuia et Asaia et Adachiel et
Ismihel et Banaia. Ziza quoque filius Se-
phei filii Alon filii Idaia filii Se-
mey filii Samsar. Isti sunt principes
nominati in cognationibus suis et in domi-
bus affinitatum suarum multiplicati
sunt vehementer. Et profecti sunt ut ingre-
derentur in Gador usque ad orientem
vallis et ut quererent pascua gregibus
suis. Et invenerunt pascua uberrima
et valde bona et terram latissimam
et quietam et fertilem in qua ante habita-
verant de stirpe Cham. Hii ergo ve-
nerunt quos supra descripsimus nominatim

in diebus Ezechie regis Iuda et per-
cusserunt tabernacula eorum et habitato-
res qui inventi fuerant ibi et deleverunt eos
usque in presentem diem habitaveruntque pro eis
quoniam uberrima pascua ibi reppererunt.
De filiis quoque Symeon abierunt in montem
Seir viri quingenti habentes principes
Phalatiam et Naariam et Rapha-
yam et Oziel filios Iesi et percusserunt
reliquias que evadere non potue-
rant Amalechitarum et habitaverunt
pro eis ibi usque ad diem hanc. Capitulum V

Filii quoque Ruben primogeniti Israhe-
lis. Ipse quippe fuit primogenitus
eius. Sed cum violasset thorum patris
sui data sunt primogenita eius filiis Io-
seph filii Israhel et non est ille reputa-
tus in primogenitum. Porro Iudas qui
erat fortissimus inter fratres suos de stir-
pe eius principes germinati sunt
primogenita autem reputata sunt Ioseph.
Filii igitur Ruben primogeniti Israhel Enoch
et Phallu Esrom et Charmi. Filii
Iohel Samaia filius eius Gog filius
eius Semey filius eius Micha filius
eius Reya filius eius Baal filius eius Beera
filius eius quem captivum duxit Te-
glath Phalassar rex Assiriorum
et fuit princeps in tribu Ruben.
Fratres autem eius et universa cognatio
eius quando numerabatur per familias suas habu-
erunt principes Ieiel et Zachariam.
Porro Bala filius Achaz filii Sama
filii Iohel ipse habitavit in Aroer usque
ad Nebo et Beelmeon. Contra orienta-
lem quoque plagam habitavit usque ad introitum
heremi et flumen Eufraten. Multum
quippe numerum iumentorum possede-
bat in terra Galaad. In diebus autem

Saul preliati sunt contra agareos
et interfecerunt illos habitaveruntque pro eis
in tabernaculis eorum in omni plaga que
respicit ad orientem galaad. Filii vero
gaad e regione eorum habitaverunt in terra
basan usque selcha. Iohel in capite
et saphan secundus Janath autem et saphat
in basan. Fratres vero eorum secundum domos
cognacionum suarum Michahel et Mo-
sollam et sebe et Iore et Iachan et
zie et heber vii. hii filii abiahel filii
uri filii Jaro filii galaad filii michi-
hel filii Jesesi filii Jeddo filii buz. fra-
tres quoque filii abdehel filii gunni prin-
cipes domus in familiis suis et
habitaverunt in galaad et in basan et in vi-
culis eius et in cunctis suburbanis
arnon usque ad terminos. Omnes hii nu-
merati sunt in diebus Joathan regis
Juda et in diebus Jeroboam regis israel.
Filii ruben et gad et dimidie tri-
bus manasse viri bellatores scuta
portantes et gladios intendentes arcum
eruditique ad prelia xliiii milia et
septingenti lx procedentes ad pug-
nam dimicaverunt contra agarenos. Itu-
rei vero et nephei et nodab prebuerunt
eis auxilium. Traditique sunt in manus
eorum agareni et universi qui fuerunt
cum eis quia deum invocaverunt cum preli-
arentur et exaudivit eos eo quod cre-
didissent in eum. Ceperuntque omnia
que possederant Camelorum l mi-
lia et ovium ducenta quinquaginta mi-
lia asinorum duo milia et anima-
rum hominum c milia. Vulnerati etiam multi
corruerunt. Fuit enim bellum domini
et habitaverunt pro eis usque ad trans-
migracionem. Filii quoque dimidie tribus
manasse possederunt a finibus
basan usque baalhermon et
sanir et montem hermon. Ingens
quippe numerus erat et hii fuerunt principes
domus cognacionis eorum. Effer et
Jesi et heliel et Ezrihel et
Jeremia et odoya et Jedihel viri
fortissimi et potentes et nominati
duces in familiis suis. Reliquerunt
autem deum patrum suorum et forni-
cati sunt post deos populorum terre
quos abstulit dominus coram eis. Et
suscitavit dominus deus israel spiritum
phul regis assiriorum et spiritum the-
glath phalasar regis assur et
transtulit Ruben et gad et dimi-
diam tribum manasse et adduxit
eos in ale et abor et aran et fluvium
gozan usque ad diem hanc.

Cap vi

Filii levi Gerson Caath et Meri-
ri. Filii Caath Amram Isa-
ar hebron et Oziel. Filii amra-
Aaron moyses et maria. Filii aaron
Nadab et abiu Eleazar et Ithamar.
Eleazar genuit phinees et phinees genuit
abysue. Abisue genuit bocci. Bocci genuit
ozi. Ozi genuit zaraia et zaraya genuit
meraioth. Porro meraioth genuit ama-
riam. Amarias genuit achitob. Achi-
tob genuit sadoch. Sadoch genuit achymaas.
Achymaas genuit azariam. Azarias genuit
Johanan. Johanan genuit azariam. Ipse est
azarias sacerdos de genere aaron qui sacer-
docio functus est in domo quam edificavit
salomon in ierusalem. Genuit autem azarias a-
mariam qui genuit achitob. Achitob genuit
sadoch. Sadoch genuit sellum. Sellum genuit
elchiam. Elchias azariam. Azarias
genuit zaraiam qui genuit Josedech. Porro Jo-
sedech egressus est quando transtulit dominus

Juda et ierusalem per manus nabuchodonosor
Regis babilonis. Filii igitur leui gerson
Caath et merari. Et hec nomina filiorum
Gerson lobeni et semei. Filii caath
amram et isuar et ebron et oziel. Fi-
lii merari mooli et musi. Hec autem
cognationes leui secundum familias eorum. Ger-
son lobeni filius eius. Jaath filius eius. Za-
ma filius eius. Johaath filius eius. Addo filius
eius. Zara filius eius. Filii caath amadab
filius eius. Chore filius eius. Asir filius eius. Helcha-
na filius eius. Abiasaph filius eius. Asir filius
eius. Caath filius eius. Vriel filius eius. Ozias
filius eius. Saul filius eius. Filii elchana
amasai et achimoth et elchana.
Filii elchana sophai filius eius. Naath
filius eius. Heliab filius eius. Jeroam filius eius. El-
chana filius eius. Filii samuel primoge-
nitus vasseni et abia. Filii autem merari
mooli filius lobeni filius eius. Semei filius eius.
Oza filius eius. Sama filius eius. Aggias
filius eius. Asaia filius eius. Isti sunt quos con-
stituit dauid super cantores domus domini
ex quo collocata est archa et ministra-
bant coram tabernaculo testimonii cane-
tes donec edificaret salomon domum domini
in ierusalem. Stabant autem iuxta ordinem suum in
ministerio. Hii vero sunt qui assistebant
cum filiis suis. De filiis caath hema
cantor filius johel filii samuel filii el-
chana filii jeroam filii heliel filii
thou filii suph filii elchana filii ma-
ath filii maasai filii elchana filii
iohel filii azarie filii sophonie filii
taath filii azir filii abiasaph filii chore
filii isuar filii caath filii leui filii
israel. Et frater eius asaph qui stabat a dex-
tris eius. Asaph filius barachie filii
samaa filii michahel filii basie
filii melchie filii athanai filii zara
filii adaia filii ethan filii zamma
filii semei filii geth filii gerson filii
leui. Filii autem merari fratres eorum ad sinis-
tram. Ethan filius chusi filii abdi filii
moloch filii asabie filii amasie filii
elchie filii amasia filii bonni filii so-
mer filii musi filii merari filii leui.
Fratres quoque eorum leuite qui ordinati sunt
in cunctum ministerium tabernaculi domus domini.
Aaron vero et filii eius adolebant incensum
super altare holocausti et super altare
thimiamatis in omne opus sancti sanctorum et ut
precarentur pro israel iuxta omnia que preceperat
moyses seruus dei. Hii autem sunt filii aaron
Eleazar filius eius. Finees filius eius.
Abisue filius eius. Bocci filius eius. Ozi filius eius.
Zaraia filius eius. Meraioth filius eius. Amarias
filius eius. Achitob filius eius. Sadoch filius eius.
Achimaas filius eius. Et hec habitacula
eorum per vicos atque confinia filiorum scilicet
aaron iuxta cognationes caathitarum.
Ipsis enim sorte contigerat. Dederunt igitur eis
hebron in terra iuda et suburbana eius
per circuitum. Agros autem ciuitatis et vil-
las caleph filio iephone. Porro filiis
aaron dederunt ciuitates ad confugiendum
hebron et lobna et suburbana eius.
Jether quoque et estemo et helon et dabir
et asan et bethsames et suburbana
earum. De tribu beniamin gabaa et
alamath et anathot cum suburbanis
earum. Omnes ciuitates xiii cum suburbanis
suis per cognationes suas. Filiis autem caa-
ath residuis de cognatione sua dederunt
ex dimidia tribu manasse in possessionem
sorte x urbes. Porro filiis gerson
per cognationes suas de tribu ysachar
et de tribu aser et de tribu neptalim
et de tribu manasse in basan urbes
xiii. Filiis autem merari per cognationes
suas de tribu ruben et de tribu gaad

et de tribu zabulon dederunt sorte
civitates xii Dederunt quoque filii israel levi
tis civitates et suburbana earum dederunt
quoque per sorte ex tribu filiorum iuda et ex
tribu filiorum symeon et ex tribu filiorum
beniamin urbes has quas vocaverunt
nominibus suis et ex hiis qui erant ex
cognatione filiorum caath fuerunt
quoque civitates in terminis eorum de tribu ef
fraym Dederunt quoque eis urbes ad con
fugiendum sichem cum suburbanis suis
in monte effraym et Gazer et Iecmaan
et betheron cum suburbanis earum Necnon
et de tribu dan Elthece et Gebethon et
Helon et Gethremon cum suburbanis suis
et Gethremon Porro ex dimidia
tribu manasse Aner et Balaam
et suburbana earum hiis videlicet qui
de cognatione filiorum caath reliqui
erant filiis aute gerson de cognatione
dimidie tribus manasse Gaulon et
Basan et astoroth cum suburbanis
earum De tribu ysachar Cedes et Da
berith et Ramoth et Anem cum sub
urbanis earum De tribu vero aser Ma
sal et abdon et asach et Roob cum
suburbanis suis Porro de tribu
neptali Cedes in galilea et Amon
et Cariathiarim cum suburbanis
suis filiis aute merari residuis de
tribu zabulon Remon et Thabor
cum suburbanis suis Trans iordanem quoque
ex adverso iericho contra orientem iordanis
de tribu Ruben Bosor in solitudine
et Iasa et Cademoth et Miphaat
cum suburbanis suis Necnon et de tri
bu gad Ramoth in galaad et Mana
ym et Esebon et Iezer cum suburbanis earum

Cap vii

Porro filii isachar
Thola et phua et Iasub et
Sameron iiii Filii thola Ozi et Ra
phaia et Ieriel et Iemay et Iepsen
et Samuel principes per domos cogna
tionum suarum De stirpe thola viri fortis
simi numerati sunt in diebus david xxii
milia sexcenti Filii Ozi Iezraya de
quo nati sunt Michahel et obdaia
et Iohel et Iesia quinque omnes principes
Cumque eis per familias et populos suos acci
ti ad plus viri fortissimi xxxvi milia
Multas enim habuerunt uxores et filios
Fratres quoque eorum per omnem cognationem ysachar
robustissimi ad pugnandum lxxxvii
milia numerati sunt Filii beniamyn Ba
le et becher et Iadiahel tres Filii
bale Esbon et Ozi et Ozihel et Ieri
moth et Urazai quinque principes fa
miliarum et ad pugnandum robustissimi
Numerus aute eorum xxii milia et xxxiiii
Porro filii bechor Zamyra et Ioas
et eliezer et Elioenay et Amri et Ieri
moth et abia et Anathot et Albna
than omnes hii filii bechor Numerati sunt
aute per familias suas principes cog
nationum ad bella fortissimi xx milia
et ducenti Porro filii Iediahel Balam
filii aute bala Ieus et beniamyn et
Ahot et Canana et Iothan et thar
sis et Ahisaar omnes hii filii Iedi
hel principes cognationum suarum viri
fortissimi xvii milia et ad plus
procedentes Sephan quoque et Apham
filii hyr et Asina et aser filii aute
Neptalim Iasiel et Guni et Iaser
et Sellum filii bale Porro filii ma
nasse Esriel Concubina quoque eius
Syra peperit Machir patrem galaad
Machir aute accepit uxores filiis
suis Ophim et Sephim et habuerunt

sororem nomine Maacha Nomen secundi
filii Salphaat Nateque sunt Salpha
ad filie Et peperit Maacha vxor
Machir filium vocavitque nomen eius phares
Porro nomen fratris eius Sara et filii eius
Vlam et Recem Filius autem vlam bal
dam hii filii galaad filii machir
filii manasse Soror autem eius Regina
virum decorum peperit abyeser et moo
la Sutat autem filii Samida habim et
Sichen et lia et Aniam filii autem
Effraym Suthala Bareth filius eius
Thalach filius eius Elada filius eius Thaad
filius eius et huius filius Zabada et huius
filius Suthala et huius filius Ezer et Elaad
Occiderunt autem eos viri Geth indi
gene qui descenderant ut invaderent
possessiones eorum Luxit igitur effraym
pater eorum eos multis diebus Et vene
runt fratres eius ut consolarentur eum Jn
gressusque est ad vxorem suam que concepit
et peperit filium et vocavit nomen eius beria
eo quod in malis domus eius ortus esset filia
autem eius fuit Sara que edificavit bethoron
inferiorem et superiorem et Ozen sara
Porro filii eius Rapha et Reseph et
Thale de quo natus est Taan qui genuit
Laadon huius quoque filius Amiud genuit
Helisama de quo ortus est Nun qui
habuit filium Josue Possessio autem eorum
et habitatio Bethel cum filiabus suis et
contra orientem Noran ad occidentalem
plagam gazer et filie eius Sichen quoque
cum filiabus suis atque Asa cum filiabus
suis Juxta quoque filios Manasse et Beth
san et filias eius Mageddo et filias eius
Thanac et filias eius In his habita
verunt filii Joseph filii israel filii Aser
Jomna et Jesua et Jessui et Baria et
Sara soror eorum filii autem baria heber
et melchiel Ipse est pater barsaith Heber
autem genuit Ephlat et Somer et Otham
et Suaa sororem eorum Filii autem Ephla
at Phosech et Chamaal et Asoph
Porro filii Somer Achi et Roaga
et Jaba et Aram Filii autem Helem
fratris eius Supha et gemna et Selles
et Amal Filii Supha Sue Arna
phech et Sual et Beri et Samra
et Bosor et Odor et Sama et Sa
liza et Jethran et Beram Filii autem
Jether Jephone et Phaspha et Ara
Filii autem Olaa Arech et Amhiel et
Resia Omnes hii filii Aser principes
cognationum electi atque fortissimi
duces ducum Numerus autem eorum etatis que
apta esset ad bellum xxvi milia

Beniamin autem genuit Cap. viii
Bale primogenitum suum Asba
al secundum et Othora tertium Nohaa
quartum et Rapha quintum Fuerunt
autem filii Bale Addoa et Gera et Abiu
d Abisue quoque et Noamam et Ahoe
Sed et Jera et Sephupham et Vram
Hii sunt filii Ahod principes cogna
tionum habitantium in Gabaa qui trans
lati sunt in Manaath Noaman autem
et Achiam et Jera ipse transtulit
eos et genuit Oza et Abiud Porro
Saarim genuit in regione moab postquam
dimisit Vsim et Bara vxores
suas Genuit autem de Edes vxore sua
Jobab et Sebia et Mosa et Malchom
Jebus quoque et Sechia et Marma
Hii sunt filii eius principes in filiis et
familiis suis Mensim vero genuit
Achitob et Elphaal Porro filii
Elphaal Heber et Misaam et Sa
maath hic edificavit Ono et Loth et

filios eius Beria et Sama principes
cognacionum habitancium in Ayalon hij
fugauerunt habitatores geth et Ahyo
et Sesach et Jerimoth et Zabadia et
Arod et Heder Michael quoque et Jeze-
phia et Joaa filij Baria et Zaba-
dia et Mosolla et Ezechi et Heber
et Jesamari et Jezlia et Jobab filij
Elphaal Jacim et Zechri et Zabdi
et Helionai et Selethai et Helieleth
et Adaia et Baraia et Samarath
filij Semey Jesphan et Heber et He-
liel et Abdon et Zechri et Zabdi et
Elionai Serai et Eliel et Abdon
et Zethri et Ananyam et Anania
et Helam et Anathetia et Jephda-
lia et Fanuel filij Sesac Samsari
Sehoria et Otholia et Jersia et He-
lia et Zethri filij Jeroam hij pa-
triarche et cognacionum principes
qui habitauerunt in Jerusalem In Gabaon
autem habitauerunt abigabaon et nomen
vxoris eius Maacha filius quoque
primogenitus Abdon et Sur et Cis
et Baal et Ner et Nadab Gedor
quoque et Ahaio et Zacher et Macel-
loth et Macelloth genuit Samaa
qui habitauerunt ex aduerso fratrum suorum
in Jerusalem cum fratribus suis Ner autem genuit
Cis et Cis genuit Saul Porro Saul (Saul)
genuit Jonathan et Melchisue et Ana-
dab et Hisbaal filius autem Jonathan
Misiboseth et genuit Micham filij
Miche Phiton et Meleth et Tharaa
et Achaz Achaz genuit Joiada et genuit
Almod et Azimoth et Zamri Por-
ro Zamri genuit Moosa et genuit Banaa
cuius filius fuit Rapha de quo ortus
est Eliza qui genuit Azahel Porro Azel
sex filij fuerunt hiis nominibus Ezricha
Bokru Ismahel Saria Abadia Ana-
nias omnes hij filij Azel filij autem Azech fratris
eius Vla primogenitus et Jehus secundus et
[illegible] Heliphalet tercius fueruntque
filij Vlam robustissimi et magno ro-
bore tendentes arcum et multos ha-
bentes filios ac nepotes usque ad centum quinquaginta
milia Omnes hij filij Beniamyn.

Cap ix

Vniuersus ergo Israel
dinumeratus est et summa eorum scripta
est in libro Regum Israel et Juda transl-
latique sunt in Babilonem propter delictum
suum Qui autem habitauerunt primi in vrbi-
bus suis et in possessionibus Israel et sa-
cerdotes et leuite et Nathinnei
commorati sunt in Jerusalem de filijs Juda
et de filijs Beniamin et Effraym et
Manasse Othei filius Amiud filij
Zemri filij Omrai filij Boni de filijs
Phares filij Juda et de Siloni primo-
genitus et filij eius De filijs autem Zara Je-
huel et fratres eorum sexcenti nonaginta
Porro de filijs Beniamin Salo filius
Mosollam filij Odolia filij Asana et
Johanai filius Jeroam Hela filius Ozi
filij Mochori et Mosolla filius Sapha-
chie filij Rahuel filij Jebamie et
fratres eorum per familias suas noningenti
lvi omnes hij principes cognacionum
suarum per domos patrum suorum De sac-
erdotibus autem Joiada Jozarib Joachim
Azarias quoque filius Elchie filij Mosolla
filij Sadoch filij Maiaroth filij Achi-
tob pontifex domus domini Porro Ada-
yas filius Jeroam filij Phassur filij
Melchia et Maaasa filius Adihel
filij Jezra filij Mosolla filij Emmer

fratres quoque eorum principes per familias suas mille septingenti sexaginta viri fortissimi robore ad faciendum opus ministerii in domo domini. De levitis autem Semeia filius azub filii esricam filii ezebiam de filiis autem merari. Bachabar quoque carpentarius et galaboth et mathania filius micha filii zechri filii asaph. Abdias filius Semeye filii galaal filii ydithun et barachias filius aza filii elchana qui habitavit in atriis nethophati. Janitores autem Sellum et accub et thelmon et achiman et fratres eorum. Sellum princeps usque ad illud tempus in porta regis ad orientem observabat per vices suas de filiis levi. Sellum vero filius chore filii abiasaph filii chore cum fratribus suis et domo patris sui hii sunt chorite super opera ministerii custodes vestibulorum tabernaculi et familie eorum per vices castrorum domini custodientes introitum. Phinees autem filius eleazar dux eorum coram domino. Porro zacharias filius mosolla ianitor porte tabernaculi testimonii. Omnes hii electi in hostiarios per portas ducenti duodecim et descripti in villis propriis quos constituerunt david et Samuel videns in fide sua tam ipsos quam filios eorum in ostiis domus domini et in tabernaculo testimonii vicibus suis per quattuor ventos erant hostiarii id est ad orientem ad occidentem ad aquilonem et ad austrum. fratres autem eorum in viculis morabantur et veniebant in sabbatis suis de tempore usque ad tempus. His quattuor levite crediti erant omnis numerus ianitorum et erant custodientes exedras et thesauros domus domini. morabantur in custodiis suis ut cum tempus fuisset mane aperirent

fores templi. Et erat super vasa ministerii. Ad numerum enim inferebantur vasa et inferebantur et efferebantur. Et qui credita habebant utensilia sanctuarii preerant simile et vino et oleo et thuri et aromatibus. filii autem sacerdotum unguenta ex aromatibus conficiebant. et mathathias levites primogenitus Sellum chorite prefectus erat omnium que in sartagine frigebantur. Porro de filiis caath fratribus eorum erant super panes propositionis ut semper novos per singula sabbata prepararent. Hii sunt principes cantorum per familias levitarum qui in exedris morabantur ita ut die ac nocte iugiter suo ministerio deservirent. Capita levitarum per familias suas principes manserunt in ierusalem. In gabaon autem commorati sunt pater gabaon Jehiel et nomen uxoris sue maacha. filius primogenitus eius abdon et sur et cis et baal et ner et nadab. Gedor quoque et ahio et zacharias et macelloth qui genuit semaa. Isti habitaverunt e regione fratrum suorum in ierusalem cum fratribus suis. Ner autem genuit Cis et Cis genuit saul et saul genuit Jonatham et melchisue et abinadab et hisbaal. Filius autem Jonathan mirabaal genuit micha. Porro filii micha phiton et malech et tharaa et haaz. autem genuit Jara et Jara genuit alamath et asmoth et zamri. Zamri genuit mosa mosa genuit baana cuius filius Raphaia quo genuit elasa de quo ortus est Asel. Porro Asel sex filios habuit his nominibus Ezrica bocru Ismahel Saria Abdia Anan hii filii Asel

Philistini autem Capitulum x

pugnabant contra israel fugeruntqz viri israel palestinos et ceciderunt in monte gelboe Cumqz appropinquassent philistei persequentes saul et filios percusserunt Jonathan et abinadab et melchisue filios saul Et aggravatum est prelium contra saul Inveneruntqz eum viri sagittarii et vulneraverunt iaculis et dixit saul ad armigerum suum Evagina gladium tuum et interfice me ne forte veniant incircumcisi isti et illudant mihi Noluit autem facere armiger eius timore perterritus Arripuit igitur saul ensem et irruit in eum Quod cum vidisset armiger eius videlicet esse mortuum saul Irruit etiam ipse in gladium suum et mortuus est Interiit ergo saul et tres filii eius et omnis domus illius pariter concidit Quod cum vidissent viri israel qui habitabant in campestribus fugerunt Et saul ac filiis eius mortuis dereliquerunt urbes suas et huc illucqz dispersi sunt Veneruntqz philistei et habitaverunt ibi Die autem altero detrahentes philistei spolia cesorum invenerunt saul et filios eius iacentes in monte gelboe Cumqz spoliassent eum et amputassent caput armisqz nudassent miserunt in terram suam ut circumferretur et ostenderetur ydolorum templis et populis Arma autem eius consecraverunt in phano dei sui et caput affixerunt in templo dagon Hec cum audissent viri Jabes galaad omnia scilicet que philistini fecerunt super saul Consurrexerunt singuli eorum virorum fortium et tulerunt cadavera saul et filiorum eius attuleruntqz ea in Jabes et sepelierunt ossa eorum subter quercum que erat in Jabes et ieiunaverunt vii diebus Mortuus est autem saul propter iniquitates suas eo quod prevaricatus est mandatum quod preceperat ei dominus et non custodierit illud Sed insuper etiam phitonissam consuluit nec speravit in domino propter quod interfecit eum et transtulit regnum eius ad david filium ysay

Saul moritur

Capitulum xi

Congregatus est omnis israel ad david in ebron dicens Os tuum sumus et caro tua heri quoqz et nudiustercius cum adhuc regnaret saul super israel Tu eras qui educebas et reducebas israel Tibi enim dixit dominus deus tuus Tu pasces populum meum israel et tu eris princeps super eum Venerunt ergo omnes maiores natu israel ad regem in ebron et Iniit david fedus cum eis coram domino Unxeruntqz eum regem super israel iuxta sermonem domini quem locutus est in manu Samuel Abiit quoqz david et omnis israel in iherusalem hec est Jebus ubi erant Jebuzei habitatores terre Dixeruntqz qui habitabant Jebus ad david Non ingredieris huc Porro david cepit arcem syon que est civitas david Dixitqz Omnis qui percusserit Jebuseum in primis erit princeps et dux Ascendit ergo primus Joab filius sarvie et factus est princeps Habitavit autem david in arce Et ideo appellata est civitas david Edificavitqz urbem in circuitu a mello usqz ad gyrum Joab autem reliqua parte urbis extruxit Proficiebatqz david vadens et crescens et dominus exercituum erat cum eo Hii principes virorum fortium david qui ad

David ungitur in Regem in israhel

inuenerunt eum ut faceret regem super omnem israel
iuxta verbum domini quod locutus est ad israel
Et iste numerus robustorum dauid Iesba
am filius achamon princeps inter xxx
Iste leuauit hastam suam super ccc vulnera
tos vna vice Et post eum Eleazar
filius patrui eius achoites qui erat inter
potentes Iste fuit cum dauid in phesdo
mim quando philistei congregati sunt ad locum
illum in prelium Et erat ager illius regi
onis plenus ordeo fugeratque populus
a facie philistinorum hij steterunt et
defenderunt eum Cumque percussissent phi
listeos dedit dominus salutem magnam
populo suo Descenderunt autem tres de xxx
principibus ad petram in qua erat dauid
ad speluncam odolla quando philistei
fuerant castrametati in valle Ra
phaym Porro dauid erat in presidio
et statio philistinorum in bethlehem
Desiderauit igitur dauid aquam et dixit O si
quis daret mihi aquam de cisterna
bethlee que est in porta Tres ergo isti per
media castra philistinorum prorupe
runt et hauserunt aquam de cisterna
bethleem que erat in porta et attulerunt
ad dauid ut biberet qui noluit sed
magis libauit illam domino dicens Absit ut
in conspectu domini dei mei hoc faciam
et sanguinem virorum istorum bibam qui in periculo
animarum suarum attulerunt mihi aquam et ob hanc
causam noluit bibere hoc fecerunt tres
viri robustissimi Abisay quoque frater Ioab
ipse erat princeps trium et ipse leuauit
hastam suam contra ccc vulneratos et ipse erat
inter tres nominatissimus Inter tres secundus
inclitus et princeps eorum Verumtamen usque
ad tres primos non peruenerat Banani
as vir robustissimus filius Ioiade qui
multa opera perpetrauerat de Capseel

Ipse percussit duos arihel moab et
ipse descendit et interfecit leonem in me
dia cisterna tempore niuis Et ipse percussit
virum egiptium cuius statura erat quinque
cubitorum et habebat lanceam ut liciato
rium texentium Descendit igitur ad eum
cum virga et rapuit hastam quam in
manu tenebat et interfecit eum hasta
sua hoc fecit Bananias filius Ioiade
qui erat inter tres robustos nominatissimus
et inter xxx primus Verumtamen usque ad
tres non peruenerat Posuit autem eum da
uid ad auriculam suam Porro fortis
simi viri in exercitu Asahel frater Ioab
et Elcanan filius patrui eius de beth
lehem Semoth arorites Helles
phallonites Iras filius acces thecui
tes Abyazer anathatites Ylay
achaites Sobochai asotites Ma
ray Nethophatites Ethay filius
Rabai de gabaa filiorum beniamin
Daraia pharatonites viri de tor
rente gasabihal arabatites Azy
moth baurimites Heliaba salabo
nites filii assem gessonites Ionata
filius saga aicha filius achar Eliphal
filius vrapher Abia phelonites Ne
cray filius asbi Iohel frater nathan Ma
abar filius agarai Naorai berori
tes armiger Ioab filii Saruie
Vrias etheus Sadab filius ooli Ada
ma filius Sogar Rubenites princeps
Rubenitarum et cum eo xxx Iedihel filius
Zamri Ebiel maamites et Iobeth
et Iasiel de massaboia Cap xii

Hij quoque venerunt ad dauid in
Sicelech cum adhuc fugeret
Saul filium Cis qui erant fortissimi
et egregij pugnatores tenentes

arcu et vtraque manu fundis saxa
iacientes et dirigentes sagittas
de fratribus Saul ex tribu beniamin
princeps Abiezer et Ioas filii Ama-
as gabaaites et Iaziel et phalet
filii asmoth et Barachia et Iehu A-
nathotites Samaias gabaoni-
tes fortissimus inter xxx et super xxx
Ieremias et Ieziel et Iohanan et
Iezabad gaderothites Eluzai et
Ierimoth et baalia et Samaria
et Saphatia aruphites Helcana et
Iesia et Azarahel et Ioezer Iesbaa
de carehim Ioelam quoque et Zabadia
filii Ieroam de Gedor Sed et de
gaddi transfugerunt ad dauid cum
lateret in deserto viri fortissimi et pug-
natores optimi tenentes clipeum et
hastam et facies eorum quasi facies leo-
nis et veloces quasi capree in mon-
tibus Ezer princeps Obdias secun-
dus Eliab tertius Masmana quartus
Ieremias quintus Ethi sextus Heliel
septimus Iohanan octauus Helzebad
nonus Ieremias decimus Bachanai vnde-
cimus de filiis gad principes exercitus
nouissimus centum militibus preerant
et maximus mille Isti sunt qui
transierunt Iordanem mense primo
quando inundare consueuit super ripas
suas et omnes fugauerunt qui mo-
rabantur in vallibus ad orientalem
plagam et ad occidentalem Venerunt
autem de beniamin et de Iuda ad
presidium in quo morabatur dauid
Egressusque est dauid obuiam eis
et ait Si pacifice venistis ad me
ut auxiliemini mihi cor meum iun-
gatur vobis Si autem insidiamini mihi
pro aduersariis meis cum ego iniquitatem
in manibus meis non habeam vide-
at deus patrum nostrorum et iudicet Spiritus
vero induit Amasai principem inter xxx
et ait Tui sumus o dauid et tecum
fili Isai pax pax tibi et pax ad-
iutoribus tuis te enim adiuuat
deus tuus Suscepit ergo eos
dauid et constituit principes turme
Porro de manasse transfugerunt
ad dauid quando veniebat cum philis-
tiim ut aduersus saul pugnaret
et non dimicauit cum eis quia princi-
pes philistinorum inito consilio re-
miserunt eum dicentes periculo capitis
nostri reuertetur ad dominum suum saul Quando
igitur reuersus est in Siceleg transfuge-
runt ad eum de Manasse Ednas
et Iozabad Iedihel Michael et Naas
Iosabad et Helihu et Salathi prin-
cipes milium in manasse Hii pre-
buerunt auxilium dauid aduersus la-
trunculos Omnes enim erant viri fortis-
simi et facti sunt principes in exercitu
Sed et per singulos dies veniebant
ad dauid ad auxiliandum ei vsque
dum fieret grandis numerus quasi exercitus
dei Iste est numerus principum exercitus
qui venerunt ad dauid cum esset in
ebron ut transferrent regnum Saul
ad eum iuxta verbum domini Filii Iuda por-
tantes clipeum et hastam sex
milia octingenti expediti ad pre-
lium De filiis Symeon virorum for-
tissimorum ad pugnandum septem
milia centum De filiis leui quatuor milia
sexcenti Ioiada quoque princeps de

stirpe aaron et cu eo xxii milia septi
genti Sadoch etiam puer egregie indo
lis et domus patris eius principes xxii
milia De filijs autem beniamin fratribus
saul tria milia Magna enim pars eorum
adhuc sequebatur domum Saul Porro de
filijs effraym xx milia octigenti
fortissimi robore viri nominati in cog
nacionibus suis Et ex dimidia tribu
manasse xviij milia Singuli per nomina
sua venerunt ut constituerent Regem
dauid De filijs quoque Isachar viri eru
diti qui nouerant singula tempora ad p
cipiendum quid facere deberet israel princi
pes ducenti Omnis autem reliqua tribus
eorum consilium sequebatur Porro de zabu
lon qui egrediebantur ad prelium et stabant
in acie instructi armis bellicis quinquaginta
milia venerunt in auxilium non in
corde duplici Et de Neptali princi
pes mille et cum eis instructi clipeo
et hasta xxxvij milia De dan
etiam parati ad prelium xxviij milia sep
centi Et de Aser egredientes ad pug
nam et in acie prouocantes xl milia Trans
iordanem autem de filijs Ruben et Gaad
et dimidia parte tribus Manasse in
structi armis bellicis Cxx milia
Omnes isti viri bellatores et expediti
ad pugnam cum corde perfecto venerunt
in ebron ut constituerent regem dauid
super vniuersum israel Sed et omnes reliqui
ex israel vno corde erant ut Rex fieret
dauid super vniuersum israel Erantque omnes reli
quie fuerunt ibi apud dauid tribus diebus
comedentes et bibentes preparauerant
enim eis fratres eorum Sed et qui iuxta eos
erant usque ad Isachar et zabulon
et neptalim afferebant panes in asinis
et camelis et mulis pastum vinum
et oleum et boues copiam et gaudium erat israel

Iniuit autem consilium dauid **Cap xiij**
cum tribunis et centurionibus et vniuersis
principibus Et ait ad vniuersum cetum
filiorum israel Si placet vobis et a domino
deo nostro egreditur sermo quem loquor
Mittamus ad fratres nostros reliquos in vni
uersas regiones filiorum israel et ad sacer
dotes et leuitas qui habitant in suburr
banis vrbium ut congregentur ad nos
Et reducamus archam dei nostri ad nos
Non enim requisiuimus eam in diebus Saul
Et respondit vniuersa multitudo Ita ut
fieret Placuerat enim sermo omni populo
Congregauit ergo dauid cunctum israel
a sior egipti usque dum ingrediaris Emath
ut adduceret archam dei de Cariathi
arim Et ascendit dauid et omnis vir
israel ad collem cariathiarim que est in
Iuda ut afferret inde archam domini dei
sedentis super cherubin vbi inuocatum
est nomen eius Imposueruntque archam dei
super plaustrum nouum de domo ama
dab Oza autem et fratres eius minabant
archam et plaustrum Porro dauid et
vniuersus israel ludebant coram domino omni
virtute et canticis et in citharis et in
psalterijs et tympanis et cimbalis et
tubis Cum autem peruenissent ad aream
chidon extendit oza manum suam
ut sustentaret archam Bos quippe las
ciuiens paululum reclinauerat eam
Iratus est itaque dominus contra ozam et percussit
eum eo quod tetigisset archam dei et mor
tuus est ibi coram domino Contristatusque
est dauid eo quod diuisisset dominus ozam Vo
cauitque locum illum diuisio oze usque
in presentem diem Et timuit dominum tunc temporis
dicens Quomodo possum ad me introducere
archam domini et ob hanc causam non ea
adduxit ad se hoc est in ciuitatem dauid 2 reg 6

Sed divertit in domum obededom Ge-
thei. Mansit ergo archa dei ibi tribus
mensibus et benedixit dominus domui eius
et omnibus que habebat. Cap xiiii

Misit quoque hiram rex tyri nun-
cios ad david et ligna cedrina
et artifices parietum lignorumque ut edi-
ficarent ei domum. Cognovitque david
quod confirmasset eum dominus in regem super
israel. Et sublevatum esset regnum suum
super populum eius israel. Accepit quoque david
alias uxores in ierusalem genuitque filios
ac filias et hec nomina eorum qui nati
sunt ei in ierusalem. Samua et sobab na-
than et salomon. Iebaar et helisua et
hela et eliphaleth. Noga quoque et na-
pheg et Iaphie et Elisama et
Baliada et helipheleth. Audientes
autem philistiim eo quod unctus esset
david in regem super universum israel as-
cenderunt omnes ut quererent eum. Quod
cum audisset david egressus est obviam
eis. Porro philistiim venientes
diffusi sunt in valle raphaim. Con-
suluitque david dominum dicens: Si ascendam
ad philisteos et si tradas eos in
manu mea. Dixitque ei dominus: Ascende
et tradam eos in manu tua. Cumque illi
ascendissent in baalpharasim percussit
eos ibi david et dixit: Divisit deus
inimicos meos per manum meam sicut
dividuntur aque. Et idcirco vocatum est nomen
loci illius baalpharasim. Dereliquerunt
ibi deos suos quos david iussit
conburi. Alia etiam vice philistiim
irruerunt et diffusi sunt in valle. Con-
suluitque dominum et dixit ei deus: Non
ascendes post eos. Recede ab eis
et venies contra eos ex adverso pirorum.
Cumque audieris sonitum gradientis
in cacumine pirorum tunc egredieris ad
bellum. Egressus est enim deus ante te ut per-
cuciat castra philistiim. Fecit ergo
david sicut preceperat ei dominus et percussit
castra philistinorum de gabaon usque
gazera. Divulgatumque est nomen david
in universis regionibus et dominus dedit pa-
vorem eius super omnes gentes. Capitulum xv

Fecit quoque domos sibi in civitate
david et edificavit locum arche
dei tetenditque ei tabernaculum. Tunc
dixit david: Illicitum est ut a quocumque
portetur archa dei nisi a levitis quos
elegit dominus ad portandam eam et ad ministran-
dum sibi usque in eternum. Congregavit-
que universum israel in ierusalem ut afferre-
tur archa dei in locum suum quem preparaverat
ei. Necnon et filios aaron et levitas.
De filiis caath Uriel princeps fuit
et fratres eius cxx. De filiis merari
asaya princeps et fratres eius ccxx. De
filiis gerson Iohel princeps et fratres eius
cxxx. De filiis elisapha semeias
princeps et fratres eius cc. Et de filiis ebro(n)
helihel princeps et fratres eius lxxx. De
filiis Oziel aminadab princeps et
fratres eius cxii. Vocavitque david Sa-
doch et abyathar sacerdotes et levi-
tas Uriel Asaya Iohel Semeyam
helihel et Aminadab et dixit ad eos
Vos qui estis principes familiarum le-
viticarum sanctificamini cum fratribus vestris
et afferte archam domini dei ~~[illegible]~~ israel ad
locum qui ei preparatus est. Ne ut a principio
~~[illegible]~~ quia non eratis presentes percussit nos
dominus sic et nunc fiat illicitum quid nobis
agentibus. Sanctificati sunt ergo sacerdotes
et levite ut portarent archam domini dei israel.
Et tulerunt filii levi archam dei sicut
preceperat moyses iuxta verbum domini humeris

suis in vertibus. Dixitque david prin-
cipibus levitarum ut constituerent de fra-
tribus suis cantores in organis musicorum
nablis videlicet et lyris et cimbalis ut
resonaret in excelsis sonitus leticie.
Constitueruntque levites heman filium
Iohel et de fratribus eius asaph filium
barachie. De filiis vero merari et de
fratribus eorum ethan filium chusaie et cum
eis fratres eorum in secundo ordine. Za-
chariam et ben et iaziel et semira-
moth et iahiel et ani et heliab
et banaiam et helipbalu et matatia
et obededom et iehiel ianitores.
Porro cantores heman asaph et ethan
in cimbalis eneis concrepantes. Zacha-
rias autem et oziel et semiramoth
et iahiel et hameth et heliab et maasi-
as et banaias in nablis archana ca-
nebant. Porro mathathias et helipha-
lu et macenias et obededom et iehiel et
ozazin in cytharis pro octava canebant
et simthon et epinicion. Choneias
autem princeps levitarum prophetie preerat
ad precinendam melodiam. Erat quippe
valde sapiens. Et barachias et helcha-
na ianitores arche. Porro sebenias
et iosaphat et nathanael et ama-
sia et zacharias et baanias et eliezer
sacerdotes clangebant tubis coram ar-
cha domini. Et obethedom et iehimaas
erant ianitores arche. Igitur david et
omnes maiores natu israel et tribuni
ierunt ad portandum archam federis domini
de domo obededom cum leticia. Cumque
adiuvisset deus levitas qui portabant
archam federis domini ymolabantur vii thau-
ri et vii arietes. Porro david erat
indutus stola bissina et universi levi-
te qui portabant archam cantoresque
et choneias princeps prophetie inter
cantores. David autem etiam indutus erat
ephod lineo. Universusque israel deduce-
bat archam federis domini in iubilo et sonitu
buccine et tubis et cimbalis et nablis
et citharis concrepantes. Cumque pervenisset
archa federis domini usque ad civitatem
david michol filia saul prospiciens
per fenestram vidit regem david saltan-
tem atque ludentem et despexit eum in corde suo.

Attulerunt ergo archam Cap xvi
dei et constituerunt eam in medio
tabernaculi quod tetenderat ei david
et obtulerunt holocausta et pacifica co- offerens
ram deo. Cumque complesset david holoca-
usta et pacifica benedixit populo in nomine
domini et divisit universis per singulos
a viro usque ad mulierem tortam panis
unam et partem assature carnis bubale et
frixam oleo simila. Constituitque co-
ram archa domini de levitis qui minis-
trarent et recordarentur operum eius et
glorificarent atque laudarent dominum deum
israel. Asaph principem et secundum eius zacha-
riam. Porro iahiel et semiramoth
et iehiel et mathatiam et eliab et ba-
naiam et obededom et iehiel super or-
gana psalterii et lyras. Asaph autem
ut cymbalis personaret. Banaiam vero
et iaziel sacerdotes coram archa
canere tuba iugiter. In illo die fecit da-
vid principem ad confitendum domino asaph
et fratres eius. Confitemini domino et invoca-
te nomen eius. Notas in populis facite po-
pulis adinventiones eius. Cantate ei
et psallite ei narrate omnia mirabilia
eius. Laudate nomen sanctum eius. Letetur cor
querentium dominum. Querite dominum et virtutem
eius et querite faciem eius semper. Recorda-
mini mirabilium eius que fecit signorum
illius et iudiciorum oris eius. Semen
israel servi eius filii iacob electi eius. Ipse

hic est psalmus Confitemini primum quod est cente-
simus quartus in ordine psalmorum

dns deus nr in vniuersa tra iudicia eius
Recordamini in sempiternu pacti eius
smonis que pcepit in abraha z iura
menti illius cu Ysaac Et constituit id
Jacob in pceptu z isrl i pactu sempi
ternu d Tibi dabo tra chanaan
funiculu hereditatis vre cu essent pau
ci nro pui et coloni eius Et transie
runt de gente in gente z de regno
ad pplm alterz Non dimisit quemqz
calupniari eos sed increpauit p eis re
ges Nolite tangere xpos meos et in
pphis meis nolite malignari Can
tate dno ois tra annunciate ex die
in diem salutare eius Narrate i gen
tibus glam eius i cunctis pplis mi
rabilia eius Quia magnus dns
et laudabilis nimis z horribilis sr oes
deos Omes ei dij pplorz ydola dns
aut celos fecit Confessio z magnifi
cencia cora illo fortitudo z gaudiu
in loco eius Afferte dno familie pplorz
afferte dno glam et imperiu date dno
glam noi eius Leuate sigmu z sac
ficiu et venite i conspectu eius adorate
dnm in decore sco Commoueatur a fa
cie eius ois tra Ipse ei fundauit tra
et immobilem Letentur celi z exultet
tra z dicant i nacionibus dns regnauit
Tonet mare et plenitudo eius exul
tet agri et oia que i eis sunt Tunc
laudabunt ligna saltus cora dno
qz venit iudicare tra Confitemini
dno qm bonus qm in eternu mia eius
Et dicite Salua nos deus salua
tor nr et congrega nos z erue de
gentibus Vt confiteamur noi tuo sco
et exultemus in carminibus tuis Bene
dictus dns deus isrl ab eterno usqz
in eternu z dicat ois pplus Amen z
ympnu deo Dereliquit itaqz ibi cora
archa federis dni Asaph z fres eius

ut ministraret in conspectu arche iugit
p singulos dies z vices suas Porro
Obededom et fres eius lxviij et obededom
filiu yditun et Oza constituit ianitores
Sadoch aut sacerdote z fres eius sacerdo
tes cora tabernaclo dni i excelso qd
erat in gabaon ut offerret holocausta
dno sup altare holocaustomatis iugi
ter mane z vespe iuxta oia que scripta
sunt in lege dni qua pcepit israheli
et post eu eman et yditun z reliquos
electos vnumquemqz vocabulo suo Ad
confitendum dno qm in eternu mia eius
Eman quoqz et yditun canentes tuba et
quacientes cymbala z oia musicorz
organa ad canendu deo filios aut
yditun fecit esse portarios Reuersusqz
ois pplus i domum suam z dauid ut et bndiceret
et domui sue Capitulum xvij

Cum aut habitaret dauid i domo
sua dixit ad Nathan pphetaz
Ecce ego habito in domo cedrina Ar
cha aut dni sub pellibus e Et ait Na
than ad dauid Omia que in corde
tuo sunt fac dns ei tecum e Igr nocte
illa factus e smo dni ad Nathan dicens
Vade et loquere dauid seruo meo Hec
dicit dns Non edificabis mi domu
ad habitandu Neqz ei mansi in domo
ex eo tpe quo eduxi isrl de terra
egipti usqz ad hanc diem sed fui semp
mutans loca tabernacli et i tentorio
manens cu oi isrl Nunqd locutus sum
saltem vni iudicu isrl quibz pce
peram ut pascerent pplm meu z dixi
Quare non edificasti m domu cedri
nam Nunc itaqz sic loqueris ad seruu
meu dauid Hec dicit dns exercituu
Ego tuli te cum i pascuis sequeretis
grege ut esses dux ppli mei isrl Et
fui tecum quocumqz pexisti z interfeci
omes inimicos tuos cora te Feciqz

nomen tibi grande quasi vnius magnorum qui
celebrantur in terra et dedi locum populo meo
israel plantabitur et habitabit in eo et vltra
non commouebitur Nec filii iniquitatis
atterent eos sicut a principio ex diebus
quibus dedi iudices populo meo israhel
Et humiliaui inimicos tuos vniuersos
Annuncio ergo quod edificaturus sit tibi
dominus domum Cumque impleueris dies tuos
ut vadas ad patres tuos Suscitabo se-
men tuum post te quod erit tibi de filiis tuis
stabiliam — et stabiliam regnum eius Ipse edificabit
mihi domum et firmabo solium eius usque in eternum
Ego ero ei in patrem et ipse erit mihi in filium et
misericordiam meam non auferam ab eo sicut
abstuli ab eo qui ante te fuit et statuam
eum in domo mea et in regno meo usque
in sempiternum Et thronus eius erit fir-
missimus in perpetuum Iuxta omnia verba hec
et iuxta vniuersam visionem istam sic locutus
est Nathan ad dauid Cumque venisset
Rex dauid et sedisset coram domino dixit
Quis ego sum domine deus et que domus
mea ut prestares mihi talia Sed et hoc
parum visum est in conspectu tuo Ideoque
locutus es super domum serui tui etiam in fu-
turum et fecisti me spectabilem super omnes
homines domine deus meus Quid vltra addere
potest dauid cum ita glorificaueris seruum tuum et
cognoueris eum Domine propter famulum tuum
iuxta cor tuum fecisti omnem magnificen-
tiam hanc Et nota esse voluisti vniuer-
sa magnalia Domine non est similis tui et
non est alius deus absque te ex omnibus quos
audiuimus auribus nostris Quis enim est
alius ut populus tuus israel gens vna in terra
ad quam perrexit deus ut liberaret populum
et faceret sibi in magnitudine sua atque
terroribus eiceret nationes a facie eius
quam de egipto liberauerat Et posuisti
populum tuum israel tibi usque in eternum Et tu
domine factus es deus eius Nunc ergo domine
sermo quem locutus es famulo tuo perma-
neat et super domum eius confirmetur in
perpetuum et fac sicut locutus es et perma-
neat et magnificetur nomen tuum usque in sem-
piternum et dicatur Dominus exercituum deus israel
et domus dauid serui eius permanens coram
eo Tu enim domine deus meus reuelasti au-
ricula serui tui ut edificares ei domum
Et idcirco inuenit seruus tuus fiduciam ut
oraret coram te Nunc ergo domine Tu es deus
et locutus es ad seruum tuum tanta beneficia
et cepisti benedicere domui serui tui ut sit
semper coram te Te enim domine benedicente
benedicta erit in perpetuum. Capitulum xviii

Factum est autem post hec ut percuteret
dauid philisteos et humiliaret eos
et tolleret Geth et filias eius de manu
philistiim Percussitque moab et facti sunt
moabite serui dauid offerentes ei mu-
nera Eo tempore percussit dauid etiam Adade-
zer Regem Soba Regionis Emath
quando perrexit ut dilataret imperium suum
usque ad flumen eufraten Cepit ergo da-
uid mille quadrigas eius et vii milia
equitum ac xx milia virorum peditum Sub-
neruauitque omnes equos curruum exceptis
c quadrigis quas reseruauit sibi
Superuenit autem et Sirus damascenus
ut auxilium preberet Adadezer Regi
Soba Sed et huius percussit dauid xxii
milia virorum et posuit milites in da-
masco ut Siria quoque seruiret sibi et offer-
ret munera Adiuuitque eum dominus in
cunctis ad que perrexerat Tulit quoque da-
uid pharetras aureas quas habue-
rant serui adadezer et attulit eas in
ierusalem Necnon et de thabath et chun
vrbibus adadezer eris plurimum de quo
fecit Salomon mare eneum et columpnas

et vasa enea Quod cum audisset thou
rex emath percussisse videlicet david omnem
exercitum adadezer regis Soba misit
Aduram filium suum ad regem david ut
postularet ab eo pacem et congratularetur
ei eo quod expugnasset et percussisset ad
adezer. Adversarius quippe erat thou.
regi Adadezer. Et omnia vasa au
rea et argentea et enea que tulerant
david rex domino. Et argentum et aurum quod
tulerat rex ex universis gentibus tam
de ydumea et moab et filiis amon
quam de philistim et Amalech. Et Abi
sai vero filius Sarvie percussit edom
in valle salinarum xviii milia et con
stituit in Edom presidium ut serviret
ydumea david. Salvavitque dominus
david in cunctis ad que perrexerat.
Regnavit ergo david super universum israel
Et faciebat iudicium atque iusticiam
cuncto populo suo. Porro Joab filius Sar
vie erat super exercitum et Josaphat filius
Abiluth a commentariis. Sadoch autem
filius achitob et Achimelech filius
Abiathar sacerdotes et Suza scri
ba. Banayas quoque filius Joiade super le
giones Cerethi et pheleti. Porro
filii david primi ad manum regis.

Accidit autem ut moreretur Cap. xix
Naas rex filiorum Amon et
regnavit Amon filius eius pro eo. Dixitque
david faciam misericordiam cum Amon filio
Naas. Fecit enim pater eius misericordiam mecum.
Misitque david nuncios ad consolandum
eum super morte patris sui. Cumque venis
sent ad amon dixerunt principes
filiorum amon ad Amon. Tu forsitan
putas quod david honoris causa in pa
trem tuum misit ut consolaretur te. Nonne
ideo ut exploraret et investigaret
scrutaretur civitatem tuam venerunt ad te

servi eius. Igitur Amon pueros david
decalvavit et rasit dimidium barbe eorum
et precidit tunicas eorum a natibus eorum
usque ad pedes et dimisit eos. Quod cum
abiissent et hec mandasset david
misit in occursum eorum. Erant enim totum
mellia (?) sustinuerat et precepit ut ma
nerent in iericho donec crescret barba eorum
et capilli et tunc reverterentur. Videntes autem
filii amon quod iniuriam fecissent david
tam Amon quam reliquus populus miserunt
mille talenta argenti ut conducerent de
Mesopotamia et Syria et maacha
et de Soba currus et equites. Conduxerunt
quoque xxxii milia curruum et regem Maa
cha cum populo eius. Quod cum venissent castra
metati sunt e regione Medaba. Filii
quoque Amon Congregati de urbibus
suis venerunt ad bellum. Quod cum au
disset david misit Joab et omnem exer
citum virorum fortium. Egressi quoque filii Amo
direxerunt aciem ante portam civitatis. Re
ges autem qui ad auxilium venerant sepa
tim in agro steterunt. Igitur Joab intel
ligens bellum ex adverso et post tergum
contra se fieri elegit viros fortissimos
de universo israel. Et precepit contra Syrum.
Reliquam autem partem populi dedit sub manu
Abysai fratris sui et precepit contra filios
Amon. Dixitque Si vicerit me Syrus
auxilio eris mihi. Si autem superaverit te
filii amon Ero tibi in presidium. Con
fortare et agamus viriliter pro populo
nostro et pro urbibus dei nostri. Dominus autem
quod in conspectu suo est bonum faciat.
Percepit ergo Joab et populus qui cum eo erat
contra syrum ad prelium et fugerunt eos. Por
ro filii Amon videntes quod fugisset Sy
rus fugerunt quoque et ipsi Abisay fratrem
eius. Et ingressi sunt civitatem. Reversus
susque est Joab in Jerusalem. Videns autem

Syrus quod cecidisset coram israel. Misit nuncios et adduxit Syrum qui erat trans fluvium. Sophach autem princeps milicie Adadezer erat dux eorum. Quod cum nunciatum esset david. Congregavit universum israel et transivit iordanem. Irruitque in eos et direxit ex adverso aciem. Illis contra pugnantibus. Fugit autem syrus israel. Et interfecit david de syris vii milia curruum et xl milia peditum et Sophach principem exercitus. Videntes autem servi adadezer ab israel se esse superatos transfugerunt ad david et servierunt ei. Noluitque ultra Syria auxilium prebere filiis amon.

Cap. XX

Factum est autem post anni circulum eo tempore quo solent reges ad bella procedere. Congregavit Ioab exercitum et robur milicie et vastavit terram filiorum amon. Perrexitque et obsedit Rabath. Porro david manebat in ierusalem. Cum Ioab percussisset Rabath et destruxisset eam. Tulit autem david coronam Melchon de capite eius et invenit in ea auri pondo talentum et preciosissimas gemmas. Fecitque sibi inde diadema. Manubias quoque urbis plurimas tulit. Populum autem qui erat in ea eduxit et fecit super eos tribulas et trahas et ferrata carpenta transire ita ut dissecarentur et contererentur omnes. Sic fecit david cunctis urbibus filiorum amon. Et reversus est cum omni populo suo in ierusalem. Post hec initum est bellum in Gazer adversus philisteos. In quo percussit Sobochai Vsathites Saphai de genere Raphaym et humiliavit eos. Aliud quoque bellum gestum est adversus philisteos. In quo percussit Adeodatus filius Salti bethlehemites fratrem Goliath gethei cuius haste lignum erat quasi liciatorium texencium. Sed et aliud bellum accidit in geth in quo fuit homo longissimus habens digitos senos id est simul xxiiii qui et ipse de Rapha fuerat stirpe generatus. Hic blasphemavit israel et percussit eum Ionathas filius Samaa fratris david. Hii sunt filii Rapha in geth qui ceciderunt in manu david et servorum eius.

Cap. XXI

Consurrexit autem Sathan contra israel et concitavit david ut numeraret israel. Dixitque david ad Ioab et ad principes populi. Ite et numerate israel a bersabee usque dan et afferte michi numerum ut sciam. Responditque Ioab Augeat dominus populum suum centuplum quam sunt. Nonne domine mi rex omnes servi tui sunt. Quare hoc querit dominus meus quod in peccatum reputetur israeli. Sed sermo regis prevaluit magis. Egressusque est Ioab et circuivit universum israel. Dixitque david numerum eorum quos circuierat. Et inventus est omnis numerus israel mille milia et centum milia virorum educencium gladium. De iuda autem ccc et lxx milia bellatorum. Nam levi et beniamin non numeravit eo quod invitus exequeretur regis imperium. Displicuit autem deo quod iussum erat et percussit israel. Dixitque david ad deum. Peccavi nimis ut hoc facerem. Obsecro aufer iniquitatem servi tui quia insipienter egi. Et locutus est dominus ad gad videntem david dicens. Vade et loquere ad david et dic ei. Hec dicit dominus. Trium tibi optionem do. Vnum quod volueris elige ut faciam tibi. Cumque venisset gad ad david dixit ei Hec dicit dominus. Elige quod volueris. Aut tribus annis famem. Aut tribus mensibus fugere hostes tuos et gladium eorum non posse evadere. Aut tribus diebus gladium domini et mortem versari in terra et angelum domini interfectare

2 Re. 24

in vniuersis vrbibus isrl. Nunc g° vide
quid rndeā ei qui me misit. Et dixit
dauid ad gad. Ex oi pte me angustie
pmut. Sz melius mi e ut incidā i ma
dni qr multe sūt miseraciōes eius qm i ma
hoim. Misit g° dns pestilencia i isrl
et ceciderūt de isrl lxx milia viroz.
Misitqz angelū in ihrlm ut pcuteret ea.
Cumqz pcuteret vidit dns z misertus est
sup magnitudie mali. z imperauit
angelo q pcuciebat. Sufficit. Iam
cesset man9 tua. Porro angelus dni
stabat iuxta arēa arcuna iebusei.
Eleuansqz dauid oculos suos vidit
angelū dni stante int' celū z trā et
euaginatū gladiū in manu sua et
v'su conu' ihrlm. Et ceciderūt tā ipe
qm maiores natu vestiti ciliciis i
tra. Dixitqz dauid ad dnm. Nonne
ego sū q iussi ut numeraret ppls. Ego
sū q peccaui ego qui malū feci. Iste
grex quid cōmeruit. Dne de9 me9
vertatur obsecro man9 tua i me
et in domū pris mei. ppls aūt tu9
nō pcuciat. Angelus aūt dni pcepit
gad ut diceret dauid ut ascenderet
extrueretqz altare dno deo i arēa
arcuna iebusei. Ascēdit g° dauid
iuxta smonē gad quē locutus fuerat
ex smoē dni. Deditqz dauid orna
p loco siclos auri iustissimi ponderis
sexcentos. et edificauit ibi altare dno
obtulitqz holocausta z pacifica et
inuocauit dnm et exaudiuit eū i igne
de celo sup altare holocausti. Pcepit
qz dns angelo z couertit gladiū i va
gina. Protin9 g° dauid videns qd ex
audisset eū dns ymolauit victimas. Ta
bernaculū aūt dni qd fecerat moises
in deserto et altare holocaustoz ea
tempestate erat in excelso gabaon
et nō pualuit ire dauid ad altare
ut ibi obsecraret deū. nimio eni tre
fuerat pterritus videns gladiū angli dni

Dixitqz dauid. Hec e Cap. xxii
dom9 dei et hoc altare i holo
caustū i isrl. et pcepit ut cōgrega
rent oms pselitos de tra isrl. z cōstituit
ex eis latomos ad cedendos lapides
et poliendos ut edificaret dom dei.
Ferrū qz plurimū ad clauos ianuaz
et ad cōmissuras atqz iuncturas pparauit
dauid et eris pondus innumerabile lig
na qz cedrina nō poterant estimari
que sidonii z thyrii deportauerant ad
dauid. Et dixit dauid. Salomon filius
meus puer puulus e z delicatus.
Dom9 aūt quā edificari volo dno ta
lis esse debet. ut i cunctis regionibz
nominetur. Pparabo g° ei necessaria. z ob hāc
causā an mortē suā oms pparauit
impensas. Vocauitqz salomonem filiū suū
et pcepit ei ut edificaret domū
dno deo isrl. Dixitqz dauid
ad salomonē. Fili mi voluntatis
mee fuit ut edificarem domū nomi
dei mei. Sed factus e smo dni ad me
dicens. Multū sanguinem effudisti et
plurima bella bellasti. nō poteris edifi
care domū noi meo tanto effuso sang
uine corā me. Filius q nascetur tibi
erit vir quietissim9. Faciā eū
requiescere ab oibus inimicis suis
p circuitū. z ob hāc causā pacificus
vocabitur. et pacē z otiū dabo i isrl
in cunctis diebus eius. Ipse edifica
bit domū noi meo. Ipse erit mi in
filiū et ego ero ei i prem. Firmabo
qz soliū regni eius sup isrl ieternū.
Nunc ergo fili mi dns sit tecū. et

prospare et edifica domum dño deo tuo sicut locutus est de te. Det quoque tibi dñs prudenciam et sensum ut regere possis isrl et custodire legem dñi dei tui. Tunc enim proficere poteris si custodieris mandata et iudicia que precepit dñs moisi ut doceret isrl. Confortare et viriliter age ne timeas neque paueas. Ecce ego in paupertate mea preparaui impensas domus dñi. Auri talenta centum milia et argenti mille milia talentorum. Eris vero et ferri non est pondus. Vincitur enim numerus magnitudine et ligna et lapides preparaui ad vniuersa impendia. Habes quoque plurimos artifices latomos et cementarios et artifices quoque lignorum et omnium artium ad faciendum opus prudentissimos in auro et argento et ere et ferro cuius non est numerus. Surge igitur et fac et erit dñs tecum. Precepitque dauid cunctis isrl ut adiuuarent salomonem filium suum. Cernitis enim inquiens quod dñs deus vester vobiscum sit et dederit vobis requiem per circuitum et tradiderit omnes inimicos vestros in manu vestra et subiecta sit terra coram dño et coram populo eius. Prebete ergo corda vestra et animas vestras ut queratis dñm deum vestrum et consurgite et edificate sanctuarium dño deo vestro ut introducatur archa federis domini et vasa dño consecrata in domum que edificatur nomini domini.

Cap xxiii

Igitur dauid senex et plenus dierum regem constituit salomonem filium suum super isrl. Et congregauit omnes principes isrl et sacerdotes atque leuitas. Numerati quoque sunt leuite a xxx anno et supra et inuenta sunt xxxviii milia virorum. Ex his electi sunt et distributi in ministerium domus dñi xxiiii milia prepositorum autem et iudicum sex milia. Porro iiii milia ianitores et totidem psaltes canentes dño in organis que fecerat dauid ad canendum. Et distribuit eos dauid per vices filiorum leui. Gerson videlicet et caath et merari. Gerson: leedan et semei. Filii leedan principes iahiel et zetham et iohel tres. Filii semei salomith et oziel et aram tres. Isti principes familiarum leedan. Porro filii semei leeth et ziza et iaus et baria. Isti filii semei iiii. Erat autem leeth prior et ziza secundus. Porro iaus et baria non habuerunt plurimos filios. Ideo in vna familia vnaque domo computati sunt. Filii caat amram isaar hebron et oziel iiii. Filii amram aaron et moyses. Separatusque est aaron ut ministraret in sancta sanctorum ipse et filii eius in sempiternum et adoleret incensum dño secundum ritum suum ac benediceret nomini eius in perpetuum. Moisi quoque hominis dei filii annumerati sunt in tribu leui. Filii moysi gerson et eliezer. Filii gerson subuel primus. Fuerunt autem filii eliezer roobia primus. Et non erant heliezer filii alii. Porro filii roobia multiplicati sunt nimis. Filii isaar salemith primus. Filii hebron ieriabu amarias iaziel iasmaam iiii. Filii oziel micha iesia. Filii merari mooli et musi. Filii mooli eleazar et cis. Mortuus est autem eleazar et non habuit filios sed filias. Acceperuntque eas filii cis fratres earum. Filii musi mooli et eder et ierimuth tres. Hi filii leui in cognationibus et familiis suis principes per vices et

num capitu singlorum qui faciebat
opa ministerij domus dni a xx ãnis
et sup. Dixit enim dauid Requiem de-
dit dns deus isrl ppo suo z habitatorem
in ihrlm usqz in eternu. Nec erit off-
ficij leuitaru ut ultra ptet tab-
naclm et oia vasa eius ad ministrand
Iuxta pcepta quoqz dauid nouissima
supputabitur numerus filiorum leui a xx
ãnis et sup. Et erunt sub manu
filiorum Aaron in cultu domus dni
i vestibulis et i exedris et i loco
purificatois et i sanctuario et i uniu-
sis opibus ministerij tepli dni. Sa-
cerdotes aute sup panes ppositiois
et ad simile sacrificiu et ad laga-
na et azima et sartagine et
ad feruescente simila et ad torrendu
sup omne pondus atqz mensuram
Leuite aut ut stent mane ad confi-
tend et canend dno. Similiter et ad
vesperam tam i oblatoe holocaus-
torum domus dni quam in sabbatis et ka-
lendis et sollempnitatibus reliqs
iuxta num et cerimonias uniuscuiusqz
rei iugiter cora dno z custodiant
obseruatones tabernaculi federis
z ritu sanctuarij z obseruatoem filiorum
aaron fratrum suorum i domo dni Cap

XXIIIJ

Porro filijs Aaron hee
portones erunt filij Aaron
Nadab et Abiu Eleazar z Itha-
mar Mortui sunt aut Nadab z Abiu
an prem suu absqz liberis Sacer-
dotio quoqz functus e Eleazar z Itha-
mar et Diuisit eos dauid i Sa-
doch de filijs Eleazar z Abime-
lech de filijs Ithamar sedm vices

suas z ministeriu Inuentiqz sunt mlto
plures filij Eleazar in principibus
viris quam filij Ithamar Diuisit aut
eis hoc e filijs eleazar pncipes p
familias sedecim Et filijs Itha-
mar p familias z domos suas octo.
Porro diuisit vtrasqz int se fami-
lias sortibus Erant enim pncipes sctua-
rij et pncipes domus dei tam de filijs
eleazar quam de filijs ythamar Descrip-
sitqz eos Semeias filius Nathanael
scriba leuites cora rege z pncipibus
et Sadoch sacdote et Achimelech
filio Abiathar pncipibus quoqz familiarum
sacerdotalium et leuiticarum vnam domum
que pceat ceteris eleazar et alteram domu
que sub se hebat ceteros ythamar Exi-
uit aut sors pma Ioiarib scda Ie-
deie tcia Harim qrta Seorim qn-
ta melchie sexta maian septima
achos octaua Abia Nona Iesu decima
sethenia xi heliasib xij Iacim xiij
opha xiiij ysbaal xv belga xvi Em-
mer xvij Ezir xviij afepses xix
phetcia xx Iezechehel xxi Iachin
xxij gamul xxiij dalayaz xxiiij
maziam hee vices filiorum leui scdm
ministria sua ut ingrediant domu dei
et iuxta ritu suu sub manu aaron pa-
tris eorum sicut pcepit dns deus isrl
Porro filiorum leui qui reliqui fuant
de reliquis filijs Amram pnceps
erat Subahel z filij eius Et mlta filij
leui sunt scdm domos familiarum suarum
Miseruntqz et ipi sortes contra fra-
tres suos filios aaron coram dauid
rege et Sadoch z Achimelech et
principibus familiarum sacerdo-
talium et leuiticarum tam maio-
res quam minores omnes enim
sors equalis p oia z i oibus diuidebat

Capitulum XXV

Igitur dauid ⁊ magistratus
exercitus segregauerit in ministerium filios
asaph et eman ⁊ yditun qui prophetarent
in cytharis ⁊ psalteriis ⁊ cymbalis secundum
numerum suum dedicato sibi officio seruientes
De filiis asaph zachur ⁊ ioseph ⁊ Na-
thania ⁊ Aserela filii asaph sub ma-
nu asaph prophetantes iuxta regem Porro
ydithun filii iditun Godolias Sorisi
as Iesaias ⁊ Mathatias sub manu
patris sui ydithun qui in cythara prophetabat
super confitentes et laudantes dominum Hec
man quoque filii hemam Bocciau Matha-
nia Ozihel Subuel Ierimoth Ana-
nia Anani Eliatha Geldethi Romei
thiezer ⁊ Iesbathasi ⁊ Amolothi O-
thir Masioth Omnes isti filii heman
videntes regis in sermonibus dei ut
exaltaret cornu Deditque deus hema
filios xiiii ⁊ filias tres Vniuersi sub
manu patris sui ad cantandum in templo domini
distributi erant in cymbalis ⁊ psalteriis
⁊ citharis in ministeria domus domini iuxta
regem Asaph videlicet ⁊ yditun ⁊ heman
Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis qui
erudiebant canticum domini ⁊ cuncti doctores
CC lxxxviii Miseruntque sortes per vices
suas ex equo tam maior quam minor
doctus pariter ⁊ indoctus Egressaque est
sors prima Ioseph qui erat de asaph ii
Godolie iii Zachur ipsi ⁊ filiis eius et
fratribus eius xii iiii Isari filiis ⁊ fratribus
eius xii v Nathanie filiis ⁊ fratribus
eius xii vi Boccima filiis ⁊ fratribus eius xii
vii Isreela filiis ⁊ fratribus eius xii viii
Isaie filiis ⁊ fratribus eius xii ix Matha-
thie x et ut supra xi Semeie xii Az-
rahel xiii Asabie xiv Subuhel
xv Mathathie xvi Ierimoth xvii
Ananie xviii Iesbochaze xix Ana-
nam xx Mellochi xxi Eliatha
xxii Othir xxiii Godoliathi xxiv
Masimth xxv Romathiezer filiis ⁊
fratribus eius xii

Capitulum XXVI

Diuisiones autem Ianitorum
de choritis Messelenia filius
Chore de filiis asaph Filii messele-
ne Zacharias primogenitus Iedihel
secundus Zadabias tercius Iathanael
quartus Ianal quintus Iohana sextus
Helionagi septimus Filii autem obededom
Semeias primogenitus Iozadab secundus
Iohaaz tercius Sechar quartus Nathanael quintus
Amihel vi Isachar vii Polluati
viii quia benedixit illi dominus Semei autem
filio eius nati sunt filii presecti famili-
arum suarum Erant enim fortissimi viri Fi-
lii ergo Semeie Othni ⁊ Raphael
et Obediel Zadab ⁊ fratres eius fortissimi
viri Helyu quoque ⁊ Samathias Omnes
hii de filiis Obededom Ipsi ⁊ filii et
fratres eorum viri fortissimi ad ministrandum
lxii de obededom Porro messelen-
ne filii ⁊ fratres robustissimi xviii De hosa
autem id est de filiis Merari Sechri principes
Non enim habuerat primogenitum ⁊ idcirco
posuerat eum pater eius in principem Helchi-
as secundus Thebelias iii Zacharias iiii
Omnes hii filii ⁊ fratres oza xiii Hii
diuisi sunt in ianitores ut semper principes
custodiarum sicut ⁊ fratres eorum ministrarent
in domo domini Missae sunt ergo sortes ex
equo paruis et magnis per familias suas
in vnaquaque portarum Cecidit autem sors
orientalis Semelie Porro zacharie
filio eius viro prudentissimo ⁊ erudito
obtigit fortuito plaga septentrionalis
Obededom vero ⁊ filiis eius ad austrum in
qua parte domus erat seniorum concilium
Sephima et Ohosi ad occidentem iuxta
portam que ducit ad viam ascensionis
custodia contra custodiam Ad orientem vero
leuite sex Et ad aquilonem iiii or per diem
atque ad meridiem similiter in die iiii or et

ubi erat consilium bini et bini In cellu-
lis quoque ianitorum meridiem via bini per
cellulas. Hee sunt divisiones ianitorum
filiorum chore et merari. Porro achi-
as erat super thesauros domus domini ac va-
sa sanctorum. Filii leedan filii gerson
de leedan principes leedan familiarum
Gerson iehieli. Filii iehieli zathan
et iohel fratres eius super thesauros domus domini
Amramitis et isaaritis et hebro-
nitis et ozielitis. Sebuel autem filius
gerson filii moysi prepositus erat thesau-
ris. Fratres quoque eius eliezer cuius filius Raabia et
huius filius Isaias et huius filius Joram
huius quoque filius zechri sed et huius filius
Selemith. Ipse selemith et fratres eius
super thesauros sanctorum que sanctificavit
david rex et principes familiarum et
tribuni et centuriones et duces exer-
citus de bellis et manubiis preliorum
que consecraverant ad instaurationem
et supellectilem templi domini. Hec autem
universa sanctificavit Samuel videns et
Saul filius cis et Abner filius ner et
Ioab filius sarvie. Omnes qui sanctifica-
verunt ea per manum Selemith et
fratrum eius. Isaarithis vero preerat Cho-
nenias et filii eius ad opera forinsecus
super israel ad docendum et ad iudicandum eos.
Porro de hebronitis Asabias et
fratres eius viri fortissimi
mille septingenti preerant israel trans-
iordanem contra occidentem in cunctis operi-
bus domini et in ministerium regis. Hebro-
nitarum autem princeps fuit Ieria secundum
familias et cognationes eorum. Quadra-
gesimo anno regni david recensiti sunt
et inventi viri fortissimi in Iazer Galaad.
Fratresque eius robustioris etatis duo

milia septingenti principes familiarum. Pre-
posuit autem eos david rex rubenitis
et gadditis et dimidie tribui manas-
se in omne ministerium dei et regis. Ca. xxvii

Filii autem israel secundum numerum suum prin-
cipes familiarum tribuni centuriones
et prefecti qui ministrabant regi iuxta
turmas suas ingredientes et egre-
dientes per singulos menses in anno xxiiii^or
milibus singuli preerant. Prime turme in
primo mense iesboam preerat filius zab-
diel et sub eo xxiiii^or milia. De filiis
phares princeps cunctorum principum in exer-
citu mense primo. Secundi mensis habebat
turma dudia ahohites et post se alterum
nomine macelloth qui regebat partem exerci-
tus xxiiii^or milium. Dux quoque turme
tertie in mense tertio erat banaias filius
ioiade sacerdos et in divisione sua
xxiiii^or milia. Ipse est banaias for-
tissimus inter xxx et super xxx. Preerat
autem turme ipsius amizabath filius eius.
Quartus mense quarto asahel frater
ioab et zabadias filius eius post eum et
in turma sua xxiiii^or milia. Quintus mense
quintus princeps samaoth iezarithes
et in turma eius xxiiii^or milia. Sextus in
sexto mense hyra thecuites et in turma
eius xxiiii^or milia. Octavus in mense octa- b
vo sobochai husathites de stirpe
zarai et in turma eius xxiiii^or milia. Sep- a
timus in septimo mense helles phalanites
de filiis effraym et in turma eius xxiiii^or milia.
Nonus mense nono abiezer anatho-
tites de stirpe gemini et in turma eius xxiiii^or
milia. Decimus mense decimo marai et ipse
nethophatites de stirpe zarai et in turma eius
xx^ti milia. Undecimus mense xi banaias
pharatonites de filiis effraym et in turma eius
xx milia. Duodecimus mense xii holdai
nethophatites de stirpe gothoniel et

in turma eius xx iiii milia. Porro tribubus
preerant israel Rubenitis dux Eliezer
filius Zechri Symeonitis dux Apha-
tias filius Maacha Levitis Asabias filius
Chamuel Aaronitis Zadoch Iude
Eliab frater David Isacharitis Amri filius
Michael Zabulonitis Iesmaias filius
Abdie Neptalimitis Ierimoth filius Ozi-
el filiis autem Effraym preerat Ozee filius Oza-
zim Dimidie tribui Manasse Iohel
filius Phadaie Et dimidie tribui Ma-
nasse in Galaad Iaddo filius Zacharie
Beniamin autem Iaziel filius Abner Dan vero
Ezrihel filius Ieroam. Hii principes filiorum
israel Noluit autem David numerare eos a vi-
ginti annis inferius quia dixerat dominus quod multiplica-
ret israel quasi stellas celi Ioab filius Sar-
vie cepit numerare, sed non complevit quia super
hoc ira dei irruerat super israel. Et id-
circo numerus eorum qui fuerant recensiti non
est relatus in fastos regis David Super
thesauros autem regis fuit Asymoth filius
Adihel his autem thesauris qui erant in
urbibus et in vicis et in turribus presidebat
Ionathas filius Ozie Operi autem rustico
et agricolis qui exercebant terram preerat
Ezri filius Chelub Vinearumque culto-
ribus Semeias Romathites Cel-
lis autem vinariis Zabdias Aphonites
Nam super oliveta et ficeta que erant
in campestribus Balanan Gaderites
Super apothecas autem olei Ioas Porro
armentis que pascebant in Saron
prepositus fuit Cethrai Saronites Et
super boves in vallibus Saphad filius
Adli Super camelos vero Ubil Ysma-
helites Et super asinos Iadias Mero-
natites Super oves quoque Iaziz Aggareus
Omnes hii principes substancie regis David
Ionathan autem patruus David consiliarius
vir potens et prudens et litteratus

Ipse et Iahihel filius Athamoni erant cum
filiis regis Achitophel etiam consili-
arius regis et Chusi Arachites amicus
regis post Achitophel fuit Ioiada
filius Banaia et Abiathar Princeps autem
exercitus regis erat Ioab Capitulum xxviii

Convocavit ergo David omnes
principes israel duces tribuum
et prepositos turmarum qui ministrabant
regi Tribunos quoque et centuriones et qui
preerant substancie et possessionibus regis filios
quoque suos cum eunuchis et potentes et
robustissimos quosque in exercitu Ierusalem
Cumque surrexisset rex et stetisset ait
Audite me fratres mei et populus meus
Cogitavi ut edificarem domum in qua
requiesceret archa federis domini et sca-
bellum pedum dei nostri Et ad edificandum
omnia preparavi Deus autem dixit michi Non
edificabis domum nomini meo eo quod sis
vir bellator et sanguinem fuderis Sed
elegit dominus deus israel me de universa
domo patris mei ut essem rex super
israel in sempiternum De Iuda enim elegit
principes Porro de domo Iuda domum
patris mei et de filiis patris mei placuit
ei ut me eligeret regem super cunctum israel
Sed et de filiis meis filios enim mul-
tos dedit michi dominus Elegit Salomonem
filium meum ut sederet in throno re-
gni domini super israel Dixitque michi Salomon
filius tuus edificabit domum meam et
atria mea Ipsum enim elegi michi in filium
Et ego ero ei in patrem et firmabo regnum
eius usque in eternum si perseveraverit
facere precepta mea et iudicia sicut et hodie
Nunc ergo coram universo cetu israel
audiente deo nostro custodite et perqui-
rite cuncta mandata domini dei nostri ut
possideatis terram bonam et relinquatis

ea filiis vestris post vos usque in sempiternum.
Tu autem Salomon fili mi scito deum patris
tui et servi ei corde perfecto et animo volun-
tario. Omnia enim corda scrutatur dominus et
universas mentium cogitationes intelligit.
Si quesieris eum invenies. Si autem dereliqueris
eum proiciet te in eternum. Nunc ergo quia elegit
te dominus ut edificares domum sanctuarii con-
fortare et perfice. Dedit autem David
Salomoni filio suo descriptionem porticus
et templi et cellariorum et cenaculi et cubi-
culorum in abditis et domus propiciatorii
necnon et omnium que cogitaverat atriorum
et exedrarum per circuitum in thesauros
domus domini et in thesauros sanctorum divisi-
onumque sacerdotalium et leviticarum in omnia
opera domus domini et in universa vasa mi-
nisterii templi domini. Aurum in pondere per
singula vasa ministerii. Argenti quoque pro
vasorum et operum diversitate. Sed et ad
candelabra aurea et ad lucernas eorum
aurum pro mensura uniuscuiusque candelabri
et lucernarum. Similiter et in candelabris ar-
genteis et in lucernis eorum pro diversitate
mensure pondus argenti tradidit. Au-
rum quoque dedit in mensam propositionis pro
diversitate mensure. Similiter et argentum
in alias mensas argenteas. Ad fusci-
nulas quoque et fialas et thuribula ex
auro purissimo et leunculos aureos
pro qualitate mensure pondus distribuit.
Similiter et in leones argenteos diversum
argenti pondus separavit. Altari autem in quo
adolebatur incensum aurum purissimum dedit
ut ex ipso fieret similitudo quadrige che-
rubim extendentium alas et velan-
tium archam federis domini. Omnia inquit vene-
runt scripta manu domini ad me ut intel-
ligerem universa opera exemplaris. Dixit

quoque David Salomoni filio suo. Viriliter
age et confortare et fac. Ne timeas et ne
paveas. Deus meus tecum erit et non dimit-
tet te nec derelinquet donec perficias omne
opus ministerii domus domini. Ecce divisi-
ones sacerdotum et levitarum in omne opus
ministerii domus domini. Assistent tibi et pa-
rati sunt et noverunt tam principes quam populus fa-
cere omnia precepta tua. Capitulum XXIX

Locutusque est rex David ad omnem
ecclesiam. Salomonem filium meum
elegit deus adhuc puerum et tenellum.
Opus enim grande est neque enim homini paratur
habitatio sed deo. Ego autem totis viribus
meis preparavi impensas domus dei mei. Au-
rum ad vasa aurea. Argentum in argen-
tea. Es in enea. Ferrum in ferrea. Lig-
num ad lignea. Lapides onichinos et quasi
stibinos et diversorum colorum omnemque pretiosum
lapidem et marmor parium habundan-
tissime. Et super hec obtuli que in domum
dei mei de peculio meo aurum et ar-
gentum do in templum dei mei exceptis
hiis que preparavi in edem sanctam. Tria mi-
lia talenta auri de auro ophir. Et
septem milia talentorum argenti probatis-
simi ad deaurandos parietes templi.
Et ubicumque opus est aurum de auro et
ubicumque opus est argento argentum opera
fiat per manus artificum. Et si quis sponte
offert impleat manum suam hodie et
offerat quod voluerit domino. Polliciti sunt
itaque principes familiarum et proceres tribuum
israel tribuni quoque et centuriones et princi-
pes principum possessionum regis. Dede-
runtque in opera domus domini auri tale-
ta quinque milia et solidos decem milia.
Argenti talenta x milia. Et eris ta-
lenta xviii milia. Ferri quoque c milia
talentorum. Et apud quemcumque inventi

sut lapides dederut in thesaur⁹
dom⁹ dn̄i p man᷑ Jehiel gersonit
letatusq₃ e pp̄l⁹ cu vota spōte pro
mitterent q₂ toto corde offerebat ea
dn̄o. Sed et dauid rex letatus e
gaudio magno et benedixit dn̄o cora
vniusa multitudie ₇ ait Benedictꝰ
es dn̄e deus isrl̄ patris nr̄i ab eterno
in eternu. Tua e dn̄e magnificencia
et ptas ₇ gl̄a atq₃ victoria ₇ t̄ laus.
Cuncta eni que i celo sut ₇ i terra tua
sut. Tuu dn̄e regnu e₇ tu es sr
om̄s principes. Tue diuicie ₇ tua e
gl̄a tu dn̄aris om̄i. In manu tua
v[ir]tus et potencia. In manu tua mag
nitudo et imperiu om̄i. Nunc g° deꝰ
nr̄ confitemur tibi ₇ laudam⁹ nom̄
tuu inclitu. Quis ego et qs pp̄ls
meus ut possim⁹ hec tibi vniusa
ꝓmitte. Tua sut oīa et que de manu
tua accepim⁹ dedim⁹ tibi. Peregri
eni sum⁹ cora te ₇ aduene sicut
om̄s prēs nr̄i. Dies nr̄i q̄si vmbra
sup terram ₇ nulla e mora. Dn̄e deus
nr̄ om̄is hec copia qua parauim⁹ ut
edificaretur dom⁹ noi sc̄o tuo de
manu tua e et tua sut oīa. Scio dn̄e
deus q₂ pbes corda ₇ simplicitate
diligas. Vn̄ et ego in simplicitate
cordis mei letus obtuli vniuersa
hec et pp̄lm tuu q̄ hic repꝰt9 e vidi
cu ingenti gaudio tibi offerre do
naria. Dn̄e deus abraham ₇ ysaac et
isrl̄ patru nr̄oꝝ serua in eternu hac
volutate cordis eoꝝ et semp i ve
neratoem tui mens ista pmaneat.
Salomoi q₃ filio meo da cor per
fectu ut custodiat mandata tua
et testioia tua et cerimoias tuas
et faciat vniusa et edificet edem
tui impensas paraui. Precepit at
dauid vniuse ecc̄e. Benedicite dn̄o deo
vr̄o. Et bndixit oīs eccā dn̄o deo
patru suoꝝ et inclinauerut se ₇ ado
rauert eu et deinde rege. Imola
ueruntq₃ victias dn̄o ₇ obtulerut
holocausta die sequēti thauros
mille et arietes mille et agnos
mille cu libaminibus suis ₇ vniuso
ritu habudatissie in omē₃ isrl̄ et
comederut et biberut cora dn̄o
in die illa in grandi leticia ₇ vnx
erut scd̄o Salomone filiu dauid.
Vnxerut at in dn̄o principe ₇ Sadoch
in potifice. Seditq₃ Salon super
soliu dauid dn̄i i rege p dauid
prē suo et cunctis placuit ₇ paru
it illi oīs isrl̄. Sed et vniusi prīci
pes et potentes et cuncti filij regꝭ
dauid dederut manu ₇ subiecti
fuerut Salomoi regi. Magnificau[i]t
g° dn̄s Salomone sup oē₃ isrl̄
et dedit illi gl̄am regni qualem
nullus an habuit rex israhel. Ig[itur]
dauid filius ysay regnauit sup
israhel vniusu. Et dies quibus
regnauit super israhel fuert xl
ani. In ebron regnauit septem
anis. Et in ierl̄m triginta tribus.
Et mortuus est in senectute bona
plenus dieru et diuicijs et gloria.
Regnauitq₃ Salomon filius eius
pro eo. Gesta autem dauid regis
priora et nouissima scripta sut
in libro Samuel videntis et i li
bro Nathan pph̄e atq₃ in volumi
ne Gad videntis. Vniuersiq₃ reg
ni eius ₇ fortitudinis ₇ temporu
que transierut sub eo siue i isrl̄
siue in cunctis regnis terraꝝ. Expli
cit p⁹ lib' paralippomenon

Incipit prologus in librum paralipomenon

Eusebius Ieronimus Domnioni et Rogatiano suis in Christo Ihesu salutem. Quomodo grecorum historias magis intelligunt qui athenas viderint et tertium virgilii librum qui a troade per leucaten et acroceraunia ad siciliam et inde ad ostia tiberis navigaverint, ita sanctam scripturam lucidius intuebitur qui iudeam oculis contemplatus est et antiquarum urbium memorias locorumque vel eadem vocabula vel mutata cognoverit. Unde et nobis cure fuit cum eruditissimis hebreorum hunc laborem subire ut circuiremus provinciam quam universe christi ecclesie sonant. Fateor enim mi Domnion et Rogatiane numquam me in divinis voluminibus propriis viribus credidisse nec habuisse magistrum opinionem meam. Sed ea etiam de quibus scire me arbitrabar interrogasse me solitum, quanto magis de his super quibus anceps eram. Denique cum a me nuper litteris flagitassetis ut vobis paralipomenon latino sermone transferrem, de tiberiade legis quondam doctorem qui apud hebreos admirationi habebatur assumpsi et contuli cum eo a vertice ut aiunt usque ad extremum unguem et sic confirmatus ausus sum facere quod iubebatis. Libere enim vobis loquor, ita in grecis et latinis codicibus hic nominum liber vitiosus est ut non tam hebrea quam barbara quedam et sarmatica nomina coniecta arbitrandum sit. Nec hoc septuaginta interpretibus qui spiritu sancto pleni ea que vera fuerant transtulerunt, sed scriptorum culpe ascribendum dum de inemendatis scriptitant et sepe tria nomina subtractis e medio syllabis in unum vocabulum cogunt vel e regione unum nomen propter latitudinem suam in duo vel tria vocabula dividunt. Sed et ipse appellationes non hominum ut plerique estimant sed urbium et regionum et saltuum et provinciarum sonant et oblique sub interpretatione et figura eorum quedam narrantur historie, de quibus in regnorum libro dicitur: Nonne ecce hec scripta sunt in libro verborum dierum regum iuda, que utique in nostris codicibus non habentur. Hoc primum sciendum quod apud hebreos paralipomenon liber sit et apud illos vocetur dabreiamin id est verba dierum, qui propter magnitudinem apud nos divisus est, quod nonnulli in bruto et ciceronis dialogo faciunt ut eum in tres partes secent cum unus a suo auctore sit editus. Deinde etiam id attendendum quod frequenter nomina non vocabula hominum sed rerum ut diximus significantias sonant. Ad extremum quod omnis eruditio scripturarum in hoc libro continetur et historie que vel pretermisse sunt in suis locis vel perstricte leviter, hic per quedam verborum compendia explicantur. Dominum itaque vestrum adiutus auxilio meum librum benivolis placiturum, invidis esse displiciturum quomodo ambigo. Contraria ei quisque ut ait plinius malunt contempnere quam discere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget hebreos, suam conscientiam recolat, videat ordinem textumque sermonis et tunc de nostro labore si potuerit detrahat. Ubicumque ergo asteriscos id est stellas radiare in hoc volumine videritis, ibi sciatis de hebreo additum quod in latinis codicibus non habetur. Ubi vero obelus transversa scilicet virga preposita est, illic significatur quod septuaginta interpretes addiderunt vel ob decoris gratiam vel ob spiritus sancti auctoritatem et in hebreis voluminibus non legitur.



Jncipit scdus liber palippon Cam I

Onfortatus e igit Salo
mon filius dauid i regno
suo z dns erat cu eo et
magnificauit eu i excelsu
Precepitqz salon vniu
so israheli tribubus et
centurionibus et iudicibus z duci
bus ois isrl et pncipibus familiaru
Et abijt cu vniusa mltitudie i ex
celsum Gabaon vbi erat thaberna
culu federis dni quod fecit moyses
famulus dei in solitudie. Archa at
dei adduxerat dauid de cariathiari
in locu que pparauerat ei z vbi fixerat
illi thabernaculu hoc e in irlm.
Altare quoqz eneu quod fabricauerat
Beseleel filius vri filij Vr ibi
erat cora tabernaclo dni quod re
quisiuit Salon et ois eccla. Ascen
ditqz Salon ad altare eneu cora ta
bernaclo federis dni z obtulit in eo
mille hostias. Ecce at i ipa nocte
apparuit ei deus d. Postula qd vis
ut dem tibi. Dixitqz Salon deo Tu
fecisti cu pre meo dauid mmaz mia
nam et constituisti me. Regem p eo
Nunc g° dne deus impleatur sermo tu
que pollicitus es dauid pri meo. Tu
eni fecisti me regem sup pplm tuu
mltu q tam inumerabilis e q puluis
Da m sapiam z intelligentia ut in
grediar z egrediar coram pplo tuo.
Quis eni pt hunc pplm tuu digne q ta
grandis e iudicare. Dixit at dns
ad Salom. Quia hoc magis pla
cuit cordi tuo Et no postulasti di
uicias z sbam et glam neqz aias
eoz qui te oderut sed nec dies vite
plurimos. Petisti at sapiaz z sciam
ut iudicare possis pplm meu super
que constitui te rege. Sapia z scia
data sut tibi. Diuicias at z sbam
z glam dabo tibi ita ut nllus i re
gibus n an te n post te fuerit silis
tui. Venit g° Salon ab excelso ga
baon in irlm cora thabnaclo fe
deris et regnauit sup isrl. Cogre
gauitqz sibi curus et equites. Et fa
cti sut ei mille qdringenti curus z xij milia
equitu. et fecit eos ee i vrbibus
quadrigaru et cu rege i irlm. Pre
buitqz rex i irlm argetu z auru
q lapides et cedros q sicomoros
que nascuntur i capestribus mltitudie
magna. Adducebant at ei equi
de egipto et de Choa a negociato
ribus regis qui et emebat precio q
drigaru equoz sexcetis argenteis
et equu c l similiter de vniuersis reg
nis Ethecoz z a regibus Sirie emp
tio celebrabatur.

Capitulum ij

Decreuit at Salon edificare
domu noi dni et pallaciu
sibi Et numerauit lxx milia viroz p
tancium humeris et lxxx milia qui
cederent lapides i motibus. ppositos
q eoz tria milia sexcetos. Misit
quoqz ad hyram regem Thyri dicens

Sicut egisti cum patre meo david et mi-
sisti ei ligna cedrina ut edificaret
sibi domum in qua et habitavit. Sic fac
mecum ut edificem domum nomini domini dei
mei et consecrem eam ad adolendum
incensum coram illo, et fumigandum aro-
mata et ad propositionem panum sempiter-
nam et holocaustomata mane et vespe-
re. Sabbatis quoque et neomeniis et
sollempnitatibus domini dei nostri in sempi-
ternum que mandata sunt israhel. Domus
enim quam edificare cupio magna est.
Magnus enim est dominus deus noster super omnes
deos. Quis ergo poterit prevalere ut edifi-
cet ei dignam domum? Si celum et celi
celorum capere eum nequeunt, quantus ego sum
ut possim ei edificare domum? Sed ad
hoc tantum ut adoleatur incensum coram illo.
Mitte ergo mihi virum eruditum qui noverit
operari in auro et argento ere et ferro pur-
pura coccino et iacincto et qui sciat scul-
pere celaturas cum hiis artificibus quos
mecum habeo in iudea et in ierusalem quos
preparavit pater meus david. Sed et ligna
cedrina mitte mihi et thyma et pinea
de libano. Scio enim quod servi tui noverint
cedere ligna de libano et erunt servi
mei cum servis tuis ut parentur mihi ligna
plurima. Domus enim quam edificare cu-
pio magna est nimis et inclita. Preterea
operariis qui cesuri sunt ligna servis
tuis dabo in cibaria tritici, choros
xx milia, et ordei choros totidem, olei
quoque sata xx milia. Dixit autem hyram
rex tyri per litteras quas miserat
Salomoni: Quia dilexit dominus populum
suum, ideo te regnare fecit super eum
et addidit dicens: Benedictus dominus
deus israhel qui fecit celum et terram, qui dedit
david regi filium sapientem et eruditum
et sensatum atque prudentem ut edifi-
caret domino domum et pallacium sibi. Misi

ergo tibi virum prudentem et scientissimum
hyram fabrum patrem meum, filium mulie-
ris de filiabus dan. Cuius pater fuit
tyrius, qui novit operari in auro et in
argento, et ere, et ferro, et marmore,
et lignis, purpura quoque, et coccino, et qui
sciat celare omnem sculpturam et adin-
venire prudenter quodcumque in opere ne-
cessarium est cum artificibus domini mei
david patris tui. Triticum ergo et ordeum
et oleum et vinum que pollicitus es
domine mi, mitte servis tuis. Nos autem ce-
demus ligna de libano quot necessaria ha-
bueris et applicabimus ea ratibus per
mare in ioppen. Tuum autem erit ea trans-
ferre in ierusalem. Numeravit ergo Salon omnes
viros proselitos qui erant in terra israhel post
dinumerationem quam dinumeravit david pa-
tris eius. Et inventi sunt CLIII milia et sex-
centi. Fecitque ex eis lxx milia qui
humeris onera portarent, et lxxx milia
qui lapides in montibus ciderent. Tria
milia autem et sexcentos prepositos operum popu-
li.

Et cepit Salon edificare **Capitulum iii.**
domum domini in ierusalem in monte moria
qui demonstratus fuerat david patri
eius, in loco quem paraverat david in
area ornam iebusei. Cepit autem edifi-
care mense secundo anno quarto regni sui
et hec sunt fundamenta que iecit salon
ut edificaret domum dei, longitudinis cu-
bitos in mensura prima lx, latitudinis
cubitos xx. Porticum autem ante frontem
que extendebatur in longum iuxta mensuram
latitudinis domus cubitorum xx. Por-
ro altitudo cxx cubitorum erat. Et de-
auravit eam intrinsecus auro mundissimo.
Domum quoque maiorem texit tabulis ab-
iegnis et laminas auri obrizi af-
fixit per totum. Sculpsitque in ea palmas
et quasi catenulas se invicem complectentes

Strauit q3 pauimetu templi p̄ciosis-
simo marmore decore multo Porro au-
ru erat p̄batissimu de cuius laminis tex(it)
domu et trabes eius ⁊ postes ⁊ pie-
tes et ostia et celauit cherubin ī pie-
tibus Fecit q3 domu sci scor̄ logi-
tudie iuxta latitudine dom⁹ cubitor̄
xx et latitudine silit xx cubitoru
et laminis aureis texit ea q̄ si talētis
sexcentis Sed et clauos fecit aure-
os ita ut singuli claui siclos qinqua-
genos appenderent Cenacula quoq3
texit auro Fecit etia in domo sancti
scor̄ cherubin duos ope statuario
et texit eos auro Ale cherubin xx cu-
bitis extendebantur Ita ut vna ala
haberet cubitos qinq3 ⁊ tāgeret parietem
domus Et altera qinq3 cubitos habens
et ala tāgeret alti⁹ cherub Similit(er)
cherub alti⁹ ala qinq3 habebat cubi-
tos et tangebat parietem Et altera
ala qinq3 cubitor̄ ala cherub alti⁹
cōtingebat Igit(ur) ale vtriusq3 cherub
expanse erant et extendebant(ur) per
cubitos xx Ipsi aūt stabant erectis
pedibus Et facies eor̄ verse erant
ad exteriore domu Fecit q3 veliu ex
iacincto et purpura coccino ⁊ bisso
et intexuit ei cherubin Ante fores
etia templi duas colupnas q̄ xxxv
cubitos habebat altitudinis Porro ca-
pita eor̄ qinq3 cubitor̄ necnō ⁊ q̄si
cathenulas in oraculo ⁊ superposuit eas
capitibus colupnar̄ Malogranata
etia centu q̄ cathenulis intro-
posuit Ipas quoq3 colupnas posuit
in vestibulo templi vna a dextris
Alteram vo a sinistris Eam aute
q̄ ad dexteram erat vocauit Iachim
Et q̄ ad leuam erat vocauit Booz
hoc ē in robore Et hoc ē firmitas

Fecit quoq3 altare Cap̄ iiij
eneu xx cubitor̄ logitu-
dinis Et xx cubitor̄ latitudinis
et x cubitor̄ altitudinis Mare etia
eneu fusile x cubitor̄ a labio usq3
ad labiu rotundu p̄ circuitu Quin-
q3 cubitos hebat altitudinis ⁊ funi-
culus xxx cubitor̄ ambiebat gi-
ru eius Silitudo q3 boum erat
subter illud ⁊ decē cubitis quedā
extrinsecus celature q̄si duob3 ver-
sibus labiu maris circuibat Bo-
ues aūt fusiles et ipm mare sup
xij boues positu erat quor̄ tres
respiciebant ad aqlonē ⁊ alij tres
ad occidentē Porro tres alij meridie
⁊ alij tres oriente habentes mare
superpositu Posteriora aūt boū erant
intrinsecus sub mari Porro vasti-
tas eius hebat mensura palme et
labiu illius erat q̄si labiu calicis ut
repandi lilij Capiebatq3 in se men-
sure tria milia metretas Fecit q3
conchas decē et posuit qinq3 a dextris
et qinq3 a sinistris ut lauarent in eis
oia que in holocaustu oblatura erant
Porro ī mari sacerdotes lauabant(ur)
Fecit aūt ⁊ candelabra x scdm spe-
ciē qua iusserat fieri et posuit ea
in templo qinq3 a dextris ⁊ qinq3
a sinistris Necnō ⁊ mensas x
posuitq3 eas in templo qinq3 a dextris
et qinq3 a sinistris Fialas quoq3
aureas centu fecit Fecit atriu sacer-
dotu et basilica grandē et ostia
in basilica que texit ere Porro
mare posuit in latere dextro cont(ra)
orientē ad meridiē Fecit etiam
hyram lebetes et creagras et
phialas et cōpleuit oēm op⁹ regis

in domo dei Hor et columpnas duas
et epistilia et capita que quedam re-
ticula que capita tegerent super epis-
tilia Malogranata quoque CCCC et reticu-
la duo ita ut bini ordines malogra-
natorum singulis reticulis iungeren-
tur que protegerent epistilia et capita
columpnarum Bases etiam fecit et conchas
quas supposuit basibus Mare unum
Boves quoque XII sub mari et lebetes
et creagras et fialas Omnia vasa fe-
cit hiram Salomoni patri eius in domo
domini ex ere mundissimo In regione
iordanis fudit ea rex in argillosa
terra inter Sochot et Saredata
Erat autem multitudo vasorum innume-
rabilis ita ut ignoraretur pondus
eris Fecitque Salomon omnia vasa domus
dei altare aureum et mensas et super
eas panes propositionis Candelabra
quoque cum lucernis suis ut lucerent
ante oraculum iuxta ritum ex auro pu-
rissimo et florentia quedam et lucer-
nas et forcipes aureos Omnia
de auro mundissimo facta sunt Thimi-
ateria quoque et thuribula et fialas et
mortariola ex auro purissimo
Et ostia celavit templi interioris
id est in sancta sanctorum Et ostia templi forin-
secus aurea Sicque completum est
omne opus quod fecit Salomon
in domo domini Intulit igitur salomon
omnia que voverat david pater eius
argentum et aurum et universa vasa
posuit in thesauris domus domini Cap v

Postea congregavit Salomon
omnes maiores natu israhel
et cunctos principes tribuum et capita
familiarum de filiis israel in iherusalem ut
adducerent archam federis domini de civi-
tate david que est syon Venerunt itaque
ad Regem omnes viri israel in die
sollempni mensis septimi Cumque ve-
nissent cuncti seniorum israel portantes
levite archam et intulerunt eam
et omnem paraturam tabernaculi
Porro vasa sanctuarii que erant in
tabernaculo portaverunt sacerdo-
tes cum levitis Rex autem Salomon
et universus cetus filiorum israel et omnes
qui fuerant congregati ante archam
ymolabant arietes et boves absque
ullo numero Tanta enim erat multitudo
victimarum Et intulerunt sacerdotes
archam federis domini in locum suum id est
ad oraculum templi in sancta sanctorum
subtus alas cherubin Ita ut che-
rubin expanderent alas super locum in
quo posita erat archa et ipsam ar-
cham tegerent cum vectibus suis Vec-
tium autem quibus portabatur archa que
paululum longiores erant capita
parebant ante oraculum Si vero quis
paululum fuisset extrinsecus eos vide-
re non poterat Fuit itaque archa ibi usque
in presentem diem Nichilque aliud erat
in archa nisi due tabule quas posu-
erat moyses in oreb quando legem dedit
deus filiis israel egredientibus ex egip-
to Egressis autem sacerdotibus de sanctua-
rio omnes enim sacerdotes qui ibi po-
terant inveniri sanctificati sunt Nec
adhuc in illo tempore vices et ministerii
ordo inter eos divisus erat tam levi-
te quam cantores id est et qui sub heman
et qui sub ydithun filii et fratres eorum
vestiti bissinis cymbalis et psalte-
riis et cytharis concrepabant stan-
tes ad orientalem plagam altaris
Et cum eis sacerdotes centum viginti canentes
tubis Igitur cunctis et tubis et voce
et cimbalis et organis et diversi generibus
musicorum concinentibus et vocem in

sublime tollentibus longe sonitus audi-
ebatur ita ut cum dominum laudare cepissent
et dicere Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum
misericordia eius impleretur domus dei nube ut
non possent sacerdotes stare et ministrare
propter caliginem Compleverat enim gloria
domini domum domini Capitulum vj

3 reg viii°
Tunc Salomon ait Dominus pollicitus est
ut habitaret in caligine Ego autem
edificavi domum nomini eius ut habitaret ibi
in perpetuum Et convertit rex faciem suam
et benedixit universe multitudini israel Nam
omnis turba stabat intenta et ait Be-
nedictus dominus deus israel qui quod locutus
est david patri meo opere implevit dicens
A die qua eduxi populum meum de terra e-
gipti non elegi civitatem de cunctis
tribubus israel ut edificaretur in ea domus
nomini meo neque alium virum quemquam ele-
gi ut esset dux in populo meo israel Sed
elegi ierusalem ut sit nomen meum in ea et ele-
gi david ut constituerem eum super populum meum
israel Cumque fuisset voluntatis david patris
mei ut edificaret domum nomini dei mei
israel dixit dominus ad eum Quia hec fuit
voluntas tua ut edificares domum nomini
meo bene quidem fecisti huiuscemodi habere
voluntatem Sed tu non edificabis mihi
domum Verumtamen filius tuus qui egredietur de
lumbis tuis ipse edificabit domum nomini
meo Complevit ergo dominus sermonem suum
quem locutus fuerat Et ego surrexi pro da-
vid patre meo et sedi super thronum israel
sicut locutus est dominus et edificavi domum
nomini domini dei mei israel et posui in ea ar-
cham in qua est pactum domini quod pepigit
cum filiis israel Stetit ergo coram altari domini
ex adverso universe multitudinis israel et
extendit manus suas Siquidem fecerat
Salomon basim eneam et posuerat eam in
medio basilice habentem quinque cubitos
longitudinis et quinque latitudinis et tres
cubitos altitudinis Stetitque super eam

Et deinceps flexis genibus contra
obseruet custodias dni. Leuite autem circumdent regem habentes singuli arma sua. Et si quis alius ingressus fuerit templum interficiatur. Sintque cum rege intrante et egrediente. Fecerunt ergo leuite et vniuersus Juda iuxta omnia que preceperat Joiada pontifex et assumpserunt singuli viros qui sub se erant et veniebant per ordinem sabbati cum hijs qui iam impleuerant sabbatum et egressuri erant. Siquidem Joiada pontifex non dimiserat turmas que sibi per singulas ebdomadas succedere consueuerant. Deditque Joiada sacerdos centurionibus lanceas clipeosque et peltas regis Dauid quas consecrauerat in domum dni. Constituitque omnem populum tenentium pugiones a parte templi dextra usque ad partem templi sinistra coram altari et templo

= Joas per circuitum regis. Et duxerunt filium regis et imposuerunt ei diadema et testimonium in manu eius tenendam legem et constituerunt eum regem. Unxitque eum Joiada pontifex et filij eius inprecatique sunt atque dixerunt Viuat rex. Quod cum audisset athalia vocem scilicet currentium atque laudantium regem ingressa est ad populum in templum dni. Cumque vidisset regem stantem super gradum in introitu et principes turmasque circa eum omnemque populum terre gaudentem atque clangentem tubis et diuersi generis organis concinentem vocemque laudantium scidit vestimenta sua et ait Insidie insidie. Egressus autem Joiada pontifex ad centuriones et principes exercitus dixit eis Educite illam extra septa templi et interficiatur foris gladio. Precepitque sacerdos ne occideretur in domo dni. Et imposuerunt ceruicibus eius manus. Cumque intrasset portam equorum domus regis interfecerunt eam ibi. Pepigit autem Joiada fedus inter se vniuersumque populum et regem ut esset populus dni. Itaque ingressus est omnis populus domum baal et destruxit eam et altaria ac simulachra illius confregerunt. Mathan autem sacerdotem baal interfecerunt ante aras. Constituit autem Joiada prepositos in domo dni ut sub manibus sacerdotum et leuitarum quos distribuit Dauid in domo dni offerret holocausta dno sicut scriptum est in libro moysi in gaudio et canticis iuxta dispositionem Dauid. Constituit quoque ianitores in portis domus dni ut non ingrederetur in eam immundus in omni re. Assumpsitque centuriones et fortissimos viros ac principes populi et omne vulgus terre. Et fecerunt descendere regem de domo dni et introire per medium porte superioris in domum regis. Et collocauerunt eum in solio regali. Letatusque est omnis populus terre et vrbs quieuit. Porro Athalia interfecta est gladio.

Cap. xxiiij

Septem annorum erat Joas cum regnare cepisset et xl annis regnauit in Jerusalem. Nomen matris eius Sebia de Bersabee. Fecitque quod bonum erat coram dno cunctis diebus Joiade sacerdotis. Accepit autem Joiada vxores duas de quibus genuit filios et filias. Post que placuit Joas ut instauraret domum dni. Congregauitque sacerdotes et leuitas et dixit eis. Egredimini ad ciuitates Juda et colligite de vniuerso Israel pecuniam ad sarta tecta templi dni dei vestri

per singulos annos festinatoque hoc
facite. Porro levite egere negli-
gentius. Vocavitque rex Joiada prin-
cipem et dixit ei. Quare non fuit cure
tibi ut cogeres levitas inferre de Iu-
da et ierusalem pecuniam que constituta est
a moyse servo domini ut inferret eam
omnis multitudo israel in tabernaculum tes-
timonii. Athalia enim impiissima et filii
eius destruxerant domum dei et de uni-
versis que sanctificata fuerant templo domini
ornaverant fanum baalim. Precepit
ergo rex et fecerunt archam posueruntque
eam iuxta portam domini forinsecus et predica-
tum est in Iuda et ierusalem ut deferrent sin-
guli precium domino quod constituit moyses
servus dei super omnem israel in deserto.
Letatique sunt principes cuncti et omnis
populus et ingressi contulerunt in archam domini
atque miserunt ita ut impleretur. Cumque
tempus esset ut deferrent archam coram
Rege per manus levitarum. Videbant enim
multam pecuniam. Ingrediebatur scriba
regis et quem primus sacerdos constitue-
rat effundebatque pecuniam que erat in
archa. Porro archam reportabant ad
locum suum. Sicque faciebant per singulos
dies et congregata est infinita pecunia. Quam
dederunt Rex et Joiada hiis qui preerant
operibus domus domini. At illi conducebant
ex ea cesores lapidum et artifices
operum singulorum ut instaurarent domum
domini fabros quoque ferri et eris ut quod ca-
dere ceperat fulciretur. Egeruntque hii qui opera-
bantur industrie et obducebatur parie-
tum cicatrix per manus eorum ac suscitaverunt
domum domini in statum pristinum et firmiter eam stare
fecerunt. Cumque complessent omnia opera
coram rege et Joiada. Reliquam partem
pecunie de qua facta sunt vasa templi in mini-
sterium et holocausta. Fiale quoque et ce-
tera vasa aurea et argentea et offere-
bantur holocausta in domo domini iugiter
cunctis diebus Joiade. Senuit autem Joia-
da plenus dierum et mortuus est cum esset
C xxx annorum. Sepelieruntque eum in civitate
david cum regibus eo quod fecisset bonum cum israel
et cum deo et cum domo eius. Postquam autem
obiit Joiada. Ingressi sunt principes Iu-
da et adoraverunt regem. Qui delinitus
obsequiis eorum acquievit eis et dereliquer-
runt templum domini dei patrum suorum servie-
runtque lucis ac sculptilibus. Et facta est
ira domini contra Iudam et ierusalem propter hoc
peccatum. Mittebatque eis prophetas ut rever-
terentur ad dominum quos protestantes illi audire
nolebant. Spiritus itaque domini induit Za-
chariam filium Joiade sacerdotem et stetit
in conspectu populi. Et dixit. Hec dicit dominus
Quare transgredimini preceptum domini quod
vobis non proderit et dereliquistis dominum ut
derelinqueret vos. Qui congregati adversus — Mt 23 Ecce mitto ad vos prophetas etc.
eum miserunt lapides iuxta regis imperium
in atrio domus domini. Et non est recor-
datus Rex Joas misericordie quam fecerat Jo-
iada pater illius secum sed interfecit filium
eius. Qui cum moreretur ait. Videat — Zacharias lapidatur
dominus et requirat. Cumque evolutus esset annus
Descendit contra eum exercitus syrie. Venitque
in Iuda et ierusalem et interfecit cunc-
tos principes populi atque universam predam
miserunt regi damascum. Et certe
cum permodicus venisset numerus syrorum tra-
didit dominus in manibus eorum infinitam
multitudinem eo quod dereliquissent dominum deum
patrum suorum. In Joas quoque ignominiosa ex-
ercuere iudicia et abeuntes dimise-
runt eum in langworibus magnis. Sur-
rexerunt autem contra eum servi sui in ultio-
nem sanguinis filii Joiade sacerdotis et

occiderunt eum in lectulo suo et mor-
tuus est. Sepelieruntque eum in civitate
david. Sed non in sepulchris regum.

Regnavit autem amasias. Capitulum xxv
filius eius pro eo. xxv annorum
erat cum regnare cepisset et xxix an-
nis regnavit in ierusalem. Fecitque bonum
in conspectu domini verumtamen non in corde
perfecto. Cumque roboratum sibi videret
imperium iugulavit servos qui occide-
rant regem patrem suum. Sed filios
eorum non interfecit sicut scriptum est in libro
legis moisi ubi precepit dominus dicens.
Non occidentur patres pro filiis neque
filii pro patribus suis sed unusquisque
in peccato suo morietur. Congregavit
igitur amasias iudam et constituit eos
per familias tribunosque et centuriones
in universo iuda et ierusalem et beniamin
et recensuit a xx annis et supra. Invene-
runtque xxx milia iuvenum qui
egrederentur ad pugnam et tene-
rent hastam et clipeum. Mercede quoque con-
duxit de israel c milia robustorum centum ta-
lentis argenti. Venit autem homo dei ad
eum et ait. O rex non egrediatur
tecum exercitus israel. Non est enim deus cum
israel et cunctis filiis effraym. Quod si
putas in robore exercitus bella con-
sistere superari te faciet dominus ab hos-
tibus. Dei quippe est adiuvare et in fu-
gam convertere. Dixitque amasias ad
hominem dei. Quid ergo fiet de c talen-
tis que dedi militibus israel. Et re-
spondit homo dei. Habet dominus unde tibi
dare possit multo plura hiis. Separavit
itaque amasias exercitum qui venerat
ad eum ex effraym ut reverteretur in locum
suum. At illi contra iudam vehementer
irati reversi sunt in regionem suam. Por-
ro amasias confidenter eduxit populum
suum. Et abiit in vallem salinarum per-
cussitque filios seir x milia et alia
x milia ceperunt filii iuda et addux-
erunt ad preruptum cuiusdam petre precipi-
taveruntque eos de summo in preceps qui
universi crepuerunt. At ille exercitus
quem dimiserat amasias ne secum
iret ad prelium diffusus est in civitatibus iu-
da a samaria usque betheron et in-
terfectis tribus milibus diripuit
predam magnam. Amasias vero post cedem
ydumeorum et allatos deos filiorum
seir statuit eos in deos sibi et
adorabat eos et illis adolebat in-
censum. Quam ob rem iratus dominus contra
amasiam misit ad illum prophetam qui di-
ceret ei. Cur adorasti deos qui non libe-
raverunt populum suum de manu tua. Cum-
que hec ille loqueretur respondit ei. Num consili-
arius regis es. Quiesce ne forte
interficiam te. Discedensque propheta vado
inquit scio quod dominus cogitaverit occidere
te quia fecisti hoc malum. Et insuper
non acquievisti consilio meo. Igitur
amasias rex iuda inito consilio
pessimo misit ad ioas filium ioa-
chaz filii hieu regem israel dicens. Veni
videamus nos mutuo. At ille remi-
sit nuncios dicens. Carduus qui est in libano
misit ad cedrum libani dicens. Da filio
meo filiam tuam uxorem. Et ecce bes-
tie que erant in silva libani transierunt
et conculcaverunt carduum. Dixisti percussi
edom et idcirco erigitur cor tuum in su-
perbiam. Sede in domo tua. Cur malum
adversum te provocas ut cadas tu et
iuda tecum. Noluit audire amasias

eo quod domini esset voluntas ut traderetur
in manus hostium propter deos edom.
Ascendit igitur Joas rex israel et
mutuos sibi prebuere conspectus. Ama-
sias autem rex juda erat in bethsames
jude. Corruitque juda coram israel et
fugit in tabernacula sua. Porro
Joas rex israel cepit amasiam regem
juda in bethsames et duxit eum in
jerusalem. Destruxitque muros eius a porta
effraym usque ad portam anguli quadringentis
cubitis. Omne quoque aurum et argentum et
vasa que reperit in domo domini et in do-
mo regis necnon et filios obsidum reduxit
in Samariam. Reliqua vero sermonum a-
masie scripta sunt in libro regum juda.
Qui postquam recessit a domino tetenderunt
ei insidias in jerusalem. Cumque fugisset
lachis miserunt et interfecerunt eum ibi
reportatumque super equos sepelierunt eum
cum patribus suis in civitate david. Capitulum XXVI

Omnis autem populus juda filium eius
oziam annorum xvi constituit re-
gem pro patre suo amasia. Ipse edifi-
cavit Ahilach et restituit eam di-
cioni jude postquam dormivit rex cum
patribus suis et regnavit lii annis in
jerusalem. Fecitque quod erat rectum in conspectu
domini iuxta omnia que fecerat amasias pater eius
et exquisivit dominum in diebus zacharie
intelligentis deum. Cumque requireret deum di-
rexit eum in omnibus. Denique egressus est
et pugnavit contra philisteos et destruxit
murum geth et murum iabnie et murum
azoti. Edificavitque oppida in azotho et
philistim. Et adiuvit eum deus contra
philisteos et contra arabes et contra ammonitas.
Pendebantque ammonite munera ozie
et divulgatum est nomen eius usque ad introi-
tum egipti propter crebras victorias.
Edificavitque ozias turres in jerusalem super
portam anguli et super portam vallis.
Extruxitque turres in solitudine et effo-
dit cisternas plurimas eo quod haberet
multa pecora tam in campestribus quam
in heremi vastitate. Vineas quoque habuit
et vinitores in montibus et in carme-
lo. Erat quippe homo agriculture deditus.
Fuit autem exercitus bellatorum eius qui
procedebant ad prelia sub manu jehiel
scribe maasieque doctoris et sub manu
ananie qui erat de ducibus regis. Omnisque
numerus principum per familias suas virorum
fortium duum milium sexcentorum. Et sub
eis universus exercitus trecentorum et vii
milium quingentorum qui erant apti ad
bellum et pro rege contra adversarios dimi-
cabant. Preparavit quoque ozias cuncto exerci-
tui clipeos et hastas et galeas
et loricas arcusque et fundas ad
iaciendos lapides. Et fecit in jerusalem
diversi generis machinas quas in turribus
collocavit et in angulis murorum ut mit-
terent sagittas et saxa grandia. Egressumque
est nomen eius procul eo quod auxiliaretur
ei dominus et corroborasset illum. Sed cum
roboratus esset elevatum est cor eius in
interitum suum et neglexit dominum deum
suum. Ingressusque templum domini adolere
voluit incensum super altare thimia-
matis. Statimque ingressus est post eum aza-
rias sacerdos et cum eo sacerdotes domini
lxxx viri fortissimi et restiterunt regi
atque dixerunt. Non est tui officii ozia ut
adoleas incensum domino sed sacerdotum
domini hoc est filiorum aaron qui consecrati
sunt ad huiusmodi ministerium. Egre-
dere de sanctuario ne contempseris quia
non reputabitur tibi in gloriam a domino
deo. Iratusque est ozias et tenens in

manu thuribulum ut adoleret incen-
sum minabatur sacerdotibus. Statimque
orta est lepra in fronte eius coram sa-
cerdotibus in domo domini super altare
thimiamatis. Cumque respexisset
eum Azarias pontifex et omnes reliqui
sacerdotes viderunt lepram in fronte
eius et festinato expulerunt eum.
Sed et ipse perterritus acceleravit egre-
di eo quod sensisset illico plagam domini.
Fuit ergo Ozias leprosus usque ad diem
mortis sue et habitavit in domo separata
plenus lepra ob quam eiectus fuerat de
domo domini. Porro Joathan filius eius
rexit domum regis et iudicabat populum terre. Reliqua
autem sermonum Ozie priorum et novissimorum scrip-
sit Ysaias filius Amos propheta. Dormivitque
Ozias cum patribus suis et sepelie-
runt eum in agro regalium sepulcrorum
eo quod esset leprosus. Regnavitque Joathan
filius eius pro eo. Capitulum XXVII

Viginti quinque annorum erat Joathan
cum regnare cepisset et XVI
annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris
eius Jerusa filia Sadoch. Fecitque
quod rectum erat coram domino iuxta omnia que
fecerat Ozias pater eius excepto quod non
est ingressus templum domini et adhuc populus de-
linquebat. Ipse edificavit portam domus domini
excelsam et in muro Ophel mul-
ta construxit. Urbes quoque edificavit in
montibus Juda et in saltibus castella
et turres. Ipse pugnavit contra regem filiorum
Ammon et vicit eum. Dederuntque ei filii
Ammon in tempore illo C talenta argenti et X
milia choros tritici. Hec ei tribue-
runt filii Ammon in anno secundo et tertio. Et decem
milia choros ordei. Corroboratusque
est Joathan eo quod direxisset vias suas
coram domino deo suo. Reliqua autem sermonum
Joathan et pugne eius et opera scripta
sunt in libro Regum Israel et Juda. XXV annorum

erat Joathan cum regnare cepisset et
XVI annis regnavit in Jerusalem. Dormivit-
que Joathan cum patribus suis et sepelierunt
eum in civitate David et regnavit Achas filius eius pro eo.

Viginti annorum erat Achas XXVIII°
cum regnare cepisset et XVI annis regnavit
in Jerusalem. Non fecit rectum in conspectu domini
sicut David pater eius, sed ambulavit in viis
regum Israel. Insuper et statuas fudit Baa-
lim. Ipse est qui adolevit incensum in valle
Benennon et lustravit filios suos in igne
iuxta ritum gentium quas interfecit dominus in
adventu filiorum Israel. Sacrificabat quoque et thi-
miamata succendebat in excelsis et in col-
libus et sub omni ligno frondoso. Tradiditque
eum dominus deus eius in manu regis Syrie
qui percussit eum magnamque predam cepit
de imperio eius et adduxit in Damascum. Ma-
nibus quoque regis Israel traditus est et percussus
plaga grandi. Occiditque Phacee filius
Romelie de Juda CXX milia in die uno
omnes viros bellatores eo quod reliquissent
dominum deum patrum suorum. Eodem tempore occidit
Zechri vir potens ex Effraym Maasiam
filium regis et Ezricham ducem domus eius et Hel-
chanam quoque secundum a rege. Ceperuntque filii
Israel de fratribus suis ducenta milia mu-
lierum puerorum et puellarum et infinitam pre-
dam pertuleruntque eam in Samariam. Ea tem-
pestate erat ibi propheta domini nomine Obed, qui
egressus obviam exercitui venienti in Sama-
riam et dixit eis. Ecce iratus dominus
deus patrum vestrorum contra Judam tradidit eos
in manibus vestris et occidistis atrociter ita
ut in celum pertingeret vestra crudelitas. In-
super filios Juda et Jerusalem vultis vobis subi-
cere in servos et ancillas, quod nequaquam facto
opus est. Peccastis enim super hoc domino deo
vestro. Sed audite consilium meum et redu-
cite captivos quos adduxistis de fratribus
vestris quia magnus furor domini imminet

vobis. Steterunt itaque viri principes
de principibus filiorum Effraym: Azarias
filius Johanan, Barachias filius Mosolla-
moth, Ezechias filius Sellum, et Amasi-
as filius Adali, contra eos qui veniebant
de prelio et dixerunt eis: Non introducetis
huc captivos, ne peccemus Domino. Qua-
re vultis adicere super peccata nostra et vete-
ra cumulare delicta? Grande quippe peccatum
est, et ira furoris Domini imminet super Israel.
Dimiseruntque viri bellatores predam
et universa que ceperant coram princi-
pibus et omni multitudine. Steteruntque
viri quos supra memoravimus et apprehen-
dentes captivos, omnesque qui nudi erant
vestierunt de spoliis. Cumque vestissent
eos et calciassent et refecissent cibo
et potu unxissentque propter laborem
et adhibuissent eis curam, quicumque
ambulare non poterant et erant imbe-
cilli corpore, imposuerunt eos iumentis
et adduxerunt Jericho civitatem palmarum
ad fratres eorum. Ipsique reversi sunt in Sama-
riam. In tempore illo misit rex Achas ad
regem Assiriorum postulans auxilium. Ve-
neruntque Ydumei et percusserunt multos
ex Juda et ceperunt predam magnam. Phi-
listiim quoque diffusi sunt per urbes campestres
et ad meridiem Juda. Ceperuntque Bethsa-
mes, Haylon et Gaderoth, Sochot quoque
et Thanna et Zamzo cum viculis suis,
et habitaverunt in eis. Humiliaverat enim Dominus
Judam propter Achaz regem Juda, eo quod nu-
dasset eum auxilio et contemptui habuisset
Dominum. Adduxitque contra eum Teglaphala-
sar regem Assiriorum qui et afflixit eum
et nullo resistente vastavit. Igitur Achaz
spoliata domo Domini et domo regum
et principum dedit regi Assiriorum mu-
nera, et tamen nichil ei profuit. Insuper et
tempore angustie sue auxit contemptum
in Dominum. Ipse rex per se Achaz ymolavit
diis Damasci victimas percussoribus suis,
et dixit: Dii regum Syrie auxiliantur
eis, quos ego placabo hostiis et
aderunt mihi, cum e contrario ipsi fuerint
ruine ei et universo Israel. Direptis ita-
que Achas omnibus vasis domus Dei atque
confractis clausit ianuas templi Dei
et fecit sibi altaria in universis angu-
lis Jerusalem. In omnibus quoque urbibus Juda extruxit
aras ad cremandum thus atque ad iracun-
diam provocavit Dominum Deum patrum suorum. Reli-
qua autem sermonum eius et operum suorum scripta sunt
in libro regum Israel et Juda. Dormivitque Achaz
cum patribus suis et sepelierunt eum in Jerusalem. Neque enim re-
ceperunt eum in sepulchra regum Israel. Reg-
navitque Ezechias filius eius pro eo. Cap. XXIX

Igitur Ezechias regnare cepit cum XXV
annorum esset, et XXIX annis regnavit
in Jerusalem. Nomen autem matris eius Abia filia
Zacharie. Fecitque quod placitum erat
in conspectu Domini iuxta omnia que fecerat Da-
vid pater eius. Ipse anno et mense primo
regni sui aperuit valvas domus Domini
et instauravit eas. Adduxitque sacerdotes
atque levitas et congregavit eos in plateam
orientalem dixitque ad eos: Audite
me levite et sanctificamini et mundate domum
Domini Dei patrum vestrorum. Auferte omnem
immundiciam de sanctuario. Peccaverunt
patres nostri et fecerunt malum in conspectu Domini
Dei nostri derelinquentes eum. Averterunt facies
suas a tabernaculo Domini Dei nostri et prebue-
runt dorsum. Clauserunt ostia que erant
in porticu et extinxerunt lucernas. Incensum-
que non adoleverunt et holocausta non
obtulerunt in sanctuario Dei Israel. Concitatus
est itaque furor Domini super Judam et Jerusalem. Tra-
diditque eos in commotionem et interitum et in
sibilum sicut ipsi cernitis oculis vestris. En
corruerunt patres nostri gladiis, filii nostri
et filie nostre et coniuges nostre captive ducte

sunt capti hoc scelere. Nunc igitur placet
mihi ut ineamus fedus cum domino deo israel
ut avertat a nobis furorem ire sue. Filii
mei nolite negligere. Vos elegit dominus
ut stetis coram eo et ministretis illi co-
latisque eum et cremetis ei incensum. Sur-
rexerunt igitur levite. Maath filius ama-
sie et iohel filius azarie de filiis caath.
Porro de filiis merari. Cis filius abdy
et azarias filius Jalaleel. De filiis autem gerson
Joha filius zemma et Eden filius Johaa. Verum
de filiis helisaphan. Zamri et Jahiel. De fi-
liis quoque asaph. Zacharias et mathanias.
Necnon de filiis heman. Jahiel et semei.
Sed et de filiis idithun. Semeias et oziel. Con-
gregaveruntque fratres suos et sanctificati sunt. Et
ingressi sunt iuxta mandatum regis et imperium domini
ut expiarent domum domini. Sacerdotes quoque
ingressi templum domini ut sanctificarent illud ex-
tulerunt omnem inmundiciam quam intus reppererant
in vestibulo domus domini quam tulerunt levite
et asportaverunt ad torrentem cedron foras.
Ceperunt autem prima die mensis primi mundare
et in die octavo eiusdem mensis ingressi sunt por-
ticum templi domini. Expiaveruntque tem-
plum diebus octo. Et in die xvi mensis eiusdem
quod ceperant impleverunt. Ingressi quoque sunt
ad ezechiam regem et dixerunt ei. Sanctifica-
vimus omnem domum domini et altare holocausti
vasaque eius et mensam propositionis cum omnibus va-
sis suis. Cunctaque templi supellectilem
quam polluerat rex achaz in regno suo
postquam prevaricatus est. Et ecce exposita sunt
omnia coram altari domini. Consurgensque dilu-
culo ezechias rex. Adunavit omnes prin-
cipes civitatis et ascendit in domum domini. Obtu-
lerunt quoque simul thauros vii et agnos vii
et arietes vii et hircos vii pro peccato pro regno
et pro sanctuario pro iuda. Dixitque sacerdo-
tibus filiis aaron ut offerrent super al-
tare domini. Mactaverunt igitur thauros et

susceperunt sanguinem sacerdotes et fude-
runt illum super altare. Mactaverunt etiam ari-
etes et agnos et illorum quoque sanguinem super altare
fuderunt. Applicaverunt quoque hircos pro peccato
coram rege et universa multitudine imposue-
runtque manus suas super eos et immolaverunt
illos sacerdotes et asperserunt sanguinem eorum
coram altari pro piaculo universi israel. Pro
omni quippe israel preceperat rex ut holocaus-
tum fieret et pro peccato. Constituit quoque levitas
in domo domini cum cymbalis et psalteriis et ci-
tharis secundum dispositionem regis david et
gad videntis et nathan prophete. Siquidem
preceptum domini fuit per manum prophetarum eius. Ste-
teruntque levite tenentes organa david
et sacerdotes tubas. Et iussit ezechias
rex ut offerrent holocausta super altare.
Cumque offerrentur holocausta ceperunt laudes ca-
nere domino et clangere tubis atque in diversis
organis que david preparaverat concrepare.
Omni autem turba adorante cantores et hii
qui tenebant tubas erant in officio suo donec
compleretur holocaustum. Cumque finita esset
oblacio incurvatus est rex et omnes qui erant
cum eo et adoraverunt. Precepitque ezechi-
as et principes levitis ut laudarent
dominum sermonibus david et asaph videntis.
Qui laudaverunt eum magna leticia
et incurvato genu adoraverunt. Ezechias autem
hoc etiam addidit. Implestis manus
vestras domino. Accedite et offerte vic-
timas et laudes in domo domini. Obtu-
lit igitur universa multitudo hostias et
laudes et holocausta mente devota.
Porro numerus holocaustorum que obtulit
multitudo hec fuit. Thauros septuaginta arie-
tes centum. Agnos ducentos. Sanctificaveruntque domino
boves sexcentos et oves tria milia.
Sacerdotes vero pauci erant nec po-
terant sufficere ut pelles holocaustorum

detrahentes unde et levite fratres eorum
adiuverunt eos donec impleretur opus
et sanctificarentur antistites levite quippe
faciliori ritu sanctificantur quam sacerdotes
fuerunt ergo holocausta plurima adipes
pacificorum et libamina holocaustorum
et completus est cultus domus domini leta-
tusque est ezechias et omnis populus eo quod mini-
sterium domini esset expletum de repente quippe
hoc fieri placuerat. Capitulum XXX

Misit quoque ezechias ad omnem israel
et iudam scripsitque epistolas ad ef-
fraym et manassen ut venirent in
domum domini in ierusalem et facerent phase
domino deo israel. Inito igitur consilio regis
et principum et universi cetus ierusalem de-
creverunt ut facerent phase mense
secundo. Non enim potuerant facere in tempore suo quia
sacerdotes qui possent sufficere sanctificati
non fuerant et populus non dum congregatus
fuerat in ierusalem. Placuitque sermo regi
et omni multitudini et decreverunt ut mitte-
rent nuntios in universum israel de bersa-
bee usque dan ut venirent et facerent pha-
se domino deo israel in ierusalem. Multi enim non
fecerant sicut in lege scriptum est. Perrexe-
runtque cursores cum epistolis ex regis
imperio et principum eius in universum israel et
Epistola iudam iuxta quod rex iusserat predicantes
et filii israel revertimini ad dominum deum abra-
ham ysaac et israel et revertetur ad reliquias
que effugerunt manum regis assiriorum.
Nolite fieri sicut patres vestri et fratres qui
recesserunt a domino deo patrum suorum et tra-
didit eos in interitum ut ipsi cernitis.
Nolite indurare cervices vestras sicut
patres vestri. Tradite manus domino
et venite ad sanctuarium eius quod sanctificavit
in eternum. Servite domino deo patrum vestrorum
et avertetur a vobis ira furoris eius.
Si enim vos reversi fueritis ad dominum fratres
vestri et filii vestri habebunt misericordiam coram dominis
suis qui illos duxerunt captivos et
revertentur in terram hanc. Pius enim et clemens
est dominus deus vester et non avertet faciem suam
a vobis si reversi fueritis ad eum. Igitur
cursores pergebant velociter de ci-
vitate in civitatem per terram effraym et ma-
nassen usque zabulon. Illis irridentibus
et subsannantibus eos. Attamen viri
quidam ex aser et manasse et zabu-
lon acquiescentes consilio venerunt in ierusalem.
In iuda vero facta est manus domini ut daret
eis cor unum et facerent iuxta preceptum
regis et principum verbum domini. Congregati-
que sunt in ierusalem populi multi ut facerent
sollempnitatem azimorum in mense secundo.
Et surgentes destruxerunt altaria
que erant in ierusalem atque universa in quibus
idolis adolebatur incensum subvertentes proie-
cerunt in torrentem cedron. Immolaverunt
autem phase quartadecima die mensis secundi. Sacerdotes
quoque atque levite tandem sanctificati obtule-
runt holocausta in domo domini. Steteruntque
in ordine suo iuxta dispositionem et legem
moysi hominis dei. Sacerdotes vero suscipi-
ebant effundendum sanguinem de manibus
levitarum eo quod multa turba sanctificata non
esset et idcirco immolarent levite
phase his qui non occurrerant sanctificari
domino. Magna etenim pars populi de effraym
et manasse et ysachar et zabulon
que sanctificata non fuerit comedit phase
non iuxta quod scriptum est. Et oravit pro eis
ezechias dicens. Dominus bonus propiciabitur
cunctis qui in toto corde requirunt dominum
deum patrum suorum et non imputabit eis
quod minus sanctificati sunt. Quem exaudivit
deus et placatus est populo. Feceruntque

filii israel qui inventi sunt in ierusalem sollempnitatem azimorum vii diebus in leticia magna laudantes dominum per singulos dies levite quoque et sacerdotes per organa que suo officio congruebant. Et locutus est ezechias ad cor omnium levitarum qui habebant intelligentiam bonam super domino et comederunt vii diebus sollempnitatis ymolantes victimas pacificorum et laudantes dominum deum patrum suorum. Placuitque universe multitudini ut celebrarent et alios dies vii quod et fecerunt cum ingenti gaudio. Ezechias autem rex iuda prebuerat multitudini mille tauros et vii milia ovium. Principes vero dederunt populo tauros mille et oves x milia. Sanctificata est ergo sacerdotum plurima multitudo et exhilarata universa omnis turba iuda tam sacerdotum et levitarum quam universe frequencie que venerat ex israel proselitorum quoque de terra israel et habitantium in iuda. Factaque est grandis celebritas in ierusalem qualis a diebus Salomonis filii david regis israel in ea urbe non fuerat. Surrexerunt autem sacerdotes et levite benedicentes populo et exaudita est vox eorum pervenitque oratio in habitaculum sanctum celi.

Cumque hec fuissent rite XXXI celebrata egressus est omnis israel qui inventus fuerat in urbibus iuda et fregerunt simulacra succideruntque lucos demolita sunt excelsa et altaria destruxerunt non solum de universo iuda et beniamin sed et de effraym quoque et manasse penitus donec everterent. Reversique sunt omnes filii israel in possessiones et civitates suas. Ezechias autem constituit turmas sacerdotales et leviticas per divisiones suas unumquemque in officio proprio tam sacerdotum videlicet quam levitarum ad holocausta et pacifica ut ministrarent et confiterentur canerentque in portis castrorum domini. Pars autem regis erat ut de propria eius substantia offerretur holocaustum mane semper et vespere sabbatis quoque et kalendis et sollempnitatibus ceteris sicut scriptum est in lege moysi. Precepit etiam populo habitantium in ierusalem ut darent partes sacerdotibus et levitis ut possent vacare legi domini. Quod cum percrebuisset in auribus multitudinis plurimas obtulere primitias filii israel frumenti vini et olei mellis quoque et omnium que gignit humus decimas obtulerunt. Sed et filii israel et iuda qui habitabant in urbibus iuda obtulerunt decimas boum et ovium decimasque sanctorum que voverant domino deo suo atque universa portantes fecerunt acervos plurimos. Mense tercio ceperunt acervorum iacere fundamenta et mense vii compleverunt eos. Cumque ingressi fuissent ezechias et principes eius viderunt acervos et benedixerunt domino et populo israel. Interrogavitque ezechias sacerdotes et levitas cur ita iacerent acervi. Respondit illi azarias sacerdos primus de stirpe sadoch dicens ex quo ceperunt offerri primicie in domo domini comedimus et saturati sumus et remanserunt plurima eo quod benedixerit dominus populo suo. Reliquarum autem copia ista quam cernis. Precepit igitur ezechias ut prepararent horrea in domo domini. Quod cum fecissent intulerunt tam primicias quam decimas et quecumque voverant fideliter. Fuit autem prefectus eorum chonenias levita et semei frater eius secundus post quem iehiel et azarias et naath et asahel et ierimoth iozabad quoque et heliel et iesmaias et maath et banaias prepositi sub manibus chonenie et semei fratris eius ex imperio ezechie regis et azarie pontificis domus domini ad quos omnia pertinebant. Chore vero filius iemna levites et ianitor orientalis porte prepositus erat his

que sponte offerebantur Domino primitiisque et sanctificatis in sancta sanctorum. Et sub cura eius Eden et Beniamin, Iesue et Semeias, Amarias quoque et Sechenias in civitatibus sacerdotum ut fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque maioribus, exceptis maribus ab annis tribus et supra, cunctis qui ingrediebantur templum Domini. Et quicquid per dies singulos conducebat in ministeriis atque observationibus iuxta divisiones suas sacerdotibus per familias et levitis a vicesimo anno et supra per ordines et turmas suas, universeque multitudini tam uxoribus quam liberis eorum utriusque sexus fideliter cibi de his que sanctificata fuerant prebebantur. Sed et filiorum Aaron per agros et suburbana urbium singularum dispositi erant viri qui partes distribuerent universo sexui masculino de sacerdotibus et levitis. Fecit ergo Ezechias universa que diximus in omni Iuda operatusque est bonum et rectum et verum coram Domino Deo suo in universa cultura ministerii domus Domini iuxta legem et ceremonias volens requirere Deum suum in toto corde suo fecitque et prosperatus est.

Cap. XXXII

Post hec et huiuscemodi veritatem venit Sennacherib rex Assiriorum et ingressus Iudam obsedit civitates munitas volens eas capere. Quod cum vidisset Ezechias venisse Sennacherib et totum belli impetum verti contra Ierusalem, inito cum principibus consilio virisque fortissimis ut obturarent capita fontium qui erant extra urbem, et hoc omnium decernente sententia, congregavit plurimam multitudinem et obturaverunt cunctos fontes et rivum qui fluebat in medio terre dicentes: Ne veniant reges Assiriorum et inveniant aquarum habundantiam. Edificavit quoque agens industrie omnem murum qui fuerat dissipatus et extruxit turres desuper et forinsecus alterum murum, instauravitque Mello in civitate David et fecit universi generis armaturam et clipeos. Constituitque principes bellatorum in exercitu et convocavit universos in platea porte civitatis ac locutus est ad cor eorum dicens: Viriliter agite et confortamini. Nolite timere nec paveatis regem Assiriorum et universam multitudinem que cum eo est. Multo enim plures nobiscum sunt quam cum illo. Cum illo enim est brachium carneum, nobiscum est Dominus Deus noster qui auxiliator est noster pugnatque pro nobis. Confortatusque est populus huiuscemodi verbis Ezechie regis Iuda. Que postquam gesta sunt misit Sennacherib rex Assiriorum servos suos in Ierusalem (ipse enim cum universo exercitu obsidebat Lachis) ad Ezechiam regem Iuda et ad omnem populum qui erat in urbe dicens: Hec dicit Sennacherib rex Assiriorum: In quo habentes fiduciam sedetis obsessi in Ierusalem? Num Ezechias decepit vos ut tradat morti fame et siti, affirmans quod Dominus Deus vester liberet vos de manu regis Assiriorum? Numquid non iste est Ezechias qui destruxit excelsa illius et altaria et precepit Iude et Ierusalem dicens: Coram altari uno adorabitis et in ipso comburetis incensum? An ignoratis que ego fecerim et patres mei cunctis terrarum populis? Numquid prevaluerunt dii gentium omniumque terrarum liberare regionem suam de manu mea? Quis est de universis diis gentium quas vastaverunt patres mei qui potuerunt liberare populum suum de manu

mea ut possit eruere deus vester eruere vos de hac manu. Ille vos quoque decipiat ezechias nec vana persuasione deludat neque credatis ei. Si enim nullus deus potuit cunctarum gentium atque regnorum omnino liberare populum suum de manu mea et de manu patrum meorum consequenter nec deus vester poterit eruere vos de manu mea. Sed et multa alia locuti sunt servi eius contra dominum deum et contra ezechiam servum eius. Epistolas quoque scripsit plenas blasphemie in dominum deum israel et locutus est adversus eum. Sicut dii ceterarum gentium non potuerunt liberare populum suum de manu mea sic et deus ezechie eruere non poterit populum suum de manu ista. Insuper et clamore magno et lingua iudaica contra populum qui sedebat in muris ierusalem personabat ut terreret eos et caperent civitatem. Locutusque est contra deum israel sicut adversus deos populorum terre opera manuum hominum. Oraverunt autem ezechias rex et ysaias filius amos propheta adversus hanc blasphemiam ac vociferati sunt usque in celum. Et misit dominus angelum suum qui percussit omnem virum robustum et bellatorem et principem exercitus regis assiriorum. Reversusque est cum ignominia in terram suam. Cumque ingressus esset domum dei sui filii qui egressi fuerant de utero eius interfecerunt eum gladio. Salvavitque dominus ezechiam et habitatores ierusalem de manu sennacherib regis assiriorum et de manu omnium et prestitit eis quietem per circuitum. Multi etiam deferebant hostias et sacrificia domino in ierusalem et munera ezechie regi iuda. Qui exaltatus est post hec coram cunctis gentibus. In diebus illis egrotavit ezechias usque ad mortem et oravit dominum exaudivitque eum et dedit ei signum. Sed non iuxta beneficia que acceperat retribuit quia elevatum est cor eius et facta est contra eum ira et contra iudam et ierusalem. Humiliatusque est postea eo quod exaltatum fuerit cor eius tam ipse quam habitatores ierusalem et idcirco non venit in eos ira domini in diebus ezechie. Fuit autem ezechias dives et inclitus valde et thesauros sibi plurimos congregavit auri argenti et lapidis preciosi aromatum et armorum et vasorum magni precii. Apothecas quoque frumenti vini et olei et greges quoque armentorum multos et stabula multa nimis et sepe urbes edificavit. In omnibus operibus suis fecit prospere. Quod tamen in legatione principum babilonis qui missi fuerant ad eum ut interrogarent eum de portento quod acciderat super terram dereliquit eum deus ut temptaretur et nota fierent omnia que erant in corde eius. Reliqua sermonum ezechie scripta sunt in visione ysaie prophete in libro regum iuda et israel. Dormivitque ezechias cum patribus suis et sepelierunt eum super sepulchra filiorum david et celebraverunt eius exequias universus iuda et habitatores ierusalem. CCXXXIII

Regnavitque manasses filius eius pro eo. Duodecim annorum erat cum regnare cepisset et lv annis regnavit in ierusalem. Fecit autem malum coram domino iuxta abhominationes gentium quas subvertit dominus coram filiis israel et conversus instauravit excelsa que demolitus fuerat ezechias pater eius. Construxit aras baalim et fecit lucos et adoravit omnem miliciam celi et coluit eam. Edificavit quoque altaria in domo domini de qua dixerat dominus In ierusalem erit nomen meum in eternum. Edificavit autem ea universo exercitui celi in duobus atriis domus domini. Transireque fecit filios suos per ignem in valle benennon. Observabat sompnia. Sectabatur auguria maleficis artibus inserviebat. Habebat secum magos et incantatores. Multaque mala operatus est coram domino ut irritaret eum. Sculptile quoque et conflatile signum posuit in domo domini de qua locutus est deus ad

dauid et ad filium eius salomon· d In domo
hac in ierlm quam elegi de cunctis tribu-
bus isrl ponam nomen meum in sempiternum
et moueri non faciam pedem isrl de terra
quam tradidi patribus eorum ita dumtaxat
at si custodierint facere que precepi eis
cunctamque legem et cerimonias atque iudi-
cia per manum moisi Igitur manas-
ses seduxit Iudam et habitatores ierlm
ut facerent malum super omnes gentes quas
subuerterat dns a facie filiorum isrl
Locutusque est dns ad eum et ad populum eius
et attendere noluerunt Ideo superduxit
eis principes exercitus scilicet regis assiriorum
Ceperuntque manassen et vinctum cathe-
nis atque compedibus duxerunt eum in ba-
bilonem Qui postquam coangustatus est orauit
dnm deum suum et egit penitentiam valde
coram dno deo patrum suorum Deprecatusque
est eum et obsecrauit intente et exaudiuit
orationem eius Reduxitque eum in ierlm in
regnum suum Et cognouit manasses quod
dns ipse esset deus Post hec vero edifi-
cauit murum extra ciuitatem dauid ad occi-
dentem gyon in conualle ab introitu por-
te piscium per circuitum usque ad ophel
et exaltauit eum vehementer Constituitque
principes exercitus in cunctis ciuitatibus iuda
munitis et abstulit deos alienos et si-
mulachra de domo dni Aras quoque quas
fecerat in monte domus dni et in ierlm proiecit
extra urbem Porro instaurauit altare
dni et obtulit super id victimas et pacifi-
ca et laudem Precepitque iude ut seruiret
dno deo isrl Attamen adhuc populus immo-
labat in excelsis dno deo suo Reliqua
autem gestorum manasse et obsecratio eius ad
deum suum Verba quoque videntium qui loquebantur
ad eum in nomine dni dei isrl continentur in
sermonibus regum isrl Oratio quoque eius et ex-
auditio et cuncta peccata atque contemptus Loca
etiam in quibus edificauit excelsa et fecit
lucos et statuas antequam ageret penitentiam scrip-
ta sunt in sermonibus ozai Dormiuitque cum
patribus suis et sepelierunt eum in domo sua Regnauit-
que pro eo filius eius Amon xxii annorum
erat cum regnare cepisset et duobus annis
regnauit in ierlm Fecitque malum in conspectu dni
sicut fecerat manasses pater eius et cunctis
ydolis que manasses fecerat fabricatus
immolauit atque seruiuit et non est reueritus faciem
dni sicut reueritus est manasses pater eius
et multo maiora deliquit Cumque coniu-
rassent aduersus eum serui sui interfecerunt eum
in domo sua Porro reliqua populi multitudo
cesis hijs qui percusserant amon con-
stituerunt Josiam filium eius pro eo regem

CXXXIIIJ

Octo annorum erat Josias
cum regnare cepisset et xxxi an-
nis regnauit in ierlm Fecitque quod erat
rectum in conspectu dni et ambulauit in viis
dauid patris sui non declinauit ad dextram
neque ad sinistram Octauo autem anno regni
sui cum adhuc puer esset cepit querere
deum dauid patris sui et xii° anno postquam
regnare ceperat mundauit Iudam et ierlm ab ex-
celsis et lucis simulachrisque et sculptilibus
Destruxeruntque coram eo aras baalim
et simulachra que superposita fuerant demo-
liti sunt Lucos etiam et sculptilia succi-
dit atque comminuit et super tumulos eorum
qui eis immolare consueuerant fragmenta
dispersit Ossa preterea sacerdotum combussit
in altaribus idolorum et mundauit Judam et
ierlm Sed et in urbibus manasse et ef-
fraym et symeon usque neptalim cuncta
subuertit Cumque altaria dissipasset et lu-
cos et sculptilia contriuisset in frustra
cunctaque delubra demolitus esset de vniuer-
sa terra isrl reuersus est in ierlm Igitur xviii°
anno regni sui mundata iam terra et tem-
plo dni misit Saphan filium Eselie

et Maasia principe civitatis et Ioha
ut instaurarent domum domini dei sui Qui
venerunt ad Helchiam sacerdotem magnum
et accepta pecunia ab eo que illata fu-
erat in domum domini et quam congregaverant
levite et ianitores de manasse et
effraym et universis reliquiis israel
ab omni quoque Iuda et beniamin et ierusalem tra-
diderunt in manibus eorum qui preerant o-
perariis in domo domini ut instaurarent
templum domini et infirma quoque sarcirent
At illi dederunt ea artificibus et cementa-
riis ut emerent lapides excisos de la-
picidinis et ligna ad commissuras edi-
ficii et ad contignationem domorum quas de-
struxerant reges iuda qui fideliter
cuncta faciebant Erant autem prepositi operan-
tium Iahath abdias Zacharias scri-
be et levite Cumque efferrent pecuniam
que illata fuerat in templum domini reperit
helchias sacerdos librum legis domini que
tradidit saphan scribe legis qui in-
tulit illud ad regem et pecuniam repertam
in templo quam tradidit rex prefectis
artificum librum ac legis moysi Cumque
audisset rex coram eo recitatum scidit
vestimenta sua et precepit helchie et hay-
tam et abdon et saphan et asie servo
regis dicens Ite et orate dominum pro me et pro re-
liquiis israel et iuda super universis sermoni-
bus libri istius qui repertus est Magnus
enim furor domini stillavit super nos eo quod
non custodierint patres nostri verba domini ut
facerent omnia que scripta sunt in isto vo-
lumine Abiit ergo helchias et hii qui simul
a rege missi fuerant ad oldam prophetissam
uxorem sellum qui habitabat in ierusalem in secunda
et locuti sunt ei verba que supra narravimus
At illa respondit eis Hec dicit dominus deus
israel Dicite viro qui misit vos ad me

Hec dicit dominus deus Ecce ego inducam
mala super locum istum et super habitatores
eius cunctasque maledictiones que scripta sunt
in libro hoc quem legerunt coram rege
iuda Quia dereliquerunt me et sa-
crificaverunt diis alienis ut me ad
iracundiam provocarent in cunctis operibus
manuum suarum Idcirco stillabit furor
meus super locum istum et non extinguetur
Ad regem autem iuda qui misit vos pro
domino deprecando sic loquimini Hec dicit
dominus deus israel Quia audisti verba vo-
luminis atque emollitum est cor tuum et humili-
atus es in conspectu domini super hiis que
dicta sunt ~~ibi~~ contra locum hunc et habita-
tores ierusalem Reveritusque es faciem
meam scidisti vestimenta tua et flevisti
coram me Ego quoque exaudivi te dicit
dominus Iam enim colligam te ad patres tuos
et inferreris in sepulcrum tuum in pa-
ce nec videbunt oculi tui omne malum
quod ego inducturus sum super locum istum
et super habitatores eius Retulerunt itaque re-
gi cuncta que illa dixerat At ille convoca-
tis universis maioribus natu israel et iuda
et ierusalem sacerdotes et levite cunctusque
populus a minimo usque ad maximum Ascendit
in domum domini Legitque rex omnia verba voluminis
coram omnibus et stans in tribunali suo per-
cussit fedus coram domino ut ambularet
post eum et custodiret precepta et testimonia
et iustificationes eius in toto corde suo
et in tota anima sua faceretque que scripta
sunt in volumine illo quod legerat Adiu-
ravit quoque super hoc omnes qui reperti fue-
rant in ierusalem et beniamin et fecerunt habita-
tores ierusalem iuxta pactum domini Abstulit
ergo Iosias cunctas abhominationes israel et fe-
cit servire domino deo suo et patrum suorum

Fecit autem Josias in ierusalem XXXV
phase domino quod ymolatum est
xiiij die mensis primi et constituit sa-
cerdotes in officiis suis hortatusque
est eos ut ministrarent in domo domini le-
uitis quoque ad quorum erudicionem omnis israel
sanctificabatur domino locutus est Ponite ar-
cham in sanctuario templi quod edificauit
Salomon filius dauid rex israel nequaquam enim
eam ultra portabitis Nunc autem ministra-
te domino deo vestro et populo eius israel et prepa-
rate vos per domos et cognaciones
vestras in diuisionibus singulorum
sicut precepit dauid rex israel et descri-
psit Salomon filius eius et ministrate in sanc-
tuario per familias et turmas leui-
ticas et sanctificati ymolate phase
fratres eciam vestros ut possint iuxta verba que
locutus est dominus in manu moisi facere
preparate Dedit preterea Josias omni populo qui
ibi fuerat inuentus in sollempnitate phase
agnos et edos de gregibus et reliqui
pecoris xxx milia Boum quoque tria mi-
lia hec de regis vniuersa substancia Duces
quoque eius sponte quod vouerant obtulerunt
tam populo quam sacerdotibus et leuitis Porro
helchias et zacharias et iehiel prin-
cipes domus domini dederunt sacerdotibus
ad faciendum phase pecora commixtim
duo milia sexcenta et boues ccc
Chonenias autem et Semeias Natha-
nael Asabias et Jehiel et Josabad
principes leuitarum dederunt ceteris le-
uitis ad celebrandum phase v milia pe-
corum et boues quingentos Preparatumque est
ministerium et steterunt sacerdotes in offi-
cio suo leuite quoque in turmis iuxta regis im-
perium et ymolatum est phase Asper-
seruntque sacerdotes manu sua sanguinem

et leuite detraxerunt pelles holo-
caustorum et separauerunt ea ut darent
per domos et familias singulorum et offer-
rentur domino sicut scriptum est in libro moisi
De bobus quoque fecerunt similiter et assauerunt
phase super ignem iuxta quod in lege scriptum est
Pacificas vero hostias coxerunt in le-
betis et caccabis et ollis et festinanter
distribuerunt vniuerse plebi Sibi autem et
sacerdotibus postea parauerunt Nam in
oblacione holocaustorum usque ad noctem
sacerdotes fuerunt occupati Vnde leuite
sibi et sacerdotibus filiis aaron parauerunt
tunc nouissimis Porro cantores stabant
in ordine suo iuxta preceptum dauid et asaph
et heman et idithun prophetarum regis Ianitores
vero per portas singulas obseruabant
ita ut nec puncto quidem discederent a ministerio
quam obrem et fratres eorum leuite parauerunt eis
cibos Omnis igitur cultura domini rite completa
est in die illa ut facerent phase et holocausta
offerrent super altare iuxta preceptum domini et regis
Josie Feceruntque filii israel phase tempore illo
vij diebus Non fuit phase simile huic
in israel a diebus samuelis prophete nec quisquam
de regibus israel fecit phase sicut Josi-
as sacerdotibus et leuitis et omni iude et israel
et habitantibus in ierusalem Octauodecimo anno regni
Josie hoc phase celebratum est Postquam
Josias instaurauerat templum Ascendit
Nechao rex egipti ad pugnandum
in carchamis iuxta eufraten et Josias
processit in occursum eius At ille missis ad eum
nunciis ait Quid michi et tibi rex iuda
Non hodie aduersum te venio sed contra aliam
pugno domum ad quam deus me festinato
me precepit Desine aduersum deum facere qui
mecum est Ne interficiat te Noluit Jo-
sias reuerti et in campo mageddo a sag[illegible]

sagittariis in bello vulneratus est. Dixitque pueris suis: Educite me de prelio quia oppido vulneratus sum. Qui transtulerunt eum de curru in alterum currum qui sequebatur eum more regio et asportaverunt eum in Ierusalem. Mortuusque est et sepultus in mausoleo patrum suorum et universus Iuda et Ierusalem luxerunt eum, Ieremias maxime, cuius omnes cantores atque cantatrices usque in presentem diem lamentationes super Iosia replicant, et quasi lex obtinuit in Israel. Ecce scriptum fertur in lamentationibus. Reliqua autem sermonum Iosie et misericordie opera eius scripta sunt in libro regum Iuda.

Tulit ergo populus terre Ioathaz XXXVI

filium Iosie et constituit regem pro patre suo in Ierusalem. Viginti trium annorum erat cum regnare cepisset et tribus mensibus regnavit in Ierusalem. Amovit autem eum rex Egipti cum venisset Ierusalem et condempnavit terram centum talentis argenti et talento auri. Constituitque regem pro eo Eliachim fratrem eius super Iuda et Ierusalem et vertit nomen eius Ioachim. Ipsum vero Ioathaz tulit secum in Egiptum. Viginti quinque annorum erat Ioachim cum regnare cepisset et undecim annis regnavit in Ierusalem fecitque malum coram deo. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Caldeorum et vinctum duxit in Babilonem ad quam et vasa domini transtulit et posuit in templo suo. Reliqua verborum Ioachim scripta sunt in libro regum Iuda. Regnavit ergo Ioachim filius eius pro eo. Octo annorum erat cum regnare cepisset et tribus mensibus et X diebus regnavit in Ierusalem fecitque malum in conspectu domini. Cumque anni circulus volveretur misit Nabuchodonosor rex qui et adduxerunt eum in Babilonem asportatis simul preciosissimis vasis domus domini. Regem vero constituit Sedechiam patruum eius super Iudam et Ierusalem. Viginti et unius annorum erat Sedechias cum regnare cepisset et undecim annis regnavit. Fecitque malum in oculis dei nec erubuit faciem Ieremie prophete loquentis ad se ex ore domini. A rege quoque Nabuchodonosor recessit qui adiuraverat eum per deum, et induravit cervicem suam et cor ut non reverteretur ad dominum deum Israel. Sed et universi principes sacerdotum et populus prevaricati sunt inique iuxta universas abhominationes gentium et polluerunt domum domini quam sanctificaverat sibi in Ierusalem. Mittebat autem dominus deus patrum suorum ad illos per manum prophetarum suorum de nocte consurgens et cotidie commonens eo quod parceret populo suo. At illi subsannabant nuntios dei et parvipendebant sermones eius illudebantque prophetis donec ascenderet furor domini in populum eius et non esset curatio. Adduxit enim super eos regem Caldeorum et interfecit iuvenes eorum gladio in domo sanctuarii sui. Non est misertus adolescentis et virginis et senis nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit in manu eius. Omnia quoque vasa domus domini et thesauros templi et regis et principum transtulit in Babilonem. Incenderunt hostes domum dei destruxerunt murum Ierusalem, universas turres combusserunt et quicquid pretiosum fuerat demoliti sunt. Si quis evaserat gladium ductus est in Babilonem serviebatque regi et filiis eius donec imperaret rex Persarum et compleretur sermo domini ex ore Ieremie et celebraret terra sabbata sua. Cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum usque dum complerentur septuaginta anni. Anno autem primo Cyri regis Persarum ad complendum sermonem domini quem locutus fuerat per os Ieremie suscitavit dominus spiritum Cyri regis Persarum qui iussit predicari in universo regno suo etiam per scripturam dicens: Hec dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terre dedit michi dominus deus celi et ipse precepit michi ut edificarem ei domum in Ierusalem que est in Iudea. Quis est ex vobis in omni populo eius? Sit dominus deus eius cum eo et ascendat in nomine domini. Cui est laus et gloria in secula seculorum. Amen

Incipit prologus in librum Esdre

Utrum difficilius sit facere quod
poscitis an negare, necdum sta-
tui. Nam neque vobis aliquid imperantibus
abnuere sententie est, et magnitudo oneris
impositi ita cervices premit ut ante sub
fasce ruendum sit quam levandum. Acce-
dunt ad hoc invidorum studia qui omne
quod scribimus reprehendendum putant
et interdum contra se conscientia repugnante
publice lacerant quod occulte legunt,
in tantum ut clamare compellar et dicere:
Domine libera animam meam a labiis iniquis
et a lingua dolosa. Tercius annus est quod
semper scribitis et rescribitis ut Esdre
librum vobis de hebreo transferam, quasi
non habeatis greca et latina volumina, aut
quicquid illud est quod a nobis vertitur non
statim ab omnibus conspuendum sit. Frustr-
at ut quidam ait niti, neque aliud fatigan-
do se nisi odium querere extreme dementie
est. Itaque obsecro vos mi Domnion et
Rogatiane karissimi ut privata lectione
contenti librum non efferatis in publicum
nec fastidiosis ingeratis cibos, vite-
tisque eorum supercilium qui iudicare tantum
de aliis et ipsi facere nichil noverunt.
Si qui autem fratrum sunt quibus nostra
non displicent, hiis tribuatis exemplar
admonentes ut hebrea nomina quorum
grandis in hoc volumine copia est distinc-
te et per intervalla conscribant. Nichil
enim proderit emendasse libros, nisi emen-
dacio librariorum diligencia conservetur.
Nec quemquam moveat quod unus a nobis
editus sit liber, nec apocriforum tercii
et quarti libri sompniis delectetur, quia
et apud hebreos Esdre Neemieque
sermones in unum volumen coarta-
tur, et que non habentur apud illos nec de
viginti quatuor senioribus sunt procul abicienda.
Si quis autem Septuaginta vobis opposuerit interpretes
quorum exemplaria varietas ipsa lacera-
ta et eversa demonstrat, nec potest utique
verum asseri quod diversum est, mittite
eum ad evangelia in quibus multa
ponuntur de veteri testamento que apud
Septuaginta interpretes non habentur, velud illud:
Quoniam nazareus vocabitur, et Ex egip-
to vocavi filium meum, et Videbunt
in quem compunxerunt, multaque alia que
latiori operi reservamus. Et querite ab
eo ubi scripta sit. Cumque proferre non
potuerit, vos legite de hiis exem-
plaribus que nuper a nobis edita ma-
ledicorum cottidie linguis confodiuntur.
Sed ut ad compendium veniam, certe
quod illaturus sum equissimum est. Edi-
di aliquid quod non habetur in greco vel
aliter habetur quam a me versum est. Quid in-
terpretem laniant? Interroget hebreos
et ipsis auctoribus translacioni mee
vel arrogent vel derogent fidem. Por-
ro nichil aliud est si clausis quod dicitur
oculis michi volunt maledicere et non
imitantur grecorum studium et benivolen-
ciam qui post Septuaginta translatores iam Christi
evangelio coruscante iudeos et hebo-
nitas legis veteris interpretes Aqui-
lam videlicet et Symachum et Theodo-
cionem et curiose legunt et per Orige-
nis laborem Exaplois in exemplari-
bus ecclesiis dedicaverunt. Quanto
magis latini grati esse deberent
quod exultantem cernerent Greciam a se
aliquid mutuari. Primum enim mag-
norum sumptuum est et infinite difficul-
tatis exemplaria posse haberi omnia

Idem de ecia qui habuerit 7 hebrei ſmoīs ignari ſūt, magis errabūt ignorātes q̄s e multis verius dicerent. Quod ecia ſapientiſſimo cuidā nup̄ accidit ap̄ grecos ut interdū ſcṗture ſenſum relinquens vniꝰ cuiuslibz interp̄tis sequeret̄ errorē. Nos at qui hebr̄ lingue saltem p̄uā hem9 sciam et latinꝰ nobis utcūq̄ ſmo nō deest et de alijs magis possumꝰ iudicare et ea que ipsi intelligim9 in nr̄a lingua p̄mere. Ita q̄ licz excitā sibilet victor q̄ si nō in media iaceret mīq̄ meū inuitare p̄posse libet eloqū ecia p̄cisa lingua balbuciet. Legat qui volūt, qui volūt abiciant et euellant apices lrāꝝ calūpnietur magis vīn caritate prouocabor ad studiū q̄ illoꝝ detractōe 7 odio deterrebor. Explicit plogus

Incip Eſdre liber p̄mꝰ Captlm p̄m

In anno primo Ciri Regis pſaꝝ ut cōpleretur ſmo et vbū dn̄i ex ore Jeremie ſuſcitauit dn̄s ſpm̄ Ciri regis persaꝝ et traduxit voce in oī regno ſuo ecia per ſcṗtaꝝ ſua d. Hec dicit Cirus Rex pſaꝝ. Oīa regna terre dedit m̄ dn̄s deus celi et ipe p̄cepit m̄ ut edificarē ei domū in ierlm q̄ ē in Judea. Quis ē in vobis de vniūso p̄plo eius. Sit deus illius cū eo. Aſcendat in ierlm q̄ ē in Judea et edificet domū dn̄i dei isrl̄. Ipe ē deus q̄ ē in ierlm. Et oēs reliqui in cunctis locis vbicūq̄ habitāt adiuuet eū viri de loco ſuo argento et auro 7 ſba 7 pecoribz excepto quod volūtarie offerūt templo dei q̄d ē in ierlm. Et ſurrexerūt p̄ncipes patrū de Juda et beniamin 7 ſacerdotes et leuite 7 oīs cuiꝰ ſuſcitauit dn̄s ſpm̄ ut aſcenderēt ad edificandū templū dn̄i q̄d erat i ierlm. Vniūſiq̄ qui erat i circuitu adiuuerūt manꝰ eoꝝ i vaſis argēteis 7 aureis 7 ſba et i ſuppellectili 7 iumētis exceptis hijs que ſponte obtulerāt. Rex vō Cirus p̄tulit vaſa templi dn̄i que tulerat Nabuchodon̄ de ierlm et poſuerat ea in templo dei ſui. Ꝓtulit aūt eā p ma͞n mitridatis filij gazabar et anūauit ea ſaſabar p̄ncipi Jude 7 hic ē nūs eoꝝ. Phiale aurēe xxx. Phiale argentee mille. Cultri xxix. Ciphi aurei xxx. Ciphi argentei ſecūdi cccc x. Vaſa alia mille. Oīa vaſa aurea 7 argentea quinq̄ milia quadringēta. Vniūſa tulit ſaſabar cū hijs qui aſcendebāt de trāſmigratōe babilonis in Iheruſalem.

Captlm ij

Hij ſūt aūt p̄uincie filij qui aſcenderūt de captiuitate quā tranſtulerat Nabuchodonosor Rex babilonis in babilonem. Et reūſi ſūt in ierlm et Judea vnuſquiſq̄ i ciuitatem

sua qui venerunt cum Zorobabel
Jesua Neemia Saraia Rahelaia
Mardochaia Belsan Mesfar Begu-
ai Reum Baana Numerus virorum
israel Filii Pharos duo milia centum et
lxxij Filii Arethi dcc lxxv Filii ge-
riphacia ccclxxij Filii Sephetia
cclxxij Filii Area dcclxxv Filii
Phet deth moab filiorum Josue Joab
duo milia dcccxij Filii Elam
mille cc liiij Filii Zecua dcccxlv
Filii Zachay dcclx Filii Bani dcxlij
Filii Bebay dcxxiij Filii Azgad mil-
le ccxxij Filii Adonican dclxvj fi-
lii Begnai duo milia lvj Filii
Adin cccc liiij Filii Ather qui erat
ex Ezechia xcviij Filii Bebay
cccxxiij Filii Gebar xcv Filii
Bethleem centum xxiij viri Filii Ne-
thopha lvj viri Filii Anathot centum
xxviij Filii Azmaveth xlij Filii
Cariathiarim Cephira et Beroth
dccxliij Filii Arama et Gaba dcxxj
viri Filii Machmas cxxij viri Be-
thel et Gay ccxxiij Filii Nebo lij
Filii Megbis clvj Filii Elam al-
terius mille ccliiij Filii Arim cccxx
Filii Lodadim et Ono dccxxv Filii
Jericho cccxlv Filii Senaa tria milia
dcxxx Sacerdotes filii Ydaia in do-
mo Jesue dcccclxxiij Filii Emer
mille lij Filii Phesur mille ccxlvij
Filii Arim mille xvij Levite filii
Jesue et Cedmihel filiorum Odivia
lxxiiij Cantores filii Asaph cxxviij
Filii Janitorum filii Sellum filii Ather
filii Thelmon filii Accub filii An-
tha filii Sobay universi cxxxix
Nathinnei filii Osay filii Asupha
filii Tebbaoth filii Cheros filii

Sisara filii Phadon filii Lebana filii
Agaba filii Accub filii Agab filii Sel-
mai filii Anna filii Gaddel filii Gaher
filii Rahaia filii Rasin filii Nechoda
filii Gozen filii Aram filii Phasee
filii Besee filii Asena filii Munim filii
Nechusim filii Bechuc filii Acupha
filii Asur filii Besluth filii Maida
filii Arsa filii Bercos filii Sisara
filii Thema filii Nasia filii Aticha
filii servorum Salomonis filii Sothei
filii Sopheret filii Pharuda filii
Jala filii Dercon filii Geddel filii Sa-
phatia filii Athil filii Phacereth
qui erat de Asebaim filii Amira Omnes
Nathinnei et filii servorum Salomonis
ccc lxxxxij Et hii qui ascenderunt de
Thelmela Thelarsa Cherub Adon et Me-
da et non potuerunt indicare domum pa-
trum suorum et semen suum utrum ex israel
essent filii Delaia filii Tobia filii
Nechoda dclij Et de filiis sacerdotum
filii Abia filii Accos filii Berzellay
qui accepit de filiabus Berzellay Gala-
aditis uxorem et vocatus est nomine eorum
hii quesierunt scripturam genealogie
sue et non invenerunt et eiecti sunt de sacer-
dotio et dixit Athersata eis ut non
comederent de sancto sanctorum donec surgeret
sacerdos doctus atque perfectus Omnis
multitudo quasi unus quadraginta duo
milia ccclx exceptis servis eorum et
ancillis qui erant vij milia cccxxxvij
et in ipsis cantores et cantatrices cc
Equi eorum dccxxxvj Muli eorum ccxlv
Cameli eorum ccccxxxv Asini eorum
vj milia dccxx Et de principibus
patrum cum ingrederentur in templum domini
quod est in Jerusalem sponte obtulerunt
in domum dei ad extruendam eam in loco

suo secundum vires suas dederunt impen
sas operis auri solidos lx milia et
mille argenti mnas quinque milia et
vestes sacerdotales c. Habitaverunt
ergo sacerdotes et levite et de populo et can
tores et ianitores et Nathinnei
in urbibus suis universusque israel in civitatibus suis
Iamque venerat vii mensis **Capitulum iii**
et erant filii israel in civitatibus suis
Congregatus est ergo populus quasi vir unus
in ierusalem et surrexit Iosue filius Iose
dech et fratres eius sacerdotes et Zo
robabel filius Salathiel et fratres eius
Et edificaverunt altare dei israel ut
offerrent in eo holocausta sicut scrip
tum est in lege moysi viri dei Collo
caverunt autem altare super bases suas
deterrebat autem eos per circuitum populi ter
rarum Et obtulerunt super id holocau
stum domino mane et vespere Feceruntque sol
lempnitatem tabernaculorum sicut scriptum
est et holocaustum singulis diebus per or
dinem secundum preceptum et opus diei in die
suo Et post hoc holocaustum iuge
tam in kalendis quam in universis sollep
nitatibus domini que erant consecrate
Et in omnibus in quibus ultro offerebatur
domino munus A prima die mensis septi
mi ceperunt offerre holocaustum domino
Porro templum dei nondum fundatum
erat Dederunt autem pecunias lathomis
et cementariis cibum quoque et potum et oleum
sidoniis et tyriis ut deferrent
ligna cedrina de libano ad mare
Ioppen iuxta quod preceperat eis Cyrus
rex persarum Anno autem secundo adventus
eorum ad templum dei in ierusalem mense secundo
ceperunt Zorobabel filius Salathiel
et Iosue filius Iosedech et reliqui de fratribus
eorum sacerdotes et levite et omnes qui
venerant de captivitate in ierusalem et consti
tuerunt levitas a xx annis et supra ut
urgerent opus domini Stetitque Iosue et
filii eius et fratres eius Cedmihel et filii eius
filii Iuda quasi vir unus ut instarent
super eos qui faciebant opus in templo
dei filii Henadad et filii eorum et fratres
eorum levite Fundato ergo templo domini
a cementariis steterunt sacerdotes in
ornatu suo cum tubis et levite filii
asaph in cymbalis ut laudarent deum
per manus David regis israel et concine
bant in ymnis et confessione domino quoniam
bonus quoniam in eternum misericordia eius super israel
Omnis quoque populus vociferabatur clamore ma
gno in laudando dominum eo quod fundatum
esset templum domini Plurimi etiam de sacer
dotibus et levitis et principes patrum
et seniores qui viderant templum prius
cum fundatum esset Et hoc templum in
oculis eorum flebant voce magna Et
multi vociferantes in leticia eleva
bant vocem Nec poterat quisquam agnos
cere vocem clamoris letantium et vocem
fletus populi Commixtim enim populus voci
ferabatur clamore magno et
vox audiebatur procul **Capitulum iiii**
Audierunt autem hostes Iuda et Benia
min quia filii captivitatis edificarent
templum domino deo israel Et accedentes
ad Zorobabel et ad principes patrum
dixerunt eis Edificemus vobiscum
quia ita ut vos querimus deum vestrum
Ecce nos ymolamus victimas a diebus
Asoraddon regis Assur qui ad
duxit nos huc Et dixit eis Zoro
babel et Iosue et reliqui principes israel

Noc e nobis z vobis ut edificemus domu
deo nro s3 nos ipi soli edificabim9 dno
deo nro domu sicut pcepit nob Cirus rex
persaz Fecit g9 pplus terre
impediebat man9 ppli iude z turbabat eos in edificando
Conduxerunt q3 adu9 eos consiliato
res ut destruerent consiliu eoz oib9
diebus Cyri regis persaz z usq3 ad
regnu darij regis persaz In regno
at assueri ipe e artaxerses Rex i
pncipio regni eius scripserat accu
sacom adu9 habitatores iude z irlm
Et i dieb9 artaxersis scripsit besel
la mitridates z thabeel z reliq qui
erat in consilio eoz ad artaxerse
rege persaz Epla at accusatois scrip
ta e siriace z legebat sermoe syroz
Reum beelteem z Samsay scriba
scripserunt eplam vna de irlm artax
ersi regi huiusmodi Reu beelteem et
samsai scriba z reliq consiliatores
eoz dynei et farsathei z therfa
lei arfasei babilonij Elei Daci
elamite z ceti de gentib9 qs transtu
lit asennafar magn9 z gloriosus
z habitare eas fecit i ciuitatib9 Sa
marie et i reliqs regioib9 transflumen
in pace Hoc e exemplar epistole
qua miserunt ad eu Artaxersi Regi
Serui tui viri qui sunt transflumen
salute dicunt Notu sit regi quia
iudei qui ascenderunt a te ad nos
venerunt in irlm i ciuitatem rebel
lem z pessima qua edificant extru
entes muros eius z parietes compone
tes Nunc g9 notu sit regi qz si ciui
tas illa edificata fuerit z muri eius
instaurati tributu z vectigal z
annuos redditus no dabunt z usq3
ad reges hec noxa perueniet Nos g9
meorem salis qd in pallacio comedim9
et qz lesiones regis nephas videre
ducim9 Ideo misim9 z nunciamus
regi ut recenseas in libris historiaz
patz tuoz z inuenies scriptu i commenta
rijs et scies qz vrbs illa vrbs re
bellis e et nocens regibus et prouincijs
z bella concitantur in ea ex dieb9 anti
quis Quamobrem z ciuitas ipa destructa
e Nunciam9 g9 regi qz si ciuitas illa
edificata fuerit et muri eius instaurati
possessione transfluen no habebis
Verbu misit rex ad Reum
beelteem z samsai scriba et ad re
liquos qui erat in consilio eoz habita
tores samarie et ceteris transfluen Sa
lute dicens et pace Accusacom qua
misistis ad nos manifeste lecta est
coram me et a me pceptu e z recen
suerunt Inueneruntq3 qz ciuitas illa a
diebus antiquis adu9 reges rebel
lat et sediciones z plia concitant i ea
Nã et reges fortissimi fuerunt i irlm
qui et dnati sunt oi regioi q transflu
men e Tributu qz z vectigal z red
ditus accipiebant Nunc g9 audite se
ntencia ut phibeatis viros illos et
vrbs illa no edificetur donec si forte a
me iussu fuerit Videte ne neglige9
hoc impediatur et paulatim crescat ma
lu contra reges Itaq3 exemplum edicti ar
thaxersis regis lectu est coram Reu
Beelteem et Samsay scriba et
consiliarijs eoru Qui abierunt
festini in iherusalem ad Iudeos
et prohibuerunt eos in brachio
et robore Tunc intermissu est
opus domus dni dei isrl i irlm
et non fiebat usq3 ad secundum
annu Regni darij Regis persarum

Epla

Prophetaverunt autem Capitulum v
Aggeus propheta et Zacharias
propheta filius Addo prophetantes ad Jude-
os qui erant in Judea et Jerusalem in nomine
dei israel. Tunc surrexerunt Zorobabel
filius Salathiel et Josue filius Josedech
et ceperunt edificare templum in Jerusalem
et cum eis prophete dei adiuvantes eos. In
ipso autem tempore venit ad eos Tatanay qui
erat dux trans flumen et Starbusanay
et consiliarii eorum sicque dixerunt eis. Quis
dedit vobis consilium ut domum hanc edi-
ficaretis et muros hos instauraretis.
Ad quod respondimus eis. Que essent nomina
hominum auctorum illius edificationis. Oculus
autem dei eorum factus est super senes Judeorum
et non potuerunt inhibere eos. Placuit
que ut res ad Darium referretur et
tunc satisfacerent adversus accusationem
illam. Exemplar epistole quam misit
Tatanay dux regionis trans flumen
et Starbuzanay et consiliatores eius
Apharsachei qui erant trans flumen ad Da-
rium regem. Sermo quem miserant
ei sic scriptus erat. Dario regi pax
omnis. Notum sit regi iuisse nos ad
Judeam provinciam ad domum dei magni
que edificatur lapide impolito et ligna
ponuntur in parietibus. Opus autem istud dili-
genter extruitur et crescit in manibus
eorum. Interrogavimus ergo senes illos
et ita diximus eis. Quis dedit vobis
potestatem ut domum hanc edificaretis
et muros instauraretis. Sed et nomina
eorum quesivimus ab eis ut nuntiaremus
tibi. Scripsimusque nomina virorum qui sunt
principes in eis. Huiuscemodi autem sermo-
nem responderunt nobis dicentes. Nos sumus
servi dei celi et terre et edificamus
templum quod erat extructum ante an-
nos multos. Quodque rex israel magnus
edificaverat. Postquam autem ad iracundiam
provocaverunt patres nostri deum celi et tra-
didit eos in manu Nabuchodonosor regis
Chaldeorum. Domum quoque hanc destruxit
et populum eius transtulit in Babilonem.
Anno autem primo Ciri regis Babilonis
Cirus rex proposuit edictum ut domus
dei edificaretur. Nam et vasa templi dei
aurea et argentea que Nabuchodonosor
tulerat de templo quod erat in Jerusalem et as-
portaverat ea in templum Babilonis protulit
Cirus rex de templo Babilonis et
data sunt Sassabasar vocabulo quem
et principem constituit. Dixitque ei
Hec vasa tolle et vade et pone ea
in templo quod est in Jerusalem et domus dei
edificetur in loco suo. Tunc itaque Sas-
sabasar venit et posuit fundamenta
templi dei in Jerusalem et ex eo tempore usque
nunc edificatur et necdum completum est. Nunc
ergo si videtur regi bonum recenseatur in
bibliotheca regis Babilonis que est in
Babilone utrum a Ciro rege iussum
sit ut edificaretur domus dei in Jerusalem et
voluntatem regis super hac re mittat ad nos

Tunc Darius rex Capitulum vi
precepit et recensuerunt in biblio-
theca librorum qui erant repositi in
Babilone et inventum est in Egbactanis
quod est castrum in Medena provincia vo-
lumen unum talisque scriptus erat in eo
commentarius. Anno primo Ciri re-
gis Cirus rex decrevit ut domus
dei que est in Jerusalem edificaretur in loco
ubi immolent hostias et ut ponant
fundamenta supportantia altitudinem
cubitorum lx et latitudinem cubitorum
lx ordines de lapidibus impolitis
tres et sic ordines de lignis novis
Sumptus autem de domo regis dabitur

Et vasa que tulat nabuc͛ reddat
et referat̄ in teplū dei in ierlm̄ Nunc
g° thatanai dux et ceti qui estis trans
fluen cōsul recedite ab illis et dimitti
te teplū dei fieri id a duce iudeorum
Sed et a me preceptū ē ut de tribut⁹
q̄ dant̄ de regiōe transfluen studiose
sumptus dentur illis ut edificet̄ dom⁹
dei et ne impediat̄ opus Et si necē
fuit et vitulos et agnos et edos in
holocaustū dn̄i celi frumentū sal
vinū et oleū scd̄m ritū sacerdotū
qui sunt in ierlm̄ detur eis p singlos
dies ne sit in aliquo qrimonia Et
offerat oblatiōes deo celi Orentq͡z
p vita regis et filiorum ei⁹ A me g°
positū est decretū ut oīs hō qui
hac mutaverit iussione tollatur
lignū de domo ei⁹ et erigat̄ et cōfigat̄
in eo Dom⁹ aūt illius publicetur
Deus aūt q̄ habitare facit nom̄ suū ibi
dissipet oīa regna et ppl̄m q̄ extē
derit manū suā ut repugnet et dis
sipet domū dei illā q̄ ē in ierlm̄
Ego darius statui decretū hoc qd̄
studiose impleri volo Igit̄ tan
thanay dux et ceti cōsiliarii ei⁹ scd̄m
q̄ preceperat darius rex sic diligēt̄
executi sunt Seniores aūt iudeorum
edificabat et pspabat̄ iuxta pphiaz
aggei et zacharie pphete dei Et edi
ficaverūt et cōstruxerūt iubēte deo
isrl̄ et iubēte Ciro et dario et ar
taxersen regib⁹ psarum et cōplevē
rūt domū dei istā ad diē tertiū
mēsis adar q̄ ē ann⁹ sext⁹ regni
darii regis Fecerūt aūt filii isrl̄ et sa
cerdotes et levite et reliq̄ filii trans
migratiōis dedicatiōez dom⁹ dei in
gaudio et obtulerūt vitulos centū

Arietes cc Agnos cccc hircos vo
caprarum p pctō toci⁹ isrl̄ xii iuxta
nūm tribuū isrl̄ Et statuerūt sac
dotes in ordinib⁹ suis et levitas in vici
bus suis sup opa dei in ierlm̄ sicut
scriptū ē in libro moisi Fecerūt aūt
filii isrl̄ transmigratiōis pascha xiiii die
mēsis p̄mi Purificati enī fuerant
sacerdotes et levite q̄si vn⁹ omēs
mūdi ad īmolandū pascha vniūsis
filiis transmigratiōis et fratrib⁹ suis sa
cerdotib⁹ et sibi Et comederūt filii isrl̄
qui reūsi fuerant de transmigratiōe et
omīs qui se separaverat a coignatiōe
gētiū terre ad eos ut quererēt dn̄m
deū isrl̄ Et fecerūt sollēpnitatem
azimorum vii diebus in leticia qm̄ le
tificaverat eos deus et cōvertat cor
regis assur ad eos ut ma⁹ eorum adiu
varet in ope dom⁹ dei isrl̄ Cap vii

Post hec aūt vā in regno artax
ersis regis psarum Esdras
filius Zaraie filii azarie filii helcie filii sellum filii sadoc filii achitob filii
amarie filii azarie filii maraioth filii zaraie filii
ozi filii bocci filii abisue filii phinees
filii eleazar filii aaron sacerdotis
ab initio Ipse esdras ascēdit de ba
bilōe et ipse scriba velox in lege
moysi quā dedit dn̄s deus isrl̄ Et
dedit ei rex scd̄m manū dn̄i dei ei⁹
sup eū omēz petitiōez eius Et as
cenderūt de filiis isrl̄ et de filiis sac
dotū et levitarum et cantorum et ianitorum
in ierlm̄ Anno vii° artaxersis regis
et venit in ierlm̄ mēse quīto ipē
ē ann⁹ vii⁹ regis Quia in p̄mo die
mēsis p̄mi cepit ascēdere de babilōe
et primo die mensis quīti venit
in ierlm̄ iuxta manū dei sui bonam

Epla regis

super se. Esdras autem parauit cor suum ut
investigaret legem domini et faceret et doceret
in israel preceptum et iudicium. Hoc est autem exemplar
epistole edicti quod dedit rex Artaxerses
esdre sacerdoti scribe erudito in sermo-
nibus et preceptis domini et cerimoniis eius
in israel. Artharsersetes rex regum Esdre
sacerdoti scribe legis dei celi doctis-
simo salutem. A me decretum est ut
cuicumque placuerit in regno meo de
populo israel et de sacerdotibus eius et de le-
uitis ire in ierusalem tecum vadat. A fa-
cie enim regis et vii consiliatorum eius
missus es ut visites iudeam et ierusalem
in lege dei tui que est in manu tua et ut
feras argentum et aurum quod rex et con-
siliatores eius sponte obtulerunt deo
israel cuius in ierusalem tabernaculum est et omne
argentum et aurum quodcumque inveneris
in universa provincia babilonis et populus
offerre voluerit et de sacerdotibus
qui sponte obtulerint domui dei sui
que est in ierusalem libere accipe et studiose
eme de hac pecunia vitulos arietes
agnos et sacrificia et libamina eorum et
offer ea super altare templi dei vestri quod
est in ierusalem. Sed et si quid tibi et fratribus
tuis placuerit de reliquo argento et auro
ut faciatis iuxta voluntatem dei vestri fa-
cite. Vasa quoque que dantur tibi in ministerio
domus dei tui trade in conspectu dei in ierusalem.
Sed et cetera quibus opus fuerit in domo
dei tui quantumcumque necesse est ut expen-
das dabis de thesauro regis et de fisco
et a me. Ego Artharsersetes rex. Sta-
tui atque decrevi omnibus custodibus
arche publice qui sunt trans flumen
ut quodcumque pecierit a vobis esdras
sacerdos scriba legis dei celi absque
mora detis usque ad argenti talenta centum
Et usque ad vini batos centum et usque ad
frumenti choros centum et usque ad batos
olei centum. Sal vero absque mensura. Om-
ne quod ad ritum dei celi pertinet tribuatur
diligenter in domo dei celi. Ne forte
irascatur contra regnum regis et filiorum eius.
Vobis quoque notum facimus de universis sacer-
dotibus et leuitis cantoribus ianitoribus
nathinneis et ministris domus dei huius
ut vectigal et tributum et annonas
non habeatis potestatem ponendi super eos.
Tu autem esdras secundum sapientiam dei tui
que est in manu tua constitue iudices et pre-
sides ut iudicent omni populo qui
est trans flumen his videlicet qui noverunt
legem dei tui et legem regis. Sed et imperitos
docete libere. Et omnis qui non fecerit legem dei
tui et legem regis diligenter iudicium
fiet de eo sive in mortem sive in exilium
sive in condempnationem substancie eius vel certe
in carcerem. Et dixit esdras scriba
Benedictus dominus deus patrum nostrorum qui dedit
hoc in corde regis ut glorificaret domum
domini que est in ierusalem et in me inclinavit
misericordiam suam coram rege et consilia-
toribus eius et universis principibus regis
potentibus. Et ego confortatus manu
domini dei mei que erat in me congregavi
de israel principes qui ascenderent
mecum in regno artaxersis. Ca. viii

Hii sunt ergo principes familiarum
et hec genealogia eorum qui
ascenderunt mecum de babilone. De
filiis phinees Gerson. De filiis y-
thamar daniel. De filiis david Acthus.
De filiis phares zacharias et cum eo viri
cl. De filiis phetmoab helioenai filius
zaraie et cum eo cc viri. De filiis sethe-
nie iezechiel et cum eo ccc viri. De filiis
Adin abeth filius ionathan et cum eo l
viri. De filiis Elam isaias filius athalie
et cum eo lxx viri. De filiis Saphatie

Sebedias fi᷒ michael ꝛ cu eo lxxx
viri De fi ioab obedia fi᷒ iehiel et
cu eo ccxviij viri De fi salemith
fi᷒ iosphie ꝛ cu eo clx vi De filijs
Ezead Johana fi᷒ ezethan ꝛ cu eo cx
viri De fi bebai zacharias ꝛ cu eo
xxviij viri De fi adonicam qui erat
novissimi ꝛ hec noia eorum Eliphe
leth Iehiel Samaias ꝛ cu eis lx
viri De fi begui uthai ꝛ zaccur
et cu eis lxx viri Congregavi aut eos
ad fluviu qui decurrit ad ahava ꝛ ma
simus ibi tribus diebus Quesivique
in pplo et i sacerdotibus de filijs le
ui et nō inveni ibi Itaque misi Eliezer
et Ariel et Semeiam ꝛ Elnathan
ꝛ Jaribeth et alteru Elnathan et
Nathan ꝛ Zacharia et Mosollam
principes et Joarib et Helnathan
sapientes et misi eos ad Heddo qui e
pm in Casphie loco ꝛ posui i ore
eorum vba que loquerent ad Addon et
ad fres ~~eius~~ eius nathineos i loco
Casphie ut adducerent nobis ministros
domus dei nri Et adduxerunt nobis
p manu dni dei nri bona sup nos
viru doctissimu de filijs Mooli filij
levi filij isrl ꝛ Sarabia ꝛ filios eius
xviij et fres eius xviij ꝛ Asabia ꝛ cu
eo Isayam de filijs merari fresque eius
ꝛ filios eius xx ꝛ de Nathineis quos
dedit dauid et principes ad ministra
levitaz nathineos ccxx omnes
hii suis noibus vocabantur Et predica
ui ibi ieiuniu iuxta fluviu hava
ut affligemur cora dno deo nro
et peterem ab eo via rectam nobis
et filijs nris vniuersaque sbe nre Eru
bui eni petere regis auxiliu et
equites qui defenderent nos ab ini
mico i via Quia dixeramus regi
Manus dei nri est sup oes qui querunt
eu in bonitate et imperiu eius et fortitudo
eius et furor sup omes qui derelinqunt
eu Ieiunavimus aut et rogavimus deum
nrm p hoc et evenit nobis prospere
Et separavi de principibus sacerdotu
xij Sarabia et Asabia ꝛ cu eis
de fribus eorum decem Appendique eis
argentu et auru et vasa consecrata
domus dei nri que obtulit Rex et co
siliatores et principes eius vniuersusque
isrl eorum qui inventi fuerant Et appendi
in manibus eorum argenti talenta sexcenta
et quinquaginta et vasa argentea centum
et auri centu talenta ꝛ crateres aureos
xx qui habebant solidos millenos
et vasa eris fulgentis optimi duo
pulchra ut aurum et dixi eis Vos sci
dni et vasa sca et argentu ꝛ auru
quod sponte oblatu e dno deo patru
nrorum Vigilate et custodite donec
appendatis cora principibus sacerdo
tu ꝛ levitaz ꝛ ducibus familiarum
isrl in ierlm in thesauru domus dni
Susceperunt aut sacerdotes ꝛ levite
pondus argenti ꝛ auri ꝛ vasoz ut
deferret in ierlm in domu dei nostri
Promouimus aut a fluvio hama
xij die mensis pmi ut pergemus i ierlm
et manus dei nri liberavit nos de manu
inimici ꝛ insidiatoris nri i via Et
venimus i ierlm Et quarta die appensum e ar
gentu ꝛ auru ꝛ vasa i domu dni dei nri
p manu Remoth filij vrie sacerdotis ꝛ cu
eo Eleazar fi᷒ phinees ꝛ Josedech fi᷒
Josue levite iuxta pondus om̄i ꝛ appensu
est oē pondus tpe illo ꝛ filij transmigracois
holocausta obtulerut dno vitulos xij
p oi ppo isrl arietes xcvj Agnos lxxvij
hircos p pcco xij ꝛ dederunt edicta regis
Satrapis et ducibus transfluen et ele
vaverunt populu et domu dei

Capitulum IX

Postquam autem hec completa sunt accesserunt ad me principes dicentes Non est separatus populus israel et sacerdotes et leuite a populis terrarum et ab abhominationibus eorum Chananei videlicet et Ethei et Pherezei et Jebusei et Ammonitarum et Moabitarum et Egiptiorum et Amorreorum Tulerunt enim de filiabus eorum sibi et filiis eorum uxores et commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum Manus etiam principum et magistratuum fuit in transgressione hac prima. Cumque audissem sermonem istum scidi pallium meum et tunicam et euulsi capillos capitis mei et barbe et sedi merens Conuenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum dei israel pro transgressione eorum qui de captiuitate venerant Et ego sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum Et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea et scisso pallio et tunica curuaui genua mea et expandi manus meas ad dominum deum meum et dixi Deus meus confundor et erubesco leuare faciem meam ad te quoniam iniquitates nostre multiplicate sunt super caput nostrum et delicta nostra creuerunt usque ad celum a diebus patrum nostrorum Sed et nos ipsi peccauimus grauiter usque ad diem hanc et in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi et reges nostri et sacerdotes nostri in manibus regum terrarum et in gladium et in captiuitatem et in ruinam et in confusionem vultus sicut et die hac Et nunc quasi parum et ad momentum facta est deprecatio apud dominum deum nostrum ut dimitterentur nobis reliquie et daretur nobis paxillus in loco sancto eius et illuminaret oculos nostros deus noster et daret nobis vitam modicam in seruitute nostra quia serui sumus et in seruitute nostra non dereliquit nos deus noster Et inclinauit super nos misericordiam coram rege persarum ut daret nobis vitam et sublimaret domum dei nostri et extrueret solitudines eius et daret nobis sepem in Juda et ierusalem Et nunc quid dicemus domine deus noster post hec quia dereliquimus mandata tua que precepisti in manu seruorum tuorum prophetarum dicens Terra ad quam vos ingredimini ut possideatis eam terra immunda est iuxta immunditiam populorum ceterarumque terrarum abhominationibus eorum qui repleuerunt eam ab ore usque ad os in coinquinatione sua Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum et filias eorum non accipiatis filiis vestris et non queratis pacem eorum et prosperitatem eorum usque in sempiternum ut confortemini et comedatis que bona sunt terre et heredes habeatis filios vestros usque in seculum Et post omnia que venerunt super nos in operibus nostris pessimis et in delicto nostro magno quia tu deus israel liberasti nos de iniquitate nostra et dedisti nobis salutem sicut est hodie ut non reuerteremur et irrita faceremus mandata tua neque matrimonia iungeremus cum populis abhominationum istarum Numquid iratus es nobis usque ad consummationem ne dimitteres nobis reliquias et salutem Domine deus israel iustus es tu quoniam derelicti sumus qui saluaremur sicut die hac Ecce coram te sumus in delicto nostro Non enim stari potest coram te super hec.

Capitulum X

Sic ergo orante Esdra et implorante deum et flente et iacente ante templum dei collectus est ad eum de israel cetus grandis nimis

uxorum et mulierum et puerorum. Et flevit
populus multo fletu. Et respondit Sechenias
filius Iehiel de filiis Elam et dixit Esdre
Nos prevaricati sumus in deum nostrum et
duximus uxores alienigenas de
populis terre. Et nunc si penitentia est in israel
super hoc percutiamus fedus cum domino deo
nostro ut proiciamus universas uxores
et eos qui de his nati sunt iuxta volun
tatem domini et eorum qui timent preceptum
domini dei nostri secundum legem fiat. Surge
tuum est ~~discernere~~ decernere nosque
erimus tecum. Confortare et fac. Sur
rexit ergo Esdras et adiuravit prin
cipes sacerdotum et levitarum et omnem
israel ut facerent secundum verbum hoc. Et iu
raverunt. Et surrexit Esdras ante
domum dei et abiit ad cubiculum Iohan
nam filii Eliasib et ingressus est
illuc panem non comedit et aquam non
bibit. lugebat enim transgressionem eorum
qui venerant de captivitate. Et missa
est vox in Iuda et Ierusalem omnibus filiis trans
migrationis ut congregarentur in Ierusalem.
Et omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta
consilium principum et seniorum auferetur
ab eo universa substantia eius et ipse abicietur
de cetu transmigrationis. Convenerunt igitur
omnes viri Iuda et Beniamin in Ierusalem tribus
diebus. Ipse est mensis nonus vicesimo die mensis.
Et sedit omnis populus in platea domus
domini trementes pro peccato. Et surrexit Esdras
sacerdos et dixit ad eos. Vos trans
gressi estis et duxistis uxores alie
nigenas ut adderetis super delictum
israel. Et nunc date confessionem domino
deo patrum vestrorum et facite placitum
eius et separamini a populis terre et ab ux
oribus alienigenis. Et respondit univer
sa multitudo dixitque voce magna
iuxta verbum tuum ad nos sic fiat.

Verum tamen quia populus multus est et tempus plu
vie et non sustinemus stare foris et
opus non est diei unius vel duorum. Ve
hementer quippe peccavimus in sermone isto.
Constituantur principes in universa mul
titudine et omnes in civitatibus nostris qui dux
erunt uxores alienigenas veniant in
temporibus statutis et cum his seniores
per civitatem et civitatem et iudices eius donec
avertatur ira dei nostri a nobis super peccato hoc.
Igitur Ionathan filius Azahel et Iaasia filius
Thecue steterunt super hoc et Mesolla
et Sebethai levites adiuverunt eos.
Feceruntque sic filii transmigrationis. Et abie
runt Esdras sacerdos et principes in
domos patrum suorum et omnes per nomina
sua. Et sederunt in die primo mensis
decimi ut quererent rem et consummati sunt
omnes viri qui duxerant uxores alieni
genas usque ad diem primam mensis primi.
Et inventi sunt de filiis sacerdotum qui dux
erant uxores alienigenas. De filiis Iosue
filii Iosedech et fratres eius Maasia et ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ Eliezer et Iarib et Godolia. Et
dederunt manus suas ut eicerent uxo
res suas et pro delicto suo arietem off
errent de ovibus. Et de filiis Emmer
Anani et Zebedia. Et de filiis Levitarum
alii viri quinque. Et de cantoribus Elia
sib. Et de ianitoribus Sellum et Thelem.
Et ex israel de filiis Pharos viri xii.
Et de filiis Zechua viri sex. Et de
filiis Rebai viri m^or^. Et de filiis Beni
viri sex. Et de filiis Phegor et Nebo
xxxvii viri. Omnes hii acceperant
uxores alienigenas et fuerunt
ex eis mulieres que pepererant
ex eis filios multos. Explicit Esdras

Incipit Neemias capitulum primum

Verba Neemie filii Helchie.
Et factum est in mense Casleu
anno vicesimo. Et ego eram

in Susis castro. Et veni ad me Anani unus de fratribus meis ipse et viri ex Iuda. Et interrogavi eos de Iudeis qui remanserant et supererant de captivitate et de Ierusalem. Et dixerunt michi: Qui remanserunt et relicti sunt de captivitate ibi in provincia, in magna afflictione sunt et in opprobrio, et murus Ierusalem dissipatus est, et porte eius combuste sunt igni. Cumque audissem verba huiuscemodi sedi et flevi et luxi diebus multis et ieiunabam et orabam ante faciem dei celi et dixi: Queso domine deus celi fortis magne atque terribilis qui custodis pactum et misericordiam cum hiis qui te diligunt et custodiunt mandata tua. Fiant aures tue auscultantes et oculi tui aperti ut audias orationem servi tui quam ego oro coram te hodie nocte et die pro filiis Israel servis tuis et confiteor pro peccatis filiorum Israel quibus peccaverunt tibi. Et ego et domus patris mei peccavimus. Vanitate seducti sumus et non custodivimus mandatum quod precepisti Moysi famulo tuo. Memento verbi tui quod mandasti Moysi servo tuo dicens: Cum transgressi fueritis ego dispergam vos in populos. Et si revertamini ad me et custodiatis precepta mea et faciatis ea, etsi abducti fueritis ad extrema celi inde congregabo vos et inducam in locum quem elegi ut habitaret nomen meum ibi. Et ipsi servi tui et populus tuus quos redemisti in fortitudine tua magna et in manu valida. Obsecro domine sit auris tua intendens ad orationem servi tui et ad orationem servorum tuorum qui volunt timere nomen tuum. Et dirige servum tuum hodie et da ei misericordiam ante virum hunc. Ego enim eram pincerna regis. // Explicit

Capitulum secundum

Factum est autem in mense nisan anno vicesimo Arthaxersis regis et vinum erat ante eum, et levavi vinum et dedi regi, et eram quasi languidus ante faciem eius. Dixitque michi rex: Quare vultus tuus tristis est cum te egrotum non videam? Non est hoc frustra sed malum nescio quid in corde tuo est. Et timui valde ac nimis et dixi regi: Rex in eternum vive. Quare non meret vultus meus quia civitas domus sepulchrorum patris mei deserta est et porte eius combuste sunt igni. Et ait michi rex: Pro qua re postulas? Et oravi deum celi et dixi ad regem: Si videtur bonum regi et si placet servus tuus ante faciem tuam, ut mittas me in Iudeam obsecro ad civitatem sepulcri patris mei et edificabo eam. Dixitque michi rex et regina que sedebat iuxta eum: Usque ad quod tempus erit iter tuum et quando reverteris? Et placuit regi et misit me. Et constitui ei tempus et dixi regi: Si regi videtur bonum, epistolas det michi ad duces regionis transflumen ut transducant me donec veniam in Iudeam, et epistolam ad Asaph custodem saltus regis ut det michi ligna ut tegere possim portas turris domus et muri civitatis et domum quam ingressus fuero. Et dedit michi rex iuxta manum dei mei bonam mecum. Et veni ad duces regionis transflumen dedique eis epistolas regis. Miserat autem rex mecum principes militum et equites. Et audierunt Sanaballath Oronites et Thobias servus Amonites et contristati sunt afflictione magna quod venisset homo qui quereret prosperitatem filiorum Israel. Et veni in Ierusalem et eram ibi

diebus tribus. Et surrexi nocte
ego et viri pauci mecum et non indi-
cavi cuiquam quid deus dedisset in corde meo
ut facerem in Jerusalem. Et iumentum non
erat mecum nisi animal cui insidebam. Et
egressus sum per portam vallis nocte et
ante fontem draconis et ad portam stercoris.
Et considerabam murum Jerusalem dissi-
patum et portas eius consumptas igni.
Et transivi ad portam fontis et aque-
ductum regis et non erat locus iumen-
to cui insidebam ut transiret. Et ascendi
per torrentem nocte et considerabam
murum. Et reversus veni ad portam
vallis et redii. Magistratus autem
nesciebant quo abissem aut quid ego
facerem. Sed et Judeis et sacerdoti-
bus et optimatibus et magistratibus et
reliquis qui faciebant opus usque
ad id locorum nichil indicaveram.
Et dixi eis. Vos nostis afflictionem
in qua sumus quia Jerusalem deserta est et porte
eius consumpte sunt igni. Venite et edifi-
cemus muros Jerusalem et non simus ultra
obprobrium. Et indicavi eis manum dei
mei quod esset bona mecum. Et verba regis
que locutus est mihi. Et aio Surgamus
et edificemus. Et confortate sunt manus
eorum in bono. Audierunt autem Sanabal-
lath oronites et thobias servus amma-
nites et Arabs et Gosen et subsan-
naverunt nos et despexerunt dixeruntque
Que est hec res quam facitis.
Numquid contra regem vos rebel-
latis. Et reddidi eis sermonem
dixique ad eos. Deus celi ipse iuvat
nos et nos servi eius sumus
surgamus et edificemus. Vobis autem non
est pars et iusticia et memoria in Jerusalem.

iii Et surrexit eliasib
sacerdos magnus et fratres eius
sacerdotes et edificaverunt portam
David regis. Et sanctificaverunt eam et
statuerunt valvas eius. Et usque ad tur-
rem c. cubitorum sanctificaverunt eam usque ad
turrem ananehel. Et iuxta eam edifi-
caverunt viri Jericho. Et iuxta eam edi-
ficavit zaccur filius zamri. Portam autem
piscium edificaverunt filii asnaa. Ipsi
texerunt eam et statuerunt valvas eius
et seras et vectes. Et iuxta eos edifi-
cavit merimuth filius urie filii accus.
Et iuxta eum edificavit mosolla filius
mesezabel. Iuxta quem edificavit sadoch.
Iuxta eum edificaverunt thecueni. Op-
timates autem eorum non supposuerunt
colla sua in opere domini dei sui. Et portam
veterem edificaverunt Joiada filius phase-
sea et mosolla filius besedia. Ipsi
texerunt eam et posuerunt valvas
eius et seras et vectes. Et iuxta eos
edificaverunt melchias gabaoni-
tes et Jadon meronatites viri
de gabaon et masphat pro duce qui erat
in regione trans flumen. Iuxta eum edificavit
Esihel vir aurifex. Et iuxta eum edificavit
ananias filius pigmentarii. Et dimi-
serunt Jerusalem usque ad murum platee
latioris. Et iuxta eum edificavit raphaia
princeps vici Jerusalem. Et iuxta eum edificavit
Jeiada filius aramath contra domum suam.
Iuxta eum edificavit accus. Mediam autem
partem vici edificavit melchias filius
Heret et asub et turrem furnorum. Iuxta
eum edificavit Sellum filius aloes princeps
medie partis vici Jerusalem ipse et filii eius.
Et portam vallis edificavit amun et habi-
tatores sanoe et statuerunt valvas
eius et seras et vectes et mille cubi-
tos in muro usque ad portam sterquilinii.
Et portam sterquilinii edificavit mel-
chias filius rechab princeps vici betha-

chiarem ipse edificavit eam et statuit val
vas eius et seras et vectes Et portam
fontis edificavit Sellum filius colozay
princeps pagi masphat et statuit
valvas eius et seras et vectes et mu
ros piscine syloe in ortum regis
et usque ad gradus qui descen
dunt de civitate david Post eum edi
ficavit Neemias filius azboth princeps
dimidie partis vici bethsur usque
contra sepulchrum david et usque ad pisci
nam que grandi opere constructa est et usque
ad domum fortium Post eum edificave
runt levite et post eos Reum filius Beni
Post eum edificavit Asebias princeps
dimidie partis ceyle in vico suo Post
eum edificaverunt fratres eorum Bethni
enadad Post eos edificavit Azer filius
Josue princeps masphat mensuram
secundam Post eum baruch filius zachai
mensuram secundam ab angulo usque ad
portam domus eliasiph sacerdotis magni
Post eum edificaverunt sacerdotes
viri de campestribus iordanis Post
eum edificavit beniamin et asub contra
domum suam Post hunc edificavit azarias
contra domum suam Post eum edificavit beni
mi usque ad angulum Post eum phalal
dania filius ozi et phethedias Nathinnei autem habita
bant in ophel usque contra portam aquarum ad orientem
Post eum edificaverunt thecueni me
suram secundam e regione a turre magna
et eminenti usque ad murum templi
Sursum autem ad portam equorum edifica
verunt sacerdotes unusquisque contra domum suam
Post eos edificavit sedeth Post eum edifi
cavit mosollam filius barachie Post eum
melchias filius aurificis usque ad portam iudici
alem et usque ad cenaculum anguli et inter
cenaculum anguli et portam gregis edifi
caverunt artifices et negociatores

Factum est autem cum audisset **Cap iiij**
Sanaballath quod edificaremus
murum iratus est valde et motus
nimis subsannavit iudeos et dixit
coram fratribus suis et frequencia sa
maritanorum Quid iudei faciunt
inbecilles Num dimittent eos gen
tes Num sacrificabunt et complebunt in una die Numquid
edificare poterunt lapides de ac
ervis pulveris qui combusti sunt Sed
et thobias amanites proximus eius
ait Edificent Si ascenderit
vulpes transiliet murum eorum Et
dixit Neemias Audi deus noster
quia facti sumus despectui Converte
obprobrium super caput eorum et da eos
in despectionem in terra captivitatis
Ne operias iniquitatem eorum et peccata
eorum coram facie tua non deleantur
quia irriserunt edificantes Itaque edi
ficavimus murum et coniunximus
totum usque ad partem dimidiam Et
provocatum est cor populi ad edificandum
et operandum Factum est autem cum audisset
Sanaballath et thobias et arabes et
amonites et azoti quod obducta
esset cicatrix muri ierusalem et quod cepis
sent interrupta concludi irati sunt
nimis Et congregati sunt omnes pariter
ut venirent et pugnarent contra
ierusalem et molirentur insidias Et ora
vimus deum nostrum et posuimus cus
todes super murum die ac nocte
contra eos Dixit autem iudas Debi
litata est fortitudo portantis et hu
mus nimia est et nos non pote
rimus edificare murum Et dixe
runt hostes nostri Nesciant et ignorent
donec veniamus in medium eorum
et interficiamus eos et cessare faciamus

eos. Factum est autem venientibus Iudeis
qui habitabant iuxta eos et dicentibus
nobis per decem vices ex omnibus locis
quibus venerant ad nos statui
in loco post murum per circuitum
populum in ordine cum gladiis suis et
lanceis et arcubus. Et prospexi atque
surrexi et aio ad optimates et
magistratus et reliquam partem vulgi.
Nolite timere a facie eorum. Domini
magni et terribilis mementote et
pugnate pro fratribus vestris et filiis
vestris et filiabus vestris et uxoribus
vestris et domibus. Factum est autem cum
audissent inimici nostri nunciatum
esse nobis, dissipavit deus consilium
eorum et reversi sumus omnes ad mu-
rum unusquisque ad opus suum
et factum est a die illa media pars
iuvenum eorum faciebat opus et
media pars parata erat ad bellum
et lancee et scuta et arcus et lorice
et principes post eos in omni domo
Iuda edificantium in muro et porta-
ntium onera et imponentium; una manu
sua faciebat opus et altera manu
tenebat gladium. Edificantium enim
unusquisque gladio accinctus
renes et clangebant buccina coram
me. Et dixi ad optimates et magistra-
tus et reliquam partem vulgi. Opus grande
est et latum et nos separati sumus in
muro procul alter ab altero. In loco
quocumque audieritis clangorem tube
illuc concurrite ad nos; deus noster
pugnabit pro nobis. Et nos ipsi faciemus
opus et media pars teneat lanceas
ab aurora usque ad noctem. Et dixi
populo: unusquisque cum puero suo mane-
at in medio Ierusalem et sint vobis vices
per noctem et diem ad operandum. Ego autem
et fratres mei et pueri mei et custo-
des qui erant post me non depone-
bamus vestimenta nostra; unusquisque
tantum nudabatur ad baptismum.

Et factus est clamor / Cap v
populi et uxorum eius magnus
adversus fratres suos Iudeos et
erant qui dicerent: Filii nostri et filie nostre
multe sunt nimis. Accipiamus
pro pretio eorum frumentum et comedamus
et bibamus. Et erant qui dicerent:
Agros nostros et vineas et domos
nostras opponamus et accipiamus frumen-
tum in fame. Et alii dicebant: Mu-
tuo sumamus pecunias in tributa
regis demusque agros nostros et vine-
as et nunc sicut carnes fratrum
nostrorum sic carnes nostre sunt
et sicut filii eorum sic et filii nostri. Ecce
nos subiugamus filios nostros et fili-
as nostras in servitutem et de filiabus
nostris sunt famule, nec habemus unde
possint redimi et agros nostros et
vineas nostras alii possident. Et ira-
tus sum nimis cum audissem clamorem
eorum secundum verba hec. Cogitavitque
cor meum mecum et increpavi op-
timates et magistratus et dixi eis:
Nos ut scitis redemimus fratres nostros
Iudeos qui venditi fuerant gentibus
secundum possibilitatem nostram. Et vos
igitur vendite fratres vestros et redi-
memus eos. Et siluerunt nec invenerunt
quid responderent. Dixique ad eos: Non
est bona res quam facitis. Quare non
in timore dei nostri ambulatis, ne
exprobretur nobis a gentibus inimi-
cis nostris. Et ego et fratres mei commo-
davimus plurimis pecuniam et frumentum

Non repetamus in commune istud. Et alienum concedamus quod debetur nobis. Reddite eis hodie agros suos et vineas suas et olivecta sua et domos suas. Quin potius et centesimam pecunie frumenti vini et olei quam exigere solebatis ab eis date pro illis. Et dixerunt Reddemus et ab eis nichil queremus. Sicque faciemus ut loqueris. Et vocavi sacerdotes et adiuravi eos ut facerent iuxta quod dixeram. Insuper excussi sinum meum et dixi Sic excutiat deus omnem virum qui non compleverit verbum istud de domo sua et de laboribus suis / sic excutiatur et vacuus fiat. Et dixit omnis multitudo Amen et laudaverunt deum. Fecit ergo populus sicut dictum erat. A die autem illa qua rex preceperat michi ut essem dux in terra iuda ab anno vicesimo usque ad annum xxxii artaxersis regis per annos xii. Ego et fratres mei anonas que ducibus debebantur non comedimus. Duces autem primi qui fuerunt ante me gravaverunt populum et acceperunt ab eis in pane in vino et in pecunia cottidie siclos xl. Et ministri eorum depresserunt populum. Ego autem non feci ita propter timorem dei. Quin potius in opere muri edificavi et agrum non emi et omnes pueri mei congregati ad opus erant. Iudei quoque et magistratus eorum cl viri et qui veniebant ad me de gentibus que in circuitu nostro sunt in mensa mea erant. Parabatur autem michi per dies singulos bos unus arietes sex electi exceptis volatilibus et inter dies x vina diversa et alia multa tribuebam. Insuper et anonas ducatus mei non quesivi. Valde enim erat attenuatus populus. Memento mei deus meus in bonum secundum omnia que feci populo huic. Capitulum vi

Factum est autem cum audisset Sanaballath et thobias et gosem et Arabs et ceteri inimici nostri quod edificassem ego murum et non esset in ipso residua interruptio. Usque ad tempus autem illud valvas non posueram in portis. Miserunt sanaballath et thobias et gosem arabs ad me dicentes. Veni et percutiamus pariter fedus in viculis in campo Ono. Ipsi autem cogitabant ut facerent michi malum. Misi ergo ad eos nuncios dicens. Opus grande ego facio et non possum descendere ne forte negligatur cum venero et descendero ad vos. Miserunt autem ad me secundum verbum hoc per quatuor vices et respondi eis iuxta sermonem priorem. Et misit ad me sanaballath iuxta verbum prius quinta vice puerum suum et epistolam habebat in manu sua scriptam hoc modo. In gentibus auditum est et gosem dixit quod tu et iudei cogitetis rebellare et propterea edificetis murum et levare te velis super eos regem propter quam causam et prophetas posueris qui predicent de te in ierusalem dicentes Rex in iudea est. Auditurus est rex verba hec. Ideo nunc veni ut ineamus consilium pariter. Et misi ad eos dicens. Non est factum secundum verba hec que tu loqueris. De corde enim tuo tu componis hec. Omnes enim hii terrebant nos cogitantes quod cessarent manus nostre ab opere et quiescerent. Quam ob causam magis confortavi manus meas. Et ingressus sum domum semaie secreto qui dixit. Tractemus nobiscum in domo dei in medio templi et claudamus portas edis. Quia venturi sunt ut interficiant te et nocte venturi sunt ad occidendum te. Et dixi Num quisquam similis mei fugit et quis ut ego ingredietur templum et vivet. Non ingrediar. Et intellexi quod deus non misisset eum sed quasi vaticinans locutus esset ad me et sanaballath et thobias mercede conduxissent eum. Etenim

pat ei sp̃tiu ut tritus facerem et pec
tare et haberent malum quod exprobrarent
michi. Memento mei domine pro thobia et sana
ballath iuxta opera eorum talia et Noa
die prophete et ceterorum prophetarum qui terrebant
me. Completus est autem murus xxv° die
mensis elul. l. duobus diebus. Factum est
autem cum audissent omnes inimici nostri ut
timerent universe gentes in circuitu
nostro et conciderent intra semetipsos et sci
rent quod a domino factum esset opus hoc. Sed
in diebus illis multe optimatum
iudeorum epistole mittebantur ad thobia
am et a thobia veniebant ad eos. Mul
ti enim erant in Judea habentes iuramentum
eius quia gener erat Sechenie filii Jo
rel et Johanam filius eius acceperat
filiam Mosolla filii barachie. Sed et
laudabant eum coram me et verba mea
nunciabant ei et thobias mittebat
litteras ut terreret me. Capitulum vii

Postquam autem edificatus est murus
et posui valuas et recensui
Janitores et cantores et levitas. Pre
cepi anani fratri meo et ananie princi
pi domus ierusalem. Ipse enim quasi verax vir
et timens deum plus ceteris videbatur.
Et dixi eis. Non aperiantur porte ierusalem
usque ad calorem solis. Cumque adhuc
assisterent, clause porte sunt et oppi
late. Et posui custodes de habitatori
bus ierusalem singulos per vices suas et
unumquemque contra domum suam. Civitas
autem erat lata nimis et grandis et populus
in medio eius. Et non erant domus edi
ficate. Deus autem dedit in corde meo
et congregavi optimates et magistratus
et vulgus ut recenserem eos et inveni
librum census eorum qui ascenderant
primum et inventum est scriptum in eo. Isti sunt
filii provincie qui ascenderunt de cap
tivitate transmigratorum quos transtulerat

Nabuchodonosor rex babilonis
et reversi sunt in ierusalem et in Judea unus
quisque in civitatem suam qui venerant
cum Zorobabel. Josue Neemias Aza
rias Raamias Naamin Mardocheus
belsan Mespharath Naum baana.
Numerus virorum populi israel. Filii pharos duo mi
lia clxxii. Filii Saphatie ccclxxii.
Filii Area sescenti lii. Filii phaeth mo
ab filiorum Josue et Joab duo milia octin
genti xviii. Filii helam mille ducenti liiii. Filii
zechua octingenti xlv. Filii zechai septingenti
lx. Filii bannui sescenti xlviii. Filii bebai
sescenti xxviii. Filii azgad duo milia
ccc xxii. Filii adonicham sescenti lxvii. Filii
bagoai duo milia lxvii. Filii adin
sescenti lv. Filii athur ezechie xcviii. Filii asem ccc
xxviii. Filii besai ccc xxiiii. Filii A
reph cxii. Filii gabaon xcv. Viri
bethleem et netupha clxxxviii. Viri
anatot cxxviii. Viri bethazmoth xlii. Viri cariathiarim
cephira et beroth septingenti xliii. Viri Rama et gabaa sescenti xxi.
Viri machmas cxxii. Viri bethel et
hay cxxiii. Viri nebo alterius lii. Viri
helam alterius mille ccliiii. Filii Arem ccc
xx. Filii Jericho ccc xlv. Filii Joadid et
ono septingenti xxi. Filii Senaa mille
nongenti xxx. Sacerdotes filii ydaia
in domo Josua nongenti lxxiii. Filii
Emmer mille lii. Filii phassur mille
ccxlvii. Filii arem mille xvii. Levite
filii Josue et Cedmihel filiorum oduia lxxiiii.
Cantores filii asaph cxlviii. Janitores
filii sellum filii ather filii thelmon filii accub
filii atita filii sobai cxxxviii. Na
thinei filii soa filii asupha filii
thebaoth filii ceros filii sia filii fadon
filii lebana filii agaba filii selmai
filii anan filii gaddel filii gaher
filii raaia filii rasin filii necoda
filii gazem filii aza filii phasea
filii besai filii munim filii nephussim
filii bacbuc filii acupha filii arhur
filii besloth filii maida filii arsa
filii bercos filii sisara filii thema
filii nasia filii atipha filii servorum
salomonis filii sothai filii sophereth
filii pharida filii iahala filii dalcon
filii geddel filii saphatia filii atthil
filii phochereth qui erat ortus
ex sabaim filio amon. Omnes Nathi
nei et filii servorum salomonis ccc xcii.
Hii autem sunt qui ascenderunt de thelmala
thelarsa cherub et addon et Emer
et non potuerunt indicare domum patrum

suorum et semen suum utrum ex israel essent
filii dalaia et filii thobia filii necoda
dcxlii. Et de sacerdotibus filii abia et
filii accus filii berzellai qui accepit de
filiabus berzellai galaaditidis uxorem.
Hii quesierunt scripturam suam in censu
genealogie sue et non invenerunt et eiecti
sunt a sacerdotio et prohibiti sunt ne man-
ducarent de sanctis sanctorum donec surgeret sacer-
dos doctus in lege et eruditus. Omnis mul-
titudo quasi vir unus xl duo milia ccclx
absque servis et ancillis eorum qui erant
vii milia cccxxxvii. Et inter eos equi
eorum dccxxxvi. Muli eorum ccxlv. Can-
tores et cantatrices ccxlv. Cameli eorum
ccccxxxv. Asini vi milia dccxx. Nonnulli
autem de principibus familiarum dederunt impen-
sas in opus dei. Athersata dedit in the-
saurum auri dragmas mille, fialas
l. Tunicas sacerdotales quingentas
xxx. Et in thesaurum operis de principi-
bus familiarum auri dragmas xx mi-
lia et argenti mnas duo milia et cc. Et
dedit reliquus populus auri dragmas xx
milia et argenti mnas duo milia et
tunicas sacerdotales lxvii. Habitaverunt
autem sacerdotes et levite et cantores
et ianitores et reliquum vulgus et nathi-
nei et omnis populus israel in civitatibus suis.

VIII

Et venerat mensis septimus sceno-
phegie sub esdra et neemia
filii autem israel erant in civitatibus suis. Con-
gregatusque est omnis populus quasi vir unus
ad plateam que est ante portam aquarum et
dixerunt esdre scribe ut afferret
librum legis moysi quam preceperat dominus
israeli. Attulit ergo esdras sacerdos le-
gem coram omni multitudine virorum ac mu-
lierum cunctisque qui poterant intelligere
in die primo mensis septimi. Et legit in
eo aperte in platea que erat ante porta
aquarum a mane usque ad mediam diem
in conspectu virorum ac mulierum et sapientium.
Et aures omnis populi erant erecte ad li-
brum legis. Stetit autem esdras super
gradum ligneum quem fecerat ad loquendum.
Et steterunt iuxta eum mathathias et
Sema et Naama et Uria et Elchia et
Maasia ad dexteram eius et ad sinistram
eius Phadaia, Misael et Melchia et
Assum et Asephadana et Zacharia et
Mosolla. Et aperuit Esdras librum
legis coram omni populo. Super universum quippe
populum eminebat. Et cum aperuisset
eum stetit omnis populus. Et benedixit esdras
domino voce magna. Et respondit omnis populus
Amen amen. Elevantes manus suas
et incurvati sunt et adoraverunt deum
proni in terra. Porro Iosue et Banaim
et Sarabia, Iamin, Achub, Septhay,
Odia, Maasia, Azarias, Iosabeth, Anam,
Phallalia levite silentium faciebant
in populo ad audiendam legem. Populus autem sta-
bat in gradu suo et legerunt in libro
legis distincte et aperte ad intelligendum.
Et intellexerunt cum legeretur. Dixit autem
Neemias ipse athersata et Esdras
sacerdos et levite interpretantes uni-
verso populo: Dies sanctificatus est domino deo
nostro. Nolite lugere et nolite flere. Fle-
bat enim omnis populus cum audiret verba legis.
Et dixit eis: Ite et comedite pingu-
ia et bibite mulsum et mittite par-
tes eis qui non preparaverunt sibi quia sanctus
dies domini est et nolite contristari. Gau-
dium etenim domini est fortitudo nostra. Levi-
te autem silentium faciebant in omni populo
dicentes: Tacete quia dies sanctus est domini
et nolite dolere. Abiit itaque omnis populus
ut comederet et biberet et mitteret
partes et faceret leticiam magnam quia
intellexerunt verba que docuerat eos.
Et in die secundo congregati sunt principes

familiarum universi populi sacerdotes et levite ad Esdram scribam ut interpretaretur eis verba legis. Et invenerunt scriptum in lege precepisse dominum in manu Moysi ut habitent filii Israel in tabernaculis in die sollempni mense septimo, et ut predicent et divulgent vocem in universis urbibus suis dicentes: Egredimini in montem et afferte frondes ligni pulcherrimi frondes myrti et ramos palmarum et frondes ligni nemorosi ut fiant tabernacula sicut scriptum est. Et egressus est omnis populus et attulerunt feceruntque tabernacula sibi unusquisque in domate suo et in atriis suis et in atriis domus dei et in platea porte aquarum et in platea porte Effraym. Fecit ergo universa ecclesia eorum qui redierant de captivitate tabernacula et habitaverunt in eis. Non enim fecerant talia filii Israel a diebus Josue filii Nun usque ad diem illum. Et fuit leticia magna nimis. Legit autem in libro legis dei per singulos dies a die primo usque ad diem novissimum. Et fecerunt sollempnitatem vii diebus et in die octavo collectam iuxta ritum.

In die autem xxiiii mensis **Cap. ix** huius convenerunt filii Israel in ieiunio et in saccis et humus super eos. Et separatum est semen filiorum Israel ab omni filio alienigena et steterunt coram domino et confitebantur peccata sua et iniquitates patrum suorum. Et consurrexerunt ad standum et legerunt in volumine legis domini dei sui quater in die et quater in nocte confitebantur et laudabant dominum deum suum. Surrexerunt autem super gradum levitarum Josue et Bani Cedmihel Sebnia Bonni Serebias Bani et Chanani. Et clamaverunt voce magna ad dominum deum suum. Et dixerunt levite Josue et Cedmihel et ceteris prostratis: Surgite et benedicite domino deo vestro ab eterno usque in eternum et benedicant nomini glorie tue excelso in omni benedictione et laude. Et dixit Esdras: Tu ipse domine solus, tu fecisti celum et celum celorum et omnem exercitum eorum, terram et omnia que in ea sunt, maria et omnia que in eis sunt, et tu vivificas omnia hec et exercitus celi te adorat. Tu ipse domine deus qui elegisti Abraham et eduxisti eum de igne Caldeorum et posuisti nomen eius Abraham et invenisti cor eius fidele coram te et percussisti cum eo fedus ut dares ei terram Chananei Ethei Eveique Pherezei Amorrei Gergesei et Jebusei ut dares semini eius et implesti verba tua quoniam iustus es. Et vidisti afflictionem patrum nostrorum in Egipto clamoremque eorum audisti super mare Rubrum et dedisti signa et portenta in Pharaone et universis servis eius et in omni populo terre illius. Cognovisti enim quia superbe egerunt contra eos et fecisti nomen tibi sicut et in hac die. Et mare divisisti ante eos et transierunt per medium maris in sicco, persecutores autem eorum proiecisti in profundum quasi lapidem in aquas validas. Et in columpna nubis ductor eorum fuisti per diem et in columpna ignis per noctem ut appareret eis via per quam ingrediebantur. Et locutus es eis in monte Synay et dedisti eis iudicia recta et legem veritatis et precepta bona et sabbatum sanctificatum ostendisti eis in manu Moysi. Panem quoque de celo dedisti eis in fame eorum et aquam de petra eduxisti sitientibus et dixisti eis ut ingrederentur terram et possiderent eam super quam levasti manum tuam ut traderes eis. Ipsi vero et patres nostri superbe egerunt et noluerunt obedire. Tu autem deus propicius clemens et misericors longanimis et multe miserationis non dereliquisti eos. Si fecerunt

que sibi vitulum et blasphemias multas
et magnas et tu tamen in misericordiis
tuis multis non dimisisti eos in deserto
et columpna nubis nec ignis non recessit
ab eis. Et manna et aquam dedisti eis
et xl annis pavisti eos in deserto. Vestimenta
eorum non sunt attrita vetustate et pedes
eorum non sunt attriti et dedisti eis regna
et populos et partitus eis es sortes et pos-
sederunt terram Seon et terram regis Esebon
et terram Og regis Basan et filios eorum
multiplicasti sicut stellas celi et habita-
tores regnorum dedisti in manu eorum. Ce-
perunt quoque urbes munitas et possederunt
domos plenas cunctis bonis cisternas ab
aliis fabricatas et vineas et oliveta
et ligna pomifera multa. Et comederunt
et saturati sunt et habundaverunt divitiis
in bonitate tua magna. Provocaverunt
autem te ad iracundiam et recesserunt a te et
proiecerunt legem tuam post terga sua et prophetas
tuos occiderunt qui contestabantur
eos ut reverterentur ad te. Feceruntque
blasphemias grandes et dedisti eos in
manus hostium suorum qui afflixerunt
eos. Et in tempore tribulationis clamaverunt
ad te et tu de celo exaudisti eos
et in misericordiis tuis plurimis non
fecisti eos in consumptionem nec dereliquisti
eos quoniam deus miserationum et clemens es tu.
Nunc itaque domine deus noster magne fortis
et terribilis custodiens pactum et misericordiam
ne auferas a facie tua omnem laborem qui in-
venit nos Reges nostros principes nostros
sacerdotes nostros prophetas nostros patres nostros
et omnem populum tuum a diebus regis Assur
usque in diem hanc. Et tu iustus es in omnibus
que venerunt super nos. Nos autem impie e-
gimus. Reges nostri principes nostri sacer-
dotes nostri et patres nostri non fecerunt legem
tuam et non attenderunt mandata tua et

testimonia tua que testificatus es in eis et
in regnis suis et in bonitate tua multa
quam dederas eis non servierunt tibi nec re-
versi sunt a studiis suis pessimis et
nos ipsi servi sumus in terra quam dedisti
patribus nostris ut comederent panem et que
bona sunt eius et nos servi sumus in
ea. Et fruges eius multiplicantur
Regibus quos posuisti super nos propter
peccata nostra et corporibus nostris dominantur
et iumentis nostris secundum voluntatem
suam et in tribulatione magna sumus.
Super omnibus ergo hiis nos ipsi percutimus
fedus et scribimus et signant principes
nostri levite nostri et sacerdotes nostri.

x Capitulum

Signatores autem fuerunt
Neemias athersatha filius achelay
et Sedechias azarias zarias Ie-
remias phassur amarias melchia
attus sebenia abdias daniel bar-
uch mosollam abia semeia hii sacerdotes.
Porro levite Josue filius azanie Odias
anamias et ceteri eis ad .lx. viri de
levitis et reliqui de populo sacerdotes
levite ianitores et cantores Nathi-
nei et omnes qui separaverunt se de
populis terrarum ad legem dei uxores eorum
et filii eorum et filie eorum. Omnes qui pote-
rant sapere spondentes pro fratribus suis.
Optimates eorum et qui veniebant
ad pollicendum et iurandum ut ambula-
rent in lege domini quam dederat in manu
moysi servi sui ut facerent et custodirent
universa mandata domini et iudicia et
cerimonias eius et ut non daremus filias
nostras populo terre et filias eorum non acci-
peremus filiis nostris. Populi quoque terre qui important
venalia et omnia ad usum per diem sabbati
ut vendant non accipiemus ab eis in
sabbato et in die sanctificata. Et dimittemus
annum septimum et exactionem universe manus

et statuemus super nos precepta ut demus
tertiam partem sicli per annum ad opus domus
domini dei nostri ad panes propositionis et ad sa-
crificium sempiternum et in holocaustum
sempiternum in kalendis in sabbatis in
sollempnitatibus in sanctificatis et pro peccato
ut exoretur pro israel et in omnem usum domus
domini dei nostri. Sortes ergo misimus super
oblationem lignorum inter sacerdotes et levi-
tas et populum ut inferrentur in domo dei
nostri per domos patrum nostrorum per tempora a
temporibus anni usque ad annum ut arderent
super altare domini dei nostri sicut scriptum est
in lege moysi. Et ut afferremus primogenita
terre nostre et primitiva universi fructus omnis
ligni ab anno in annum in domo domini
et primitiva filiorum nostrorum et pecorum nos-
trorum sicut scriptum est in lege et primitiva
boum et ovium ut offerrentur in domo dei nostri
et primitias sacerdotibus qui ministrant
in domo dei nostri. Et primitias ciborum
nostrorum et libaminum nostrorum et poma omnis
ligni vindemie quoque et olei afferemus
sacerdotibus ad gazophilacium dei nostri
pte et decimam partem terre nostre levitis. Ipsi levite
decimas accipient ex omnibus civitatibus operum
nostrorum. Erit autem sacerdos filius aaron cum
levitis in decimis levitarum et levite offerent
decimam partem decime sue in domo dei nostri
ad gazophilacium in domo thesauri. Ad
gazophilacium enim deportabunt filii israel et
filii levi primitias frumenti vini et olei et
ibi erunt vasa sanctificata et sacerdotes et
cantores et ianitores et ministri. Et non di-
mittemus domum dei nostri. Capitulum xi

Habitaverunt autem principes populi
in ierusalem. Optimates absque sorte
in medio ipsi habitabant. Reliqua vero
plebs misit sortem ut tolleret unam
partem de decem qui habitaturi essent
in ierusalem in civitate sancta. Decima pars
ipsi elegit ut habitet in ierusalem que urbs
vacua erat. Novem vero partes in civitatibus.
Benedixit autem populus omnibus viris qui se
sponte obtulerant ut habitarent in ierusalem.
Hii sunt itaque principes provincie qui habita-
verunt in ierusalem et in civitatibus iuda. Habita-
vit autem unusquisque in possessione sua in urbibus
suis israel sacerdotes et levite nathi-
nei et filii servorum salomonis. Et in ierusalem ha-
bitaverunt de filiis iuda et de filiis ben-
iamin. De filiis iuda athaias filius
aziam filius zacharie filius amarie filius
saphatie filius malaliel. De filiis
phares amasias filius baruch filius
coloza filius azia filius adaia filius ioiarib
filius zacharie filius silonites. Omnes
filii phares qui habitaverunt in ierusalem
quadringenti lxviij viri fortes. Hii sunt beniamin
sellum filius mosollam filius ioad filius phadaia
filius colaia filius masia filius ethel
filius gabai sellay nongenti xxviij. Et io-
hel filius zechri prepositus eorum et iudas
filius semua super civitatem secundus. Et de sa-
cerdotibus ydaya filius iachin saraia
filius elchiel filius sadoc filius achitoph prin-
ceps domus dei et fratres eorum facientes
opera templi octingenti xxij. Et adaia
filius ieroam filius phelelech filius
amsi filius zacharie filius phessur filius
melchie et fratres eorum principes patrum
ccxlij. Et amasai filius ezriel filius azi
filius mossolamoth filius semer et fratres
eorum potentes nimis cxxviij et prepositus
eorum zabdihel filius potentium. Et de
levitis semeia filius azob filius azaria
filius osabia filius boni et sabatay et io-
sabeth super omnia opera que erant
forinsecus in domo dei a principi-
bus levitarum. Et mathania filius
mitha filius zebedei filius asaph prin-
ceps ad laudandum et confitendum
et sanctificandum in oratione et bechecias

secundus de fratribus et abdia filius gaal
filius ydithun Omnes levite in civitate sancta
cc lxxxiiij Et Janitores achub thel-
mon et fratres eorum qui custodiebant
ostia clxxij Et reliqui ex israel sacer-
dotes et levite in universis civitatibus
Juda unusquisque in possessione sua
et Nathinnei qui habitabant in ophel
et siaba et gaspha de nathinneis
et episcopus levitarum in ierusalem Azi filius
baani filius miche De filiis asaph
cantores in ministerio domus dei precep-
tum quippe regis super eos erat et ordo
in cantoribus per dies singulos Et phatha-
taia filius mesezebel de filiis zara fi-
lii Juda in manu regis iuxta omne ver-
bum populi et in domibus per omnes regiones eorum
De filiis Juda habitaverunt in caria-
tharbe et in ~~fil~~ filiabus eius et in Cap-
seel et in villis eius et in Jesue et in
molada et bethphaleth et in bersabee
et in filiabus eius et in Siceleth et in mo-
chona et in Remon et in Saraa et
in Jerimuth zanoa adolla In lachis
et in regionibus eius Azecha et filiabus
eius Et manserunt in bersabee usque ad
vallem Ennon Filii autem beniamin
Gaba mechmas et aia et bethel
et filiabus eius Anathoth Nob Ana-
nia azor Rama gethaim Madid
Seboym Neballath et Ono valle
artificum Et de levitis porciones Juda
et beniamin Capitulum xii

Hii autem sacerdotes et levite qui
ascenderunt cum zorobabel
filio salathiel Josue Saraya
Jeremias Esdras Amarias Mella
Attus Sechenias Reum Addo gethon
madia belga Semeia adaya Sel-
lum elechia ydaia Isti sunt principes
sacerdotum et fratres eorum in diebus Josue
Porro levite Jesua Bennui Cedmi-
hel Sarabia Juda Mathanias
super ymnos ipsi et fratres eorum in die-
bus Josue Bechecia atque Hechani
fratres eorum unusquisque in officio suo
Josue autem genuit ioachim et ioachim genuit
eliasib Et eliasib genuit Joiada et ioiada genuit
Jonathan et ionathan genuit Jeddoa In diebus
autem Joachim erant sacerdotes et prin-
cipes familiarum Saraia Amaria
Johanna Jonathan Joseph Aram
addaia zacharie gethan mosol-
lam Azel Anamael esdre Jemias
Semeias Jaarib nathanahel
Levite in diebus eliasib et ioiada et
Jonam et Jeddoa scripti principes
familiarum et sacerdotes in regno
darii persi Filii levi principes fa-
miliarum scripti in libro verborum dierum et
usque ad dies Jonathan filii elia-
sib et principes levitarum Asebia
Serebia et Josue filius Cedmihel et
fratres eorum per vices suas et ut lau-
darent et confiterentur iuxta preceptum
david et observarent eque per ordinem
machama et bolbecia obedia mo-
solla Celmon achub custodes por-
tarum et vestibulorum Hii in diebus
Joachim filii Josue filii iosedech
Et in diebus Neemie ducis et Esdre
sacerdotis scribeque In dedicatione
autem muri ierusalem requisierunt levitas
de omnibus locis suis ut adducerent
eos in ierusalem et facerent dedicationem
in leticia in actione gratiarum et in
cantico in cymbalis et psalteriis et
citharis Congregati sunt autem
filii cantorum et de campestribus circa ierusalem
et de villis nethophati et de do-
mo galgal et de regionibus gebee

et asmaveth / quia villas edifica-
uerunt sibi cantores in circuitu ierusalem
Et mundati sunt sacerdotes / et leui-
te et mundauerunt populum et portas et
murum. Ascendere autem feci principes
Juda super murum et statui duos
magnos choros laudancium et ie-
runt ad dexteram super murum ad portam
sterquilinij. Et iuit post eos Osoi-
as / et media pars principum Juda et
Azarias Esdras Mosolla Juda et
Beniamin / Semeia / Jeremia. Et de
filijs sacerdotum in tubis / zachari-
as / filius Jonathan / filius nathanie /
filius asaph / et fratres eius Semeia et az-
rahel cum ceteris nouem filijs eorum
in vasis cantici dauid. Et esdras
scriba ante eos in porta fontis
Et contra eos ascenderunt in gradi-
bus ciuitatis dauid usque ad portam
aquarum ad orientem. Et chorus
secundus gratias referencium ibat ex ad-
uerso et ego post eum et media pars
populi super murum et super turrim furnorum
et usque ad murum latissimum / et super
portam effraym / et super portam anti-
quam et super portam piscium et turrim
ananeel et turrim Emath et usque
ad portam gregis. Et steterunt in
porta custodie. Steteruntque duo
chori laudancium in domo et ego
et dimidia pars magistratuum mecum
Et sacerdotes Eliachim / Ama-
sias / Miamin / Micheas / Ana-
niam / tubis / et Maasia et Semeia
et Eleazar / Azi / et Johanam / et
Melchia / et Elam / et Ezer / et clare
cecinerunt cantores. Et Jezraia pre-
positus / et ymolauerunt in die illa
victimas magnas et letati sunt. Deus
enim letificauerat eos leticia magna.
Sed et uxores eorum et liberi gauisi sunt
et audita est leticia ierusalem procul. Recen-
suerunt quoque in die illa viros super gazophi-
lacia thesauri ad libamina et ad primicias
et ad decimas ut inferrent principes ciuitatis
in decore gratiarum actionis sacerdotibus et
leuitis quia letatus est iuda in sacerdotibus
et leuitis astantibus. Et custodierunt
obseruacionem dei sui et obseruacionem expia-
cionis et cantores et ianitores iuxta preceptum
dauid et salomonis filij eius quia asaph ab
exordio erant principes constituti cantorum
in carmine laudancium et confitencium deo.
Et omnis israhel in diebus zorobabel et in di-
ebus Neemie dabat cantoribus et iani-
toribus partes per dies singulos et sanctifica-
bant leuitas et leuite sanctificabant filios aaron

Capitulum xiij

In die autem illo lectum
est in volumine moysi audiente populo
et inuentum est in eo scriptum quod non de-
beant introire Ammonites et Moa-
bites ecclesiam dei usque in eternum eo quod non
occurrerint filijs israhel cum pane et aqua
et conduxerint aduersum eos Balaam
ad maledicendum eis. Et conuertit deus
noster maledictionem in benedictionem. Factum est autem cum
audissent legem separauerunt omnem alieni-
genam ab israhel et super hoc erat Eliasib
sacerdos qui fuerat prepositus in gazophilacio
domus domini et proximus Thobie / fecit ergo sibi
gazophilacium grande et ibi erant ante
eum reponentes munera et thus et vasa
et decimam frumenti vini et olei partes leuitarum
cantorum et ianitorum et primicias sacerdotales.
In omnibus autem hijs non fui in ierusalem quia in anno
tricesimo secundo Artaxersis regis babilonis veni
ad regem et in fine dierum rogaui regem
et veni ierusalem. Et intellexi malum quod fe-
cerat Eliasib Thobie ut faceret ei
thesaurum in vestibulis domus dei et malum

visu est m valde Et pieci vasa dom
thobie foras de gazophilacio et retuli
ibi vasa dom dei sacrificiu et thus Et
cognovi qm ptes levitaz no fuisset
date et fugisset vnusqsq i regioz sua
de levitis et cantoribz et de hiis q ministra
bat Et egi cam adusus magratus et dixi
Quare dereliqm domu dei Et congre
gavi eos et feci stare i statoibz suis
Et ois iuda apportabat decima frumti
vini et olei i horrea Et constituimus
sr horrea Selemiam sacdote et Sa
doch scriba et phadaia de levitis et
iuxta eos Anan filiu zaccur qm fi
deles pbati sut et ipis credite sut
ptes fram suoz Memto mei deus
meus p hoc et ne deleas misericordias
meas qs feci i domo dei mei et i cerimo niis eius
In diebus illis vidi i iuda calcantes
torcularia in sabbto portantes acervos
et onerantes sup asinos vinu et uvas
et ficus et omne onus inferentes i ierlm
in die sabbti Et contestatus su eos
ut in die qua vende liceret ven
deret Et tirii habitaverut i ea infe
rentes pisces et oia venalia et vende
bat i sabbtis filiis Juda et ierlm Et ob
iurgavi optimates iuda et dixi eis
Que est hec res mala qua vos facitis
et pphanatis die sabbti Nuqd no hec
fecerut pres nri et adduxit deus nr
sup eos et sup nos omne malu hoc
et sup civitate hanc et vos additis
iracundia sup isrl violando sabbatu
Factu e aut cu quievissent porte ierlm
die sabbti Dixi et clauderut ianuas
et clauserut ianuas et pcepi ut no
aperirent eas usqz post sabbtm Et
de pueris meis num constitui super
portas ut nullus inferret onus i die
sabbti Et manserut negociatores et

| Sabbtm |

vendentes vniusa venalia foris ierlm
semel et bis et contestatus su eos et
dixi eis Quare manetis ex adverso
muri Si scdo hoc feceritis manum
mitta in vos Itaqz ex tpe illo no ve
nerut in sabbto Dixi qz levitis ut
mudarent et venirent ad custodie
das ptas et ad sctificandu die sab
bati Et p hoc ergo memto mei deus
meus et parce m scdm mltitudine mi
seratonu tuaz Sz et in diebz illis
vidi iudeos ducentes vxores azotidas
Amonitidas et Moabitidas et filij
eoz ex media parte loqbant azo
tice et nesciebat loqui iudaice et
loqbatur iuxta lingwa ppli et ppli
Et obiurgavi eos et maledixi et
cecidi ex eis viros et decalvavi et
adiuravi eos in dno ut no darent
filias suas filiis eoz et no acciperent
de filiabus eoz filiis suis et sibimet
ipis dicens Nuqd no in huiuscemodi re
peccavit Salomon rex isrl Et certe
in gentibz multis no erat rex similis
ei et dilectus deo suo Et posuit eu deus
rege sr oem isrl Et ipm g° ad pcm dux
erut mulieres alienigene Nuqd et nos
inobedientes faciem oe malu grande hoc
ut pvaricemur in deo nro et ducam vxo
res peregrinas De filiis aut Joiada filij
Eliasib sacdotis magni gener erat Sana
ballath oronites que fugavi a me
Recordare dne deus meus adusus eos qui
polluunt sacerdociu iusqz sacdotale
et leviticu Igitur mundavi eos ab
omnibus alienigenis et constitui
ordines sacdotu et levitaz vniuqsqz
i ministerio suo et oblatoe lignoz
in tempibz constitutis et i primiciis
Memto mei deus meus in bonu Ame

Expliat Neemias Incipit liber Esdre secudus Cap primum

Et fecit Iosias pascha in
Ierosolimis domino et ymo-
lavit phase xiiii luna pri-
mi mensis. Statuens sacerdotes
per vices suas die ex stolis amictos
in templo domini. Et dixit levitis sacris
servis Israel ut sanctificarent se domino in posi-
tione sancte arche domini in domo quam
edificavit Salomon filius David rex.
Non erit vobis tollere humeris eam.
Et nunc deservite domino deo vestro et curam
agite gentis illius Israel et parate secundum
pagos et tribus vestras secundum scriptu-
ram David regis Israel et secundum ma-
gnificentiam Salomonis filii eius. Omnes in
templo et secundum particulam principatus
paternam vestram eorum qui statuti sunt in con-
spectu fratrum suorum filiorum Israel. Immolate
pascha et sacrificia parate fratribus
vestris et facite secundum preceptum domini
quod datum est moisi. Et donavit Iosias
in plebem que inventa est oves agnorum
et hedorum et caprarum xxx milia
vitulos tria milia. Hec de regali-
bus data sunt secundum promissionem populo
et sacerdotibus in pascha. Oves
numero duo milia ac vituli centum
et Iechonias et Semeias Natha-
nael fratres et Asabias et Ozihel et
Coraba in phase oves quinque mi-
lia vitulos quingentos. Et cum hec fi-
erent eleganter steterunt sacerdotes
et levite habentes azima per tribus
secundum partes principatus patrum in con-
spectu populi offerebant domino secundum ea
que in libro moysi scripta sunt. Et as-
saverunt phase igni prout oportebat
et hostias coxerunt in eneis et
ollis cum benivolentia. Et attulerunt
omnibus qui erant ex plebe. Et post hec
paraverunt sibi et sacerdotibus. Sacer-
dotes enim offerebant adipes usque fini-
tam esse horam et levite paraverunt sibi et
fratribus suis filiis Aaron. Et sacri can-
tores filii Asaph offerebant per ordinem
secundum preceptum David et Asaph et Za-
charias et Ieddinus qui erat a rege et
ostiarii per singulas ianuas ita ut non
preiudicaret unusquisque sua. Fratres enim eorum
paraverunt illis et consummata sunt que
pertinebant ad sacrificium domini. In die
illa egerunt phase et offerebant
hostias super domini sacrificium secundum pre-
ceptum regis Iosie. Et egerunt filii Israel
qui inventi sunt in tempore illo phase et diem
festum azimorum per dies vii et non est ce-
lebratum phase tale in Israel a temporibus
Samuelis prophete. Et omnes reges Israel
non celebraverunt tale pascha quale
egit Iosias et sacerdotes et levite
et Iudei et omnis Israel qui inventi sunt in co-
moratione in Ierusalem. Octavodecimo anno re-
gnante Iosia celebratum est phase et di-
recta sunt opera Iosie in conspectu domini
dei sui in corde pleno metuentia et
que circa illum quidem scripta sunt in priori-
bus temporibus de eis qui peccaverunt
quique irreligiosi fuerunt in dominum pre
omni gente et qui non quesierunt verba
domini super Israel. Et post omnem actum Io-
sie ascendit Pharao rex Egipti
veniens abicere in Carcamis super Eu-
fraten et exivit obviam illi Iosias.
Et misit rex Egipti ad Iosiam dicens.
Quid mihi et tibi est rex Iudee. Non sum
missus a domino. Super Eufrate enim bel-
lum meum est et festinas descendere. Et non
reversus Iosias super currum. Sed
expugnare eum conabatur non atten-

dens vm̄ zphe ex oe dm̄ i tapos me-
tendais Et descēderūt pncipes ad re-
ge Josia Et dixit Rex pueris suis/
Amouete me a plio infirmatus
sū eni valde Et statī amouerūt
eū ab acie Et ascendit sup currum
suū scdariū Et pueniens ierlm̄
vita functus ē et sepultus ē i pa-
terno sepulcro Et in tō Judea lu-
gebat Josia et qui pdicabat cū vx-
oribus suis lamētabat eū usqz
in hunc die et datū ē hoc fieri sp̄ i
ysrl oē genus Hec aūt pscripta sunt i libro
historiaz Regū Juda Et singula
gesta et actus Josie/ eius gloria
et intellcūs eius in lege dm̄ quia
eq gesta sunt ab eo z que nō scripta
sunt in libro Regū Juda z isrl Et
assumētes qui erant ex gēte Jecho-
nia filiū Josie Constituerūt rege
p Josia pre suo cū eēt anoz xxiii
Et regnat sup isrl mēsibꝫ tribꝫ
Et amouit eū Rex egipti ne reg-
naret i ierlm̄ et mulctauit gen-
te argenti taleta cētu z auri tale-
tū vnū Et constituit Rex egipti
Joachim frem eius Rege Judee z ierlm̄
et alligauit magistratus Joachim
Zaraclem frem suū et apphendes
reduxit egipto Joachī aūt erat
anoz xxv cū regnaret i terra Juda
et ierlm̄ z fecit malū i cospctu dm̄
Post hunc ascendit Nabuchodo-
nosor Rex babilonis z alligatū eū
in ariolo vinculo pduxit i babilo-
nia et sacr vasa dm̄ accepit na-
buchodonosor et cōsecrauit teplo suo in
babilonia Nā de imudicia et irre-
ligiositate illi scriptū ē i libro re-
gū Et regnat Joachī fili9 eī p eo.

Cū aūt constitutus ē erat anoz viii Et
regnat mēses tres z dies x i ierlm̄
et fecit malū i cospctu dm̄ Et post
annū mittēs nabuchodonosor trāsmigrat
eū in babiloniā simul cū sacris
vasis et constituit ~~[struck through]~~ Sede-
chiam rege iuda z ierlm̄ cū esset
xxi anoz Regnūt aūt anis xi
et fecit malū corā dno Et nō est
reueritus a vbis Jeremie pphe ex ore
dm̄ Et adiuratus a Rege nabucho-
donosor piuratus discessit z idura-
ta ceruice sua z corde suo trāsgressus
ē legitima dm̄ dei isrl Et duces pp̄li
dm̄ multa inique gessere z impie
egere sup omes imūdicias gētiū
et polluere templū dm̄ qd sanctificatū
erat ierlm̄ Et misit deus patrum
suoz p angelū suū reuocare eos
eo qd pceret illis et thabnaclo suo
Ipi vo subsanabat i angelis suis
Et qua die locutus ē deus erant
illudentes pphas eius q usqz ad
iracūdia irritatus ē sup gete sua
ppe irreligiositates suas Et pce-
pit ascendere reges caldeoz hij oc-
ciderūt iuuenes eoz in gladio
i circuitu sci templi eoz z nō pep-
cerūt iuueni z virgini z seni et
adolescēti Sz z oēs traditi sūt i manꝰ
ipoz z oīa vasa sacr dm̄ z regales
apothecas resumētes tulerūt i ba-
biloniā z incēderūt domū dm̄ z demoliere
muros ierlm̄ z turres igni cōsumauere
z oīa honorifica et ad nichilū redige-
re z reliquos duxerūt i babiloniā Et
erant serui ei usqz dū regnarēt pse
i repletōe dm̄ vi i ore Jeremie quosqz
ageret sabbata sua oī tpe desertionis
sue sabbatisat i aplicatōe anoz lxx

Regnante Cyro rege per- Cap. ij
sarum in consumatione verbi domini in ore
Jeremie ipse suscitavit dominus spiritum Cy-
ri regis persarum et predicavit in toto reg-
no suo simul per scripturam dicens hec dicit Cyrus
rex persarum me constituit regem orbis
terrarum dominus deus israel deus excelsus
et significavit mihi edificare sibi domum
in iherusalem que est in Judea Si quis est ex
genere vestro et dominus ipsius cum eo ascendat
in iherusalem Quotquot ergo circa loca
habitant adiuvent eos qui sunt in loco ipso
in auro et argento in dationibus cum equis
et iumentis et cum aliis que secundum vota
apponuntur in templum quod est in iherusalem Et stan-
tes principes tribuum pagorum Jude et
ex tribu beniamin et sacerdotes et
levite quos excitavit deus ascendere
et edificare domum domini que est in iherusalem et
qui erant in circuitu eorum adiuverunt
eos in omni argento et auro et iumentis
et votis que plurimi multi quorum exci-
tatus est sensus Et rex Cyrus pro-
tulit vasa sacra domini que transtulit
nabuchodonosor ex iherusalem et consecra-
verat ea in ydolo Et proferens ea Cyrus
rex persarum tradidit Mitridato qui
erat super thesauros ipsius Per hunc autem
tradita sunt Salmanasaro presidi Ju-
dee horum autem numerus hic libatoria ar-
gentea duo milia quadringenta Tu-
ribula argentea xxx fiale argentee
xxx Item argentee duo milia cccc
et alia vasa mille Omnia autem vasa
aurea et argentea iiii^or milia cccc^ta
lxviii Et evacuata sunt Salma-
nasaro simul cum hiis qui ex captivitate
babilonie venerant in iherusalem In Artaxer-
xis autem regis persarum temporibus rescripse-
runt ei de hiis qui habitabant in Judea
et in iherusalem Balsamus et Mitridatus
et Sabellius et Samelius scriba et reli-
qui habitantes in Samaria et ceteris locis
epistolam regi Artaxersi in hunc modum
Notum sit domino regi quod Judei qui ascen-
derunt a vobis ad nos venientes in iherusalem
civitatem refugam et pessimam edificant
furnos eius et statuunt muros et tem-
plum suscitant quod si civitas ista restaura-
ta fuerit tributa non solum non sustinebunt dependere
sed etiam regibus resistent Et quoniam id agitur
circa templum recte habere arbitrati sumus
non despicere hoc ipsum sed notum facere
domino regi ut si videbitur regi queratur
in libris patrum tuorum et invenies scripta
de hiis et cognosces quoniam civitas ista fuit refuga
et Judei et reges civitatis istius prelia
committentes in ea ab eterno Ob hanc
causam civitas ista deserta est Et si civitas
hec edificata fuerit ascensus tibi non erit
in Syria et Phenicia Tunc rex re-
scripsit eis in hunc modum Epistolam quam
misistis mihi percepi Ergo et inquiri iussi et inven-
tum est quoniam civitas ista est ab eterno regibus
resistens et homines refuge et prelia in
ea efficientes Et reges fortissimi erant
in iherusalem dominantes et tributa exigentes
a Syria et Phenice Nunc ergo precepi
prohibere homines illos edificare civitatem
et providere ne quid ultra hec fiant
sed nec procedat in plurimum ex quo sit
malicia ita ut regibus molestia inferatur

Tunc recitatis hiis Cap. iij
que a rege Artaxerse scripta
fuerant Ratimus et Sabellius scriba
et qui cum hiis constituti erant in gentes
festinantes venerunt in iherusalem cum equitatu et
turba et agmine ceperunt edificantes
prohibere Et sic vacabat ab edificatione

Epistola

[illegible]

Rescriptio

Cena fecit darius

templi usque ad secundum annum darii regis
persarum. Et in eo secundo anno rex darius
fecit cenam magnam omnibus vernaculis
suis et omnibus magistratibus medorum
persis et omnibus purpuratis et preto-
ribus et consulibus et prefectis sub
illo ab india usque ethiopiam cxxvij
provinciis. Et cum manducassent et bibis-
sent et saciati redirent. Tunc da-
rius rex ascendit in cubiculum suum
et dormivit. Et experrectus est.
Tunc illi tres iuvenes corporis sui
custodes qui custodiebant corpus regis
dixerunt alter ad alterum. Dicamus
unusquisque nostrum sermonem qui prevaleat.
Et cuiuscumque apparuerit sermo sapi-
encior alterius dabit illi darius
rex dona magna. Purpura cooperiri
et in auro bibere et super aurum dormire
et currum aureum freno et cidarym
bissinam et torquem auream circa
collum et in loco secundo sedebit a da-
rio propter sapientiam suam et cognatus
darii vocabitur. Tunc scribentes
singuli suum verbum signaverunt et posue-
runt subtus cervical darii regis
et dixerunt. Cum surrexerit rex dabit
illi scripta sua. Et quodcumque iudi-
caverit rex et tribus et magistratibus
persidis quorum verbum eius sapiencius est
ipsi dabitur victoria sicut scriptum est.
Unus scripsit forte est vinum. Alius
scripsit forcior est rex. Tercius
scripsit forciores sunt mulieres
super omnia autem vincit veritas. Et cum
surrexisset rex, acceperunt scripta
illa et dederunt illi. Et legit. Et mit-
tens vocavit omnes magistratus persarum
et medorum et purpuratos et pre-
fectos et pretores et sederunt in con-
cilio et lecta sunt coram eis. Vocate

adolescentes et ipsi indicabunt verba
sua. Et vocati sunt et introierunt. Et
dixit illis. Judicate nobis de hiis
que scripta sunt. Et cepit prior qui dixe-
rat de fortitudine vini et dixit. Viri
quam prevalet vinum omnibus hominibus
qui bibunt illud. Seducit mentem
et tum regis et orphani facit mentem
vanam. Item servi et liberi pauperis ac di-
vitis. Et omnem mentem convertit in securi-
tatem et iocunditatem et non meminit
omnem tristiciam et debitum et omnia precor-
dia facit honesta et non meminit
regem neque magistratum. Et omniaque opta
facit loqui et non meminerunt
cum biberint amiciciam neque fraternitatem
sed post non multum sumunt gladios
et cum a vino merserit et surrexerit
non meminerunt que gesserunt. O viri
nonne prevalet vinum quod sic cogitat
facere. Et tacuit hoc dicto. Capitulum iiij

vinum

Et inchoavit sequens dicere qui
dixit de fortitudine regis.
O viri. Non prevalent homines qui ter-
ram et mare optinent et omnia que in
eis sunt. Rex autem super omnia prevalet
et dominatur eorum et omne quodcumque
dixerit illis faciunt. Et si miserit
illos ad bellatores vadunt et de-
moliunt muros et montes et turres.
Iugulant et iugulantur et regis verbum
non preterunt. Nam si vicerint affe-
runt regi omnia quecumque predati fu-
erant semper et alia omnia. Et quotquot
non militant sed neque pugnant sed co-
lunt terram rursum cum seminaverint met-
tentes afferunt tributa regi et ipse
unus solus. Et si dixerit occidere
occidunt. Si dixerit remittere remittunt.
Si dixerit percutere percuciunt. Si dixerit

Rex

exterminare exterminant. Si dixerit
edificare edificant. Si dixerit excidere
excidunt. si dixerit plantare plantant.
Et omnis plebs et virtutes eum ob-
audiunt. Et super hoc ipse recumbit
et bibit et dormit. Hii autem custo-
diunt in circuitu eum et non possunt
recedere singuli ad opera sua et facere ea.
Sed nec in dicto audientes sunt ei. Viri
quomodo non precellet rex qui sic dissi-
matur. et tacuit. Tercius qui dixe-
Mulieres rat de mulieribus et veritate hic
est Zorobabel. Et cepit loqui. Viri
Non magnus rex et multi homines
nec vinum precellit. Quis est ergo qui
dominatur eorum. Nonne mulieres ge-
nuerunt regem et omnem populum
qui dominantur mari et terre et ex illis
nati sunt. et ipse educaverunt eos
qui plantaverunt vineas ex quibus
vinum fit. Et ipse faciunt stolas
omnium hominum et ipse faciunt gloriam
hominibus et non possunt homines sepa-
ri a mulieribus. Si congregaverint
aurum et argentum et omnem rem
speciosam atque preciosam et viderint
mulierem unam bono habitu et bona
specie. Omnia hec relinquentes in ea
intendunt et aperto ore conspiciunt
et eam alliciunt magis quam aurum et
argentum et omnem rem preciosam. Homo
suum patrem derelinquit [illegible] qui enutrivit
illum et suam regionem et ad mulierem
coniungitur et cum muliere remittit
animam et neque patrem meminit neque
matrem neque regionem. Et hinc oportet
nos scire quoniam mulieres dominantur vestri.
Nonne doletis. Et accipit homo
gladium suum et vadit in via facere

furta et homicidia et mare navigare
et flumina et leonem videt et in tenebris in-
Et cum furtum fecerit et fraudes et rapinas
amabili sue affert. Et iterum diligit
homo uxorem suam magis quam patrem et matrem.
Et multi dementes facti sunt propter suas
uxores et servi facti sunt propter illas. Et
multi perierunt et vapulati sunt et pec-
caverunt propter mulieres. Et nunc credi-
te mihi quia magnus rex est in potestate
sua quoniam omnes regiones verentur tangere
eum. Videbam tamen Apemen filiam Bezaci-
tis mirifici concubinam regis sede-
re iuxta regem ad dexteram et auferentem
diadema de capite eius et imponentem sibi
et palmis cedebat regem de sinistra
manu et super hoc aperto ore intuebatur
eam et si arriserit ei ridet. Si autem indig-
nata fuerit ei blanditur donec reconcili-
etur in gratiam. O viri quare non sunt
fortiores mulieres. Magna est terra et
excelsum est celum qui ista agunt. Et
tunc rex et purpurati intuebantur
in alterutrum. Et inchoavit loqui de ve- Veritas
ritate. O viri non sunt fortes mulieres.
Magna est terra et excelsum est celum
et velox cursus solis convertit in gyro
celum in locum suum in una die. Nonne
magnificus est qui hec facit. Et veri-
tas magna et fortior pre omnibus. Omnis
terra veritatem invocat. Celum eciam ipsam
benedicit et omnia opera movent et tre-
munt eam et non est cum ea quicquam ini-
quum. Iniquum vinum iniquus rex
iniquae mulieres et iniqui omnes filii
hominum. Et iniqua omnia illorum opera et
non est in ipsis veritas et in sua iniqui-
tate peribunt. Et veritas manet et inva-
lescit in eternum et vivit et obtinet in
secula seculorum. Non est apud eam accipere
personas neque differencias. Sed que
iusta sunt facit omnibus iniustis ac
malignis et omnes benignantur in operibus

eius et non est in iudicio eius iniquum
sed fortitudo et regnum et potestas et
maiestas omnium evorum. Benedictus deus
veritatis. Et desiit loquendo. Et omnes
populi clamaverunt et dixerunt: Magna
est veritas et prevalet. Tunc rex ait
illi: Pete si quid vis amplius quam que
scripta sunt et dabo tibi secundum quod in-
ventus es sapientior proximis et proximus
mihi sedebis et cognatus meus vo-
caberis. Tunc ait regi: Memor esto
voti tui quod vovisti edificare ierusalem
in die qua regnum accepisti. Et omnia
vasa que accepta sunt ex ierusalem re-
mittere que separavit Cyrus quando mac-
tavit babiloniam. Et voluit remit-
tere ea ibi. Et tu voluisti edificare
templum quod incenderunt ydumei quando
exterminata est Iudea a Caldeis. Et
nunc hoc est quod postulo domine et quod
peto. Hec est maiestas quam a te pos-
tulo ut facias votum quod vovisti
regi celi ex ore tuo. Tunc surgens
rex darius osculatus est eum. Et
scripsit epistolas ad omnes dispensato-
res et prefectos et purpuratos ut
educerent eum et eos qui cum eo erant
omnes ascendentes edificare ierusalem. Et
omnibus prefectis qui erant in Syria
et libano et phenice scripsit epistolas
ut traherent ligna cedrina a liba-
no in ierusalem ut edificaret cum eis ci-
vitatem. Et scripsit omnibus Iudeis qui
ascendebant a regno in Iudeam pro liber-
tate et omnem potentem et magistratum et
prefectum non supervenire ad ianuas
ipsorum et omnem regionem quam obtinu-
erant esse immunem eis. Et ydumei
relinquant castella que obtinent iude-
orum. Et in structuram templi daret per
singulos annos talenta xx usque
dum perdificaretur et super sacrarium

holocaustomata postulare cottidie
sicut habent preceptum alia talenta decem
offerre per singulos annos. Et omnibus
qui procedunt a babilonia condere civi-
tatem ut esset libertas tam ipsis quam
filiis eorum. Et omnibus sacerdotibus qui
procedunt. Scripsit autem et quantitatem
et sacram stolam qua deserviunt.
Et levitis scripsit dare precepta usque
in diem qua consummabatur domus et ierusalem
construeretur. Et omnibus custodien-
tibus civitatem scripsit dare eis sortes
et stipendia. Et dimisit omnia va-
sa que separaverat Cyrus a babi-
lonia. Et omnia quecunque dixit Cyrus
Ipse precepit fieri et mitti in ierusalem.
Et processit ille adolescens ele-
vans faciem in ierusalem benedixit regem
celi et dixit: Abs te est victoria
et abs te est sapientia et claritas. Et
ego servus tuus sum. Benedictus es
qui dedisti mihi sapientiam et tibi con-
fiteor domine patrum nostrorum. Et acce-
pit epistolas et profectus est in babi-
loniam et venit et nunciavit fratribus
suis omnibus qui fuerunt in babilonia.
Et benedixerunt deum patrum suorum quoniam
dedit illis remissionem et refrige-
rium ut ascenderent et edificarent
ierusalem et templum ubi nominatum est nomen
eius in ipso et exultaverunt cum
musicis et leticia diebus septem.

Cap v

Post hec autem electi sunt
ut ascenderent principes pa-
gorum per domos et per tribus
suas et uxores illorum et filii et
filie et servi et ancille ipsorum et pecora.
Et darius rex misit una cum eis
equites mille donec conducerent eos
in ierusalem cum pace et cum musicis et
tympanis et omnes fratres eorum ludentes.
Et fecit eos ascendere simul cum eis

Et hec sunt nomina virorum qui ascende-
runt secundum vicos per pagos suos in tri-
bus et in parte principatus ipsorum Sacer-
dotes ~~filii Aaron~~ filii Phinees
filii Aaron Ihesus filius Iosedech
Ioachim filius Zorobabel filii Sala-
thiel de domo David ex progenie Pha-
res tribu autem Iuda qui locutus est sub
Dario rege Persarum sermones mirifi-
cos in secundo anno regni ipsius mense
Nisan primo Sunt autem hii qui ex
Iudea ascenderunt de captivitate transmi-
grationis quos transmigravit Nabu-
chodonosor rex Babilonie Et rever-
si sunt in Ierusalem et reliquam partem Iudee
unusquisque in civitatem suam qui
venerunt cum Zorobabel et Ihesu
Neemias Arores Helimeon
Mardocheo Beelsuo Et numerus ab gen-
tilibus eorum filii Phares duo milia
centum lxxii filii Ares tria milia lvii filii
Symeon ccclxxii In filiis Ihesu et
Ioabes duo milia cc filii Demu
duo milia cccc filii Zorobatel
filii Archad Bether Elham Aroth
Zarcer et aliorum Omnis numerus a duo-
decim annis xxx milia cclxii filii
et filie et uxores Omnis computatio
xl milia ccxlii filii Sacerdotum
qui psallebant in templo filii Asaph
cxxviii Ostiarii vero cc cxxxix
Sacerdotes fungentes in templo
et primi Salomon cclxxxii Omnes
autem isti erant a xii annis exceptis
suis et ancillis xlii milia cc
Servi eorum et ancille vii milia ccc
xxxvii Cantores et cantatrices
lxv Cameli ccc xxxv Equi vii
milia xxxvi Muli ii milia xlv
Subiugalia v milia xxv Et de
prepositis ipsis per pagos cum venerunt
in templum dei quod erat in Ierusalem vo-
verunt suscitare templum in loco suo
secundum suam virtutem et dare in templum
thesauri operum sacrorum auri minas
mille Et argenti minas quinque milia
et stolas sacerdotales c Et inha-
bitaverunt sacerdotes et levite et qui
erant ex plebe in Ierusalem et in regione
et sacri cantores et ostiarii et omnes
Israel in regionibus suis Instante
autem anno vii mense cum essent filii
Israel unusquisque in rebus suis
convenerunt unanimes in atrium quod
erat ante Ianuam orientalem Et stetit
Ihesus filius Iosedech et fratres eius sacerdo-
tes et Zorobabel filius Salathiel
et huius fratres Paraverunt altare ut
offerrent super id holocaustomata
secundum quod in libro Moisi precepta sunt
Et convenerunt sibi ex aliis nationibus
terre et erexerunt sacrarium in loco
suo omnibus gentibus terre Et offerebant
hostias et holocaustomata matu-
tina et egerunt scenophegiam
et diem sollempnem sicut preceptum est in le-
ge et sacrificia cottidie sicut opor-
tebat Et post hoc oblationes insti-
tutas et hostias sabbatorum et Neome-
niarum et dierum sollempnium omnium sanctifica-
torum Et quodquot vovebant domino a ne-
omenia septimi mensis hostias
offerre domino Et templum domini nondum
erat edificatum Et dederunt pecuniam
lapidariis et fabris et potum et pabula
cum gaudio Et dederunt Sydoniis car-
ra et Thiriis ut transveherent illis
de Libano trabes cedrinas et face-
rent rates in Ioppe portu secundum de-
cretum quod scriptum erat eis a Ciro re-
ge Persarum Et in secundo anno venientes
in templum dei in Ierusalem mense secundo In-
choavit Zorobabel filius Salatiel
et Ihesus filius Iosedech et fratres ipsorum

et sacerdotes et leuite et omnes qui
aduenerant de captiuitate in ierusalem
et fundauerunt templum domini dei. Noui-
lunio secundi mensis secundi anni cum venisset
in iudeam et ierusalem statuerunt leuitas
a xx° anno et supra super opera domus domini. Et ste-
tit Iesue et fratres eius et filii eius et omnes
leuite consummatores et coortatores
legis et facientes opera in domo domini.
Et steterunt sacerdotes habentes stolas
cum tubis et leuite filii asaph habentes
cymbala collaudantes dominum et benedicen-
tes secundum dauid regem israel. Et canta-
bant canticum domino quoniam dulcedo ei et
honor in secula super omnem israel. Et omnis
populus tuba cecinerunt et proclamauerunt
voce magna collaudantes dominum in
fundatione domus domini. Et venerunt ex
sacerdotibus et leuitis et presidentibus
secundum pagos seniores qui viderant
pristinam domum et ad huius edificationem
cum clamore et planctu magno et
multi cum tubis et gaudio magno
in tantum ut populus non audiret tubas pre
planctu populi. Turba enim cum tuba
canens magnifice ita ut longe au-
diretur. Et audierunt inimici tribus
Iude et beniamin et venerunt scire
quod esset vox tubarum. Et cognoue-
runt quoniam qui erant ex captiuitate
edificabant templum domino deo israel. Et
accedentes ad zorobabel et dixe-
runt. Nos edificabimus vobiscum. Et dixit
eis zorobabel. Non est nobis et vobis
edificare domum domino deo nostro. Nos enim
soli edificabimus secundum quod precepit
nobis Cirus rex persarum. Gentes ac-
cre leuantes opus edificationis et insi-
dias prohibebant edificare eos et impe-
dientes edificium omni tempore vite Ciri regis
persarum prohibuerunt structuram per biennium usque
ad darii regnum

In secundo autem anno darii Capitulum vi
regis prophetauit aggeus et zacharias
filius addin prophete apud iudeam et ierusalem
in nomine dei israel super eos. Tunc stans
zorobabel filius salatiel et Iesus
filius Iosedech inchoauerunt edificare
domum domini que est in ierusalem. Cum adessent
eis prophete domini et adiuuarent eos.
In ipso tempore venit ad illos Sisennes sub-
regulus Sirie et phenicis et sodales
eius et dixerunt eis. Quo precipiente vo-
bis domum hanc edificatis et tectum istud
et alia omnia perficitis et qui sunt structo-
res qui hec edificant. Et habuerunt
gratiam visitatione facta super eos qui erant
ex captiuitate a domino seniores iudeorum
Et non sunt impediti edificare donec
significaretur dario de omnibus istis et responsum
acciperent. Exemplum epistole quam miserunt Epistola
dario Sisennes subregulus Sy-
rie et phenicis et sodales eius
in Syria et phenice presides regi
dario Salutem. Omnia nota sint domino
regi. Quia cum aduenissemus in regi-
onem Iudee et introissemus ierusalem inue-
nimus edificantes domum dei magnam
et templum ex lapidibus politis
magnis et preciosis materiis in parietibus
et opera illa instanter fieri et suffragari
et prosperari in manibus eorum et in omni gloria
diligentissime perfici. Tunc interrogauimus
seniores dicentes. Quo permittente vobis
edificatis domum istam et opera hec funda-
tis et hoc fecimus ut hec notificaremus
tibi. Et responderunt nobis dicentes. Nos sumus
serui dei qui fecit celum et terram et edifi-
cata est hec domus ante annos multos
a rege israel magno et fortissimo et con-
summata est. Et quoniam patres nostri peccaue-
runt in deum israel deus tradidit eos in manus

Nabuchadonosor regis babilonis
regis caldeorum. Et domum istam demo-
lientes incenderunt et plebem captivam dux-
erunt in babilonem. In primo anno reg-
nante cyro rege babilonie scripsit
cirus rex domum hanc edificare et illa
sacra vasa aurea et argentea que
tulerat nabuchadonosor de domo que
est in iherusalem et consecraverat ea in templo
suo rursum protulit ea cirus rex de
templo quod erat in babilonia et tradidit
ea zorobabel et salmanasar
subregulo et preceptum est eis ut of-
ferrent hec vasa et reponerent in tem-
plo quod est in iherusalem in loco suo. Tunc
salmanasar subiecit fundamenta
domus domini que est in iherusalem et ex tunc
usque nunc edificatur et non dum accepit
consumationem. Nunc ergo o rex precipiatur
in regalibus libris regis Cyri qui sunt
in babilone si inventum fuerit consilio re-
gis ciri cepta esse structura domus
domini in iherusalem et rex scribat de hiis nobis.
Tunc rex darius precepit inquiri in bibli-
othecis. Et inventum est ex. Anno primo
regnante Ciro Rex Cirus precepit domum
domini edificare in iherusalem. Cuius altitudo
sit cubitorum lx latitudo lx cubitorum
quadratum lapidibus politis. Et impen-
dia dari de domo Regis ciri. Et sacra
vasa aurea et argentea que tulit
nabuchadonosor in domum que est in iherusalem
ubi prius erant posita ut ponantur
illic. Et precepit curam agere Sisenem
subregulum Syrie et phenices et
sodales eius et prefectos sirie ut absti-
nerent se ab eodem loco et ego quoque precepi
edificari domum consummatam templum domus
domini et a vectigalibus tributorum syrie et
phenicis diligenter dari quantitatem hiis
hominibus ad sacrificium domini et fru-

et vinum et oleum instanter per singulos an-
nos sicut sacerdotes in iherusalem dictaverint
consumi cottidie sine ulla dilatione
ut offerantur libationes deo summo pro
Rege et pueris eius et orent pro ipsorum
vita. Et denunciet ut quicumque transgressi
fuerint aliquid ex hiis que scripta sunt
aut spreverint accipiatur lignum de
suis propriis et suspendatur et bona ipsorum
regi ascribantur. Propterea et dominus cuius
nomen invocatum est ibi exterminet omnem
regem et gentem que manum extenderit prohi-
bere aut male tractare domum domini in iherusalem.
Ego darius rex decre-
vi quod diligentissime secundum hec fieri. Capitulum vii

Tunc Sisenes subregulus
Syrie et phenicis et sodales
eius obsecuti sunt hiis que a dario re-
ge decreta erant. Insistebant sacris
operibus diligentissime cooperantes
cum senioribus iudeorum principibus sirie
et prosperata sunt opera prophetantibus aggeo
et zacharia prophetis et consummaverunt omnia
per preceptum domini dei israel et ex consilio
Ciri et darij et artaxersis Regum persarum.
Et consummata est domus nostra usque ad xxiij
mensis adar. Sexto anno darij regis
Et fecerunt filii israel et sacerdotes et levite
et ceteri ex captivitate qui appositi sunt in libro
moysi et obtulerunt in dedicatione templi
thauros C arietes CC agnos cccc
et edos pro peccato universi israel xii secundum
numerum xij tribuum israel. Et steterunt sacer-
dotes et levite amicti stolis et ostiarij
per singulas ianuas. Et egerunt filii israel
cum hiis qui erant ex captivitate in phase
xiiij luna mensis primi quia sanctificati sunt
sacerdotes et levite. Et celebraverunt
diem festum azimorum vii diebus epulantes
in conspectu domini quia convertit consilium Regis

assirioꝝ in eis confortarẽ manus eoꝝ
ad opa dom̃ dei isrl. Et post hec re
gnante Artaxerse rege persaꝝ ascendit
Esdras filius Azarie filii Elchie
filii Salomee filii Aducht filii Achi
topli filii Amerie filii Azarie filii Boc
cy filii Abysay filii Phinees filii
Eleazar filii Aaron primi sacerdotis
hic Esdras ascendit de babilonia
cum esset scriba et ingeniosus in le
ge moisi que data ẽ a dño isrl deo
et fac. Et dedit ei Rex gloriam eo
quod inuenisset graciam in conspectu eius
in ei dignitatem et desiderio. Et asce
derunt simul cum ipso ex filiis isrl et
sacerdotibus et leuitis et sacris
cantoribus templi et ostiariis et seruis
templi in ihrlm. Anno vij regnante
Artaxerse in quinto mense hic annus
septimus ẽ regni. Et exierunt cum de ba
bilonia nouilunio quinti mensis ve
nerunt ihrlm iuxta precepta illius
prosperitate itineris a dño ipso data
eis. In his enim Esdras magna
disciplina obtinebat ne pretermit
teretur quidquam eoꝝ que essent ex lege
dñi et preceptis et docendo vniuersum
isrl omnem iusticiam et iudicium. Ascende
tes at qui scribebat scripta Artaxersis
Regis tradiderunt scriptum quod obue
nerat ab Artaxerse Rege ad Es
dram sacerdotem et lectorem legis dñi
Cuius exemplum subiectum ẽ. Cap viij

Rex Artaxerses Esdre sacerdoti
et lectori legis dñi Salutem hu
manior ego iudicans cum a benefaciens
precepi eis qui desiderant ex gente
iudeoꝝ sua sponte ex sacerdotibus et le
uitis qui sunt in regno meo comi
tari tecum in ihrlm. Si qui igitur cupiunt
ire tecum conueniant et proficiscantur
sicut placuit mihi et septem amicis meis

Ex Eple regis

consiliariis ut visitet ea que agu
tur scdm Iudeam et ihrlm obseruatis
sicut habes in lege dñi. Et ferat mu
nera dño deo isrl que voui ego et
amici ihrlm. Hoc aurum et argentum
quodcumque inueneris in regione babilonie
dño in ihrlm cum illo quod donatum
ẽ a plebe ipsa gente in templo dñi eoꝝ quod
ẽ in ihrlm ut colligatur hoc aurum et
argentum et thauros et arietes et ag
nos et edos. Que hiis sunt congruencia
ut hostias offerat dño super altare
dñi ipsoꝝ quod ẽ in ihrlm. Et omnia que
tibi placuerit cum fratribus tuis facere
auro et argento perficite pro voluntate
scdm preceptum dñi dei tui. Et sacro
sca vasa que data sunt tibi ad opa
domus dñi que ẽ in ihrlm. Et cetera quecumque
tibi subuenerunt ad opa templi dei
tui dabis de regali gazophilacio
tu volueris cum fratribus tuis facere auro
et argento perficite scdm voluntatem
dñi. Et ego quidem Rex Artaxerses
precepi custodibus thauroꝝ Syrie
et phenicis ut quecumque scripserit
Esdras sacerdos et lector legis dñi
diligenter det ei usque ad argenti tale
ta C. Et similiter et auri usque ad fru
menti modios C. Et vini amphoras
C. Et alia quecumque habundant sine taxa
cione. Omnia scdm legem dei fiat deo al
tissimo ne forte exurgat ira in reg
no regis et filioꝝ eius. Vobis at dicatur
ut omnibus sacerdotibus et leuitis et
aliis seruis templi huius in ihrlm tributum
neque vlla indictio imponere non liceat
quisquam potestatem obiacendi quidquam. Tu
at Esdras scdm sapienciam dei constitue
Iudices et arbitros in tota Syria
et phenice et omnes qui legem dei tui
nouerint docete ut quotiens transgressi

fuerit legem diligenter plectentur sive morte sive cruciatu sive etiam pecunie multatione vel abductione. Et dixit Esdras scriba: Benedictus dominus patrum meorum qui dedit hanc voluntatem in cor regis clarificare domum suam que est in Jerusalem et me honorificavit in conspectu regis et consiliatorum et amicorum eius. Et ego constans animo factus sum secundum opitulationem domini dei mei. Et congregavi ex Israel viros qui ascenderent simul mecum ex filiis Phares Zacharias et cum eo viri CL. Et ex filiis ductoris Moabilionis et Iechonie et Gotholie et aliorum plurimorum et eorum qui sacerdotio funguntur viros prepositos et levitas adduxi mecum. Omnia enim nomina significata sunt in scripturis. Et vovi ieiunium iuvenibus in conspectu domini ut quererem ab eo bonum iter nobis et qui nobiscum erant ex filiis et pecoribus propter insidias. Erubui enim petere a rege pedites et equites in comitatu tutele gratia contra adversarios nostros. Diximus enim regi quoniam virtus domini erit cum eis qui inquirunt eum cum omni affectu. Et iterum deprecati sumus dominum deum nostrum secundum hec que conspicuum habuimus et compotes facti sumus deo nostro. Et separavi ex plebis prepositis et sacerdotibus templi viros xii quibus appendi eis argentum et aurum et vasa sacerdotalia domus domini dei nostri que donaverat rex et principes et omnis Israel talenta CL. Et vasa argentea talentorum centum et auri talenta C. Et vasorum aureorum septies xx. Et vasa erea de bono eramento splendentia xii auri speciem reddentia. Et dixi eis: Et sancti vos estis domino et vasa sunt sancta. Vigilate et custodite donec tradatis plebis prepositis et sacerdotibus et levitis et principibus civitatum Israel in Jerusalem in pastoforio domus dei nostri. Et ipsi qui susceperunt illa a me intulerunt in templum domini in Jerusalem et tradita sunt aurum et argentum et vasa illa Marimoth sacerdoti et hiis qui cum eo erant et scriptum est pondus eorum eadem hora. Omnes autem venientes ex captivitate obtulerunt sacrificium deo Israel thauros xii pro omni Israel arietes lxxxxvi agnos lxxii hircos pro peccato xii. Et relegerunt precepta regis regalibus dispensatoribus et subregulis celes Syrie et Phenicis et honorificaverunt gentem et templum domini. Et consummatis hiis accesserunt ad me prepositi dicentes: Non segregavit genus Israel et principes et sacerdotes et levite et alienigenas gentes et nationes terre immunditias suas a Chananeis et Etheis et Jebuseis et Phereseis et Moabitis et Egipciis et Ydumeis. Conventi enim sunt filiabus eorum et ipsi et filii eorum et commixtum est semen sanctum alienis gentibus terre. Et principes erant propositi et magistratus iniquitatis huius ab initio ipsius regni. Et mox ut audivi ista conscidi vestimenta mea lacerans capillos capitis mei et barbam sedi mestus et tristis usque ad vesperam. Et surgens a ieiunio conscissa habens veste extendens manus meas ad dominum dicebam: Domine confusus sum et reveritus sum ante faciem tuam. Peccata enim nostra multiplicata sunt coram te et iniquitates nostre exaltate sunt usque ad celum. Quoniam a temporibus patrum nostrorum sumus in magno peccato usque ad diem hunc et propter peccata nostra traditi sumus in gladium et in captivitatem et depredationem cum confusione usque in hodiernum diem. Transgressi enim sumus tua precepta que dedisti in manus puerorum tuorum prophetarum dicens: Quoniam terra in quam intrastis

possidere hereditate eo[rum] t[er]ra polluta
e[st] coinquinacionibus alienigenar[um] t[er]re
et immundicie eor[um] repleuer[un]t eam
Et ne filias v[est]ras no[n] coniu[n]gatis fi
liis eor[um] et filias eor[um] no[n] accipietis
filiis v[est]ris et no[n] q[ue]ratis pace[m] h[ab]ere
cu[m] illis o[mn]i t[em]p[or]e ut i[n]ualescentes ma
ducatis optia t[er]re et hereditate[m] distri
buatis filiis v[est]ris usq[ue] i[n] fine[m] et i[n] eui[m]
Et que contigu[n]t nob[is] o[mn]ia fiu[n]t p[ro]pter
op[er]a n[ost]ra maligna Et tu ne fuim[us]
i[n] conspectu tuo i[n]iq[ui]tatib[us] n[ost]ris no[n]
e[st] e[ni]m nob[is] adhuc stare an[te] te i[n] hiis
Et cu[m] orando confiteret[ur] Esdras flens
humi p[ro]stratus an[te] templu[m] co[n]g[re]
gati sunt ad eu[m] ex ier[usa]l[e]m turba ma[g]
na valde viri et mulieres et iuuenes
et iuuencule Fletus e[ni]m erat magn[us]
i[n] ipa multitudi[n]e Et cu[m] clamasset Iecho
nias ex filiis isr[ae]l dixit Esdre Nos
i[n] d[omi]n[u]m peccauim[us] q[uia] collocauim[us]
nob[is] i[n] matrimo[niu]m mulieres alienigenas
ex ge[n]tib[us] t[er]re et nu[n]c e[st] sup[er] o[mn]em isr[ae]l
In hiis g[ra]o Iusiura[n]du[m] fiat a d[omi]no ex
pellere o[mn]es vxores n[ost]ras alienigenas
cu[m] filiis eor[um] Sicut decretu[m] e[st] sec[un]d[u]m
lege[m] d[omi]ni Exurgens explica ad te
e[ni]m p[er]tinet hoc negociu[m] et nob[is] tecu[m]
sum[us] Exurgens g[ra]o esdras adiurat
o[mn]es isr[ae]l facere sec[un]d[u]m o[mn]ia hec Et iu
rauerunt Et surgens esdras abiit
in pastoforiu[m] Ionathe et hospitatus
e[st] illic Et facta e[st] p[re]dicacio i[n] o[mn]i Iudea
et ier[usa]l[e]m o[mn]ib[us] qui erant ex captiu[ita]te co[n]
gregati i[n] ier[usa]l[e]m ut q[ui]cu[m]q[ue] no[n] co[n]p[ar]u
erit triduo tollentur facultates eius
et ip[s]e e[ss]et alien[us] a multitudi[n]e Et congregati
sunt o[mn]es ex Iuda et beniamin i[n] tribus di
ebus i[n] ier[usa]l[e]m hic mensis nonus
Et sedit o[mn]is multitudo i[n] area templi tremens
Capitulum hieme p[re]sente

Exurgens Esdras Capitulum ix
dixit eis Vos iniq[ue] fecistis
collocando vob[is] in matrimo[niu]m vxores
alienigenas ut adderetis ad peccata
isr[ae]l Et nu[n]c date confessiones et magni
ficencia d[omi]no deo p[at]r[u]m n[ost]ror[um] et p[er]fici
te volu[n]tatem ip[s]ius et discedite a ge[n]ti
bus t[er]re et ab vxoribus alienigenis
Et clamauit o[mn]is multitudo et dixerunt
voce magna Sicut dixisti faciem[us]
Sed q[uonia]m multitudo magna e[st] et t[em]pus
ymbriu[m] et no[n] possum[us] sub diuo
ati stare et hoc opus no[n] e[st] nob[is] vn[ius]
diei Stent igit[ur] p[re]positi multitudinis
et soluat[ur] ira d[omi]ni separantes vxo
res alienigenas a viris suis Elegit
sibi viros esdras sacerdotes p[ri]ncipes
magnos de p[at]rib[us] eor[um] sec[un]d[u]m no[m]i[n]a
Et consederunt nouilunio mensis exa
minare negociu[m] istud Et declaratu[m]
e[st] de viris qui habebant vxores ali[e]
genas usq[ue] ad neomenia[m] p[ri]mi
mensis et inuenti sunt ex sacerdotibus
et leuitis et ex hostiariis multi
nimis qui commiscuerunt sibi vxores
alienigenas et dimiserunt eas
cu[m] filiis eor[um] Et statuerunt sacer
dotes et leuite et qui erant ex
isr[ae]l in ier[usa]l[e]m et i[n] tota regione vna
nouilunio mensis septimi Et erant
filii ex isr[ae]l i[n] commoracionib[us] suis
Et congregata e[st] o[mn]is multitudo
simul in area q[ue] e[st] ab oriente porte
sacre Et dixerunt Esdre pontifici
et lectori ut afferret lege[m] moysi
q[ue] tradita e[st] a d[omi]no deo isr[ae]l Et at
tulit Esdras lege[m] o[mn]i multitudini a
viro usq[ue] ad mulierem et o[mn]ib[us] sacerdotib[us]
lege[m] nouilunio mensis septimi Et le
gerunt i[n] area q[ue] e[st] an[te] sacra[m] porta[m]

templi a prima luce usque ad vesperam
coram omni multitudine Et dederunt omnes
sensum ad legem Et stetit Esdras
lector legis super ligneum tribunal
quod fabricatum erat Et steterunt
iuxta eum Mathathias et Samus Ana-
nias Azarias Urias Ezechias et
Balsamus ad dexteram Ad sinistram
autem steterunt Phaldeus Misahel
Malachias Abubus Zacharias et
Nabadias Et assumpsit Esdras librum
legis coram omni multitudine presidebat
enim in gloria in conspectu omnium Et cum ab-
soluisset legem omnes erecti steterunt
Et benedixit Esdras dominum deum altis-
simum deum sabaoth omnipotentem Et
respondit omnis populus Amen Et eleuatis
sursum manibus procidentes in terram ado-
rauerunt dominum Et iussit esdras
ut docerent legem Jhesus et Bana-
neus et Sarabias et Jadinus et
Ananias et Azarias leuite qui
docebant legem domini et in multitudine
legem domini legebant et proferebant sin-
guli eos qui intelligebant lectionem
Et dixit Attaraces Esdre ponti-
fici et lectori et leuitis qui doce-
bant multitudinem dicens Dies hic sanctus
est domino Et omnes flebant cum audissent
legem Et dixit Esdras Ite et man-
ducate pinguissima queque et bibite dul-
cissima queque et mittite partes et munera
hiis qui non habent Sanctus enim est hic
dies domini Et nolite mesti esse dominus
enim clarificabit vos Et leuite denun-
ciabant omnibus in populo dicentes Dies sanctus est
nolite mesti esse Et abierunt omnes epulari
et dare munera hiis qui non habebant
Magnificati enim sunt exaltati verbis quibus
edocti sunt Congregatique sunt vniuersi in ierusalem
celebrare leticiam secundum testamentum domini dei israel

Tercius liber esdre

Liber esdre prophete
secundus filii Saraie filii Azarie
filii Helchie filii Salamie
filii Sadoch filii Achitob filii Achie
filii Phinees filii Heli filii Amarie
filii Aziel filii Marimuth filii Arnan
filii Ozie filii Borith filii Abisan
filii Finees filii Eleazar filii Aaron
ex tribu leui qui fuit captiuus in re-
gione medorum in regno Artaxersis
regis persarum Et factum est verbum domini ad
me dicens Vade et nuncia populo meo
facinora ipsorum et filiis eorum iniquitates
quas in me commiserunt ut nuncient
filiis filiorum suorum quia peccata parentum
illorum in illis creuerunt Obliti sunt
enim me et sacrificauerunt diis alienis
Nonne ego eduxi eos de terra egipti
et de domo seruitutis Ipsi autem irrita-
uerunt me et consilia mea spreue-
runt Tu autem excute comam capitis
tui et proice omnia mala super illos
quoniam non obaudierunt legi mee populus
autem est indisciplinatus Usquequo
eos sustinebo quibus tanta beneficia
contuli Reges multos propter eos sub-
uerti Pharaonem cum pueris suis et
omnem exercitum eius percussi Omnes
gentes a facie eorum perdidi Et in oriente
provinciarum duarum populum tyri et sydo-
nis dissipaui et omnes aduersarios eorum
interfeci Tu vero loquere ad eos dicens
Hec dicit dominus Nempe ego vos per
mare traieci et plateas vobis immuni-
tas exhibui Ducem vobis dedi
Moysen et Aaron sacerdotem lucem
vobis per columpnam ignis prestiti et mag-
na mirabilia feci vobis Vos autem
mei obliti estis dicit dominus Hec dicit
dominus omnipotens Coturnix vobis in signum fuit
castra vobis ad tutela dedi et illic

murmurastis et non triumphastis in no-
mine meo de perditione inimicorum vestrorum sed
adhuc nunc usque murmuratis. Ubi
sunt beneficia que prestiti vobis. Nonne
in deserto cum esurietis et sitietis pro-
clamastis ad me dicentes. Ut quid nos
in desertum istud adduxisti interficere
nos. melius erat nobis servire egipciis
quam mori in deserto hoc. Ego dolui gemi-
tus vestros et dedi manna vobis in escam
panem angelorum manducastis. Nonne
cum sitietis petram excidi et fluxerunt
aque in saturitatem. propter estus foliis
arborum vos texi. Divisi terras pin-
gues vobis. Chananeos pherezeos
philisteos a facie vestra proieci. Quid
faciam vobis adhuc dicit dominus. Hec
dicit dominus omnipotens. In deserto cum essetis
in flumine amorreorum sitientes et blas-
phemantes nomen meum non ignem
vobis pro blasphemia dedi sed mittens
lignum in aquam dulce feci flumen.
Quid tibi faciam Iacob noluisti
me obaudire Iuda. Transferam
me ad alias gentes et dabo eis no-
men meum ut custodiant legitima mea. Cum
me dereliquistis. Et ego vos derelinquam
Petentibus vobis a me misericordiam non mi-
serebor vestri. Quando invocabitis me ego
non exaudiam vos. Maculastis enim ma-
nus vestras sanguine et pedes vestri im-
pigri sunt ad committenda homicidia.
Non quasi me dereliquistis sed vos ipsos
dicit dominus. Hec dicit dominus omnipotens. Nonne
ego vos rogavi ut pater filios et ut
mater filias et nutrix parvulos suos
ut essetis mihi in populum et ego vobis in
deum et vos mihi in filios et ego vobis
in patrem. Ita vos collegi ut gallina
pullos suos sub alas suas. Modo
autem quid faciam vobis. proiciam vos a
facie mea. Oblationes cum mihi obtuleritis
avertam faciem meam a vobis. Dies festos
vestros et neomenias et circumcisiones car-
nis repudiavi. Ego misi pueros
meos prophetas ad vos quos interfecis-
tis et laniastis corpora illorum quorum
sanguinem exquiram dicit dominus omnipotens. Et
propterea domus vestra deserta est proiciam
vos sicut ventus stipulam et filii pro-
creationem non facient quoniam mandatum vo-
bis tum neglexerunt et quod malum est
coram me fecerunt. Tradam domos
vestras populo venienti qui me audientes
credunt. Quibus signa non ostendi
facient que precepi. Prophetas non vide-
runt et memorabuntur iniquitatum
eorum. Testor populi venientis gentem
cuius parvuli exultant cum leticia me
non videntes oculis carnalibus sed
spiritu credent que dixi. Et nunc frater aspi-
ce cum gloria et vide populum venientem
ab oriente quibus dabo ducatum
Abraham Isaac et Iacob et Osee et
Amos et Michee et Iohelis et Ab-
die et Ione et Naum et Abacuc
Sophonie Aggei et Zacharie et Ma-
lachie qui et angelus domini vocatus est.
Hec dicit dominus. Ego eduxi populum
istum de servitute quibus mandata
dedi per pueros meos prophetas quos
audire noluerunt sed irrita fecerunt
mea consilia. Mater que illos generat
dicit illis. Ite filii quia ego vidua sum
et derelicta. Educavi vos cum leti-
cia et amisi vos cum luctu et tristicia
quoniam peccastis coram domino deo et quod ma-
lum est coram me fecistis. Ite filii et petite
a domino misericordiam. ego autem te pater testem invoco
super matrem filiorum quia testamentum meum noluerunt ser-
vare ut des eis confusionem et matrem eorum

in diripcionem. Ne gravacio corporis sicut dispergantur in gentes, nomina eorum dele antur de terra, quia spreverunt sacramentum meum. Cap. iii

Ve tibi assur qui abscondis iniquos penes te. Gens mala, memorare quid fecerim Sodome et Gomorre, quorum terra iacet in piceis glebis et aggeribus cineris. Sic dabo eos qui me non audierunt, dicit dominus omnipotens. Hec dicit dominus ad Esdram: Annuncia populo meo quoniam dabo eis regnum Ierusalem quod daturus eram Israel. Et sumam mihi gloriam illorum, et dabo eis tabernacula eterna que preparaveram illis. Lignum vite erit eis in odorem unguenti, et non laborabunt neque fatigabuntur. Ite et accipietis. Rogate vobis dies paucos ut minorentur. Iam paratum vobis regnum; vigilate. Testare testare celum et terram. Omisi enim mala et creavi bonum, quia ego vivo, dicit dominus. Mater, complectere filios tuos, educa eos cum leticia sicut columba, confirma pedes eorum quoniam te elegit, dicit dominus. Et resuscitabo mortuos de locis suis et de monumentis educam illos, quoniam cognovi nomen meum in illis. iiii

Noli timere, mater filiorum, quoniam te elegi, dicit dominus. Mittam tibi adiutorium pueros meos Isaiam et Ieremiam, ad quorum consilium sanctificavi et paravi tibi arbores duodecim gravatas variis fructibus, et totidem fontes fluentes lac et mel, et montes immensos septem habentes rosam et lilium, in quibus gaudio replebo filios tuos. Viduam iustifica, pupillo iudica, egenti da, orphanum tuere, nudum vesti, confractum et debilem cura, claudum irridere noli, tutare mancum, et cecum ad visionem claritatis admitte. Senem et iuvenem intra muros tuos serva. Mortuos ubi inveneris commenda sepulcro et dabo tibi primam sessionem in resurrectione mea. Pausa et quiesce, populus meus, quia veniet requies tua. Nutrix bona, nutri filios tuos, confirma pedes eorum. Servos quos tibi dedi nemo ex eis interiet. Ego enim eos requiram de numero tuo. Noli fatigari. Cum venerit dies pressure et angustie, alii plorabunt et tristes erunt, tu autem hilaris et copiosa eris. Zelabunt gentes et nichil adversum te poterunt, dicit dominus omnipotens. Manus mee tegent te ne filii tui gehennam videant. Iocundare, mater, cum filiis tuis, quia ego te eripiam, dicit dominus. Filios tuos dormientes memorare, quoniam ego eos educam de latibulis terre et misericordiam cum illis faciam, quoniam misericors sum, dicit dominus. Amplectere natos tuos usque dum venio et predica illis misericordiam, quoniam exuberant fontes mei et gratia mea non deficiet. Ego Esdras accepi preceptum a domino in monte Oreb ut irem ad Israel, ad quos cum venirem reprobaverunt me et respuerunt mandatum domini. Ideoque dico vobis, gentes que auditis et intelligitis: expectate pastorem vestrum, requiem eternitatis dabit vobis, quoniam in proximo est ille qui in fine seculi adveniet. Adventus Christi. Parati estote ad premia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per eternitatem temporis. Fugite umbram seculi huius, accipite iocunditatem glorie vestre. Ego testor palam salvatorem meum. Commendatum donum accipite gratias agentes ei qui vos ad celestia regna vocavit. Surgite et state et videte numerum signatorum in convivio domini. Qui se de umbra seculi transtulerunt splendidas tunicas

a domino acceperunt. Recipe syon numerum tuum et conclude candidatos tuos qui legem domini dei tui compleverunt. Filiorum tuorum quos optabas plenus est numerus. Roga imperium domini ut sanctificetur populus tuus qui vocatus est ab initio.

Ca. v

Ego Esdras vidi in monte syon turbam magnam quam numerare non potui. Omnes canticis collaudabant dominum. Et in medio eorum erat iuvenis statura celsus eminentior omnibus illis et singulis eorum capitibus imponebat coronas et magis exaltabatur. Ego autem miraculo tenebar. Tunc interrogavi angelum et dixi: Qui sunt hii domine? Qui respondens dixit mihi: Hii sunt qui mortalem tunicam deposuerunt et immortalem sumpserunt et confessi sunt nomen dei; modo coronantur et accipiunt palmas. Et dixi ad angelum: Ille iuvenis quis est qui coronas imposuit eis et palmas in manus tradit? Qui respondens dixit mihi: Ipse est filius dei quem in seculo confessi sunt. Ego autem magnificare eos cepi qui fortiter pro nomine dei steterunt. Tunc dixit mihi angelus: Vade et nuncia populo meo quanta et qualia mirabilia domini dei vidisti.

Incipit liber Esdre iiii. Ca. i

Anno tricesimo ruine civitatis eram in babilonia. Ego Salatiel qui et Esdras et conturbatus sum super cubiculo meo recumbens et cogitationes mee ascendebant super cor meum quoniam vidi desertionem Syon et habundantiam eorum qui habitabant in babilone. Et ventilatus est spiritus meus valde. Et cepi loqui ad altissimum verba timorata et dixi: O dominator domine tu dixisti ab initio quando plantasti terram et hoc solus et imperasti populo et dedisti Ade corpus mortuum sed et ipsum figmentum manuum tuarum erat et insufflasti in eum spiritum vite et factus est vivens coram te. Et induxisti eum in paradisum quem plantavit dextera tua antequam terra adventaret. Et huic mandasti diligere viam tuam et preterivit eam. Statim instituisti in eum mortem et in nationibus eius et nati sunt ex eo gentes et tribus populi et cognationes quorum non est numerus. Et ambulabat unaquaque gens in voluptate sua et mira agebant coram te et spernebant precepta tua. Iterum autem in tempore induxisti diluvium super inhabitantes seculum et perdidisti eos. Et factum est in uno casu eorum sicut Ade mors sic et istis diluvium. Et reliquisti unum ex his Noe cum domo sua et ex eo iustos omnes. Et factum est cum cepissent multiplicari qui habitabant super terram et multiplicaverunt filios et populos et gentes multas et ceperunt iterato impietatem facere plus quam priores. Et factum est cum iniquitatem facerent coram te elegisti tibi ex his unum cui nomen Abraham et dilexisti eum et demonstrasti ei soli finem temporum nocte et disposuisti ei testamentum eternum et dixisti ei ut non umquam derelinqueres semen eius. Et dedisti ei Isaac. Et Isaac dedisti Iacob et Esau. Et segregasti tibi Iacob, Esau autem separasti. Et factus est Iacob in multitudine magna. Et factum est cum educeres semen eius de egipto adduxisti eos super montem Synay et inclinasti celos et statuisti terram et commovisti orbem et tremefecisti abissos et conturbasti seculum et transiit

gloria tua portas quatuor ignis et
terremotus et spiritus et gelu ut dares
semini Jacob legem et generationi Israel
diligentiam et non abstulisti ab eis
cor malignum ut faceret lex tua in
eis fructum. Cor enim malignum baiulans
primus Adam transgressus est et victus est
et omnes qui ex eo nati sunt. Et facta
est permanens infirmitas et lex cum
corde populi cum malignitatis radicis. Et
discessit quod bonum est. Et mansit
malignum. Et transierunt tempora et finiti
sunt anni. Et suscitasti tibi servum
nomine David et dixisti ei edificare
civitatem nominis tui ut offerret tibi
in ea de tuas oblationes. Et factum est
hoc annis multis et dereliquerunt qui habi-
tabant civitatem in omnibus facientes
sicut fecit Adam et omnes generationes
eius. Utebantur enim et ipsi cor malignum
et tradidisti civitatem tuam in manibus
inimicorum tuorum. Et dixi ego tunc in
corde meo: Numquid meliora faciunt
qui habitant Babilonem et propter hoc domi-
nabuntur Syon? Factum est autem cum venissem
huc vidi impietates quarum non
est numerus et delinquentes multos.
Vidit anima mea hoc tricesimo anno
et excessit cor meum quoniam vidi quomodo
tu sustines eos peccantes et peper-
cisti impie agentibus et perdidisti
populum tuum et conservasti inimicos
tuos et non significasti. Nichil
memini quomodo debeat derelinqui hec
via. Numquid meliora fecit Babilon
quam Syon aut alia gens cognovit
te preter ~~Syon~~ Israel aut que tribus
crediderunt testamentis tuis sicut
Jacob quarum merces non comparuit

neque labor fructificavit. Pertransiens
enim pertransivi in gentibus et vidi ha-
bundantes eas et non memorantes
mandatorum tuorum. Nunc ergo pondera
in statera nostras iniquitates et eorum
qui habitant seculum et invenietur nomen
tuum ubi declinet aut quando
non peccaverunt in conspectu tuo qui
habitant terram aut que gens sic observa-
bit mandata tua? gentes autem non invenies.

Capitulum IIII

Et respondit ad me angelus
qui missus est ad me cui nomen
Uriel. Et dixit mihi: Excedens exces-
sit cor tuum in seculo hoc et comprehen-
dere cogitas viam altissimi? Et dixi:
Ita domine meus. Et respondit mihi et dixit:
Tres vias missus sum ostendere
tibi et tres similitudines proponere co-
ram te de quibus si mihi renuntiaveris
unam ex his et ego demon-
strabo tibi viam quam desideras
videre et docebo te unde sit cor
malignum. Et dixi: Loquere domine mi.
Et dixit ad me: Vade pondera
mihi ignis pondus aut mensura
mihi flatum venti aut revoca mihi diem
que preteriit. Et respondi et dixi: Quis
natorum potest facere ut me interro-
ges de his? Et dixit ad me: Si
ego interrogarem te dicens quante
habitationes sunt in corde maris
aut quante vene sunt in principio
abissi aut quante vene sunt super
firmamentum aut qui exitus sunt
paradisi diceres mihi fortasse:
In abissum non descendi neque in
infernum adhuc neque in celum
umquam ascendi. Nunc autem non
interrogavi te nisi de igne et

Esdre

vento z dic p que trasisti z sine
quib9 separi no potes z no rndis-
ti m de eis Et dixisti m Tu que
tua sut cu adolescencia no potes
agnosce et quo potit vas tuu ca-
pe altissimi via z ia cotis corrup-
to selo intellige incorrupcoz euide-
te m mea facie Et dixi illi Melius
erat no adesse nos q aducientes
vive i ipietatibz et pati no itel-
lexi de qua re Et rndit ad me et
dixit Proficiscens et profectus su ad sil-
ua lignoz campi et cogitaverunt co-
gitatom et dixerunt Venite et eam9
et faciam9 ad mare bellu z recedat
cora nobis et faciam9 nob alias sil-
uas z silit fluctus maris Et ipi co-
gitaverunt cogitatoz z dixerunt Veni-
te ascendentes debellem9 silua campi ut
z ibi consumem9 nobismetipis alia
regione et fctus e cogitatus silue i
vanu Venit em ignis et consupsit ea
Similit z cogitatus fluctuu maris Ste-
tit em arena z prohibuit eas Si em
eras iudex hoz quem icipiebas iusti-
ficare a que condepnare Et rndi d'
vtiqz vana cogitatoz cogitaverunt
Terra ei data e silue z maris loco
portare fluctus suos Et rndit m dicens
Bn tu iudicasti tibimetipi Quē-
admod ei tra silue data e z mare
fluctibz suis et qui sup tra ihitant
que sut sup tra intellige solumo
possunt z qui sr celos sr altitu celoz
Et rndi z dixi Deprecor te M
Dne ut m datus e sensus intelli-
gendi Non ei volui interrogare de su-
perioribz tuis s3 de his que ptranseunt
p nos cottidie Propter quod ipse datus
e in obprobriu gentibz que dilexisti
populus datus est tribubus impiis z lex

prm nroz in interitu deducta e z de-
perecores scripte sunt nusq z ptransimus
de selo ut locuste et vita mea z pa-
uor Et n digni sumus mia3 consequi
Sed quid faciet noi suo q iuocatus
e sup nos z de his interrogavi Et
rndit z dixit m Si fueris videbis et
si vixeris frequenter mirabeis qm festi-
nans festinat sclm ptransire no capi-
et portare que in tpibz iustis repromissa
sunt qm plenu mesticia e sclm hoc
et infirmitatibus Seiatu e ei malu
de quibus me interrogas de eis z nec-
du venit destruccio ipius Si g nome
suu fuit quod seiatu e z discessit lo-
cus ubi seiatu e malu no venit ager
ubi seiatu e bonu Qm granu i cordis
ade ab initio et quantu impietatis genera-
uit usqz nunc z generat usqz du veniat area
Estima aut apud te granu mali seminis
quantu fructu ipietatis generauit qn
seiate fuerint spice quaz no e nus
que magna arcam icipient facere
Et dixi Quo z qn hec qui modici
et mali anni nri Et dixit ad me Non
festinas tu sup altissimu Tu aut festi-
nas i aiam tu z ipm semil Nam excessus
tu multis Nonne de his interrogaverunt
aie iustoz i promptuariis suis dicentes
Usqz q spero sic z qn veniet fructus
aree mercedis me Et rndit ad ea
michahel archangelus z dixit Qm sue
impletus nus semini vob Qm in
statera ponderavit sclm z mensura men-
surauit tpa z pondere ponderat tpa et
numo numeravit tpa z no comouit nec excit-
tauit usqz du repleat pdicta men-
sura Et rndi z dixi O dnator dne
sed z nos omnes pleni sumus ipietate
et ne forte ppter nos impleat iustoz
aree ppter pcta habitaciu sup terram

Et rn̄dit ad me et dixit Vade interro
ga pregnantē si qn̄ impleuerit ipa me
ses suos adhuc potūt matrix cōtineri
ne fetū in semetipa Et dixi Non
pt dne Et dixit ad me In inferno
promptuaria aīarū matrici assimilata
sunt Quemadmodū festinat q pariet
effugere necessitatē ptus sic et hec
festinat reddere in que cōmendata
sunt ab inicio tuc tibi demonstrabit
de hiis que cōcupisti vide Et rn̄di
et dixi Si inueni grām an oculos tuos
et si possibile ē et si ydone9 sū demonstra
m̄ et hec Si plus q̄ preti lit venire
aut plus ptransiuit sup nos qm̄ q̄d
ptransiuit ptes quod aūt futurū sit ignoro
Et dixit ad me Sta sup iiii
dexteram ptē et demonstrabo tibi
interptacōem similitudis Et steti et
vidi Et ecce fornax ardens transiuit
coram me Et fctm̄ ē cū transiret flā
ma et vidi et ecce supauit fumus
Et post hoc transiuit coram me nubes
plena aq̄ et immisit pluuiā ipetu
multā Et cū transisset impetus pluuie
et supauerat i ea gutte Et dixit
ad me Cogita tibi Sicut crescit
pluuia amplius quā gutte et ig
nis amplius q̄ fum9 sic sup habu
dauit q̄ transiuit mensura Supaue
runt aūt gutte et fum9 Et dixi ei
Putas viuo usq; in diebus illis vl
quis erit in diebus illis Rn̄dit et dixit
michi De signis de quibus me in
rogas ex parte possū tibi dicere
De vita aūt nō sū missus tibi dicere
sed nescio De signis aūt Ecce dies
venient et apprehendent qui habitant
terra et abscondetur via vitatis et
sterilis erit a fide regio et multipli
cabitur iniustitia sup hanc quā ipe

tu vides et sup hac quā audisti olim
Si aūt tibi dederit altissimus viuere et vi
debis post tertiam turbatā et relinquetur
subito sol noctu et luna in die Et de lig
no sanguis stillabit et lapis dabit
vocē suā et ppli cōmouebunt Et gressus
commutabuntur et regnabit quem non
sperant qui habitant sup terram et volatilia
commigracōem facient et mare Sodomiti
cū pisces reiciet et dabit vocē noctu
quā nō nouerant multi Omnes aūt audient
vocē eius et Chaos fiet p loca multa
et ignis frequenter remittetur et bestie agre
stes transmigrabunt regiones suas et mulie
res parient menstruatē monstra et in
dulcibus aq̄ salse inuenientur Et amici
os semetipos expugnabunt et abscō
detur tunc sensus et intellectus separabitur
in promptuariū suū et queretur a multis
et nō inuenietur et multiplicabitur
iniusticia et incōtinencia sup terram Et interro
gabit regio proximā suā et dicet
Nunquid p te transiit iusticia iustum faciens
et hec negabit Et erit in illo tpe et
sperabunt hoīes et nō impetrabunt laboa
bunt et nō dirigentur vie eorum hec signa
dicere tibi pmissum ē Et si oraueris
iterum et ploraueris sicut et nunc et ieiu
naueris vii diebus audies iterato hori
maiora Et euigilaui et corpus meum
horruit valde et aīa mea laborauit
valde ut deficeret Et tenuit me qui ve
nerat angelus q loquebatur in me et confortauit
me et statuit me sup pedes meos v.
Et fctm̄ ē in nocte secunda et venit ad
me Salathiel dux ppli et dixit
michi Vbi eras et quare vultus tuus
tristatur An nescis qm̄ tibi creditus
ē Israel in regione transmigracōis eorum
Exurge ergo et gusta panē et nō dere
linquas nos sicut pastor gregem
suum in manibus luporum malignorum

Et dixi: Vade a me et non accedas
ad me usque ad dies septem. Et tunc ve-
nies ad me. Et recessit a me. Et ie-
iunavi diebus septem ululans et plorans
sicut michi mandavit Urihel archangelus.
Et factum est post dies vii iterum cogitaciones
cordis molestie erant michi valde et resum-
psit michi anima mea spiritum intellectus et iterum
cepi loqui coram altissimo sermones et dixi:
Dominator domine, ex omni silva terre et ex
omnibus arboribus eius elegisti tibi arborem
unam. Et ex omnibus floribus elegisti tibi
lilium unum, et ex omnibus abissis maris
replevisti tibi rivum unum, et ex omnibus civitatibus
sanctificasti tibimetipsi Syon, et ex omnibus
volatilibus columbam unam, et ex omnibus
pecoribus providisti tibi ovem unam, et ex omnibus
populis unum, et ab omnibus probatam legem do-
nasti huic quem desiderasti populo. Et nunc
domine, ut quid tradidisti unum pluribus
et preparasti unam radicem super alias et
dispersisti unicum tuum in multis et concul-
caverunt qui contradicebant sponsionibus
tuis, qui et tuis testamentis non credebant.
Et si odiens odisti populum tuum, tuis manibus
debet castigari. Et factum est cum locutus essem
sermones istos, missus est ad me iterum
angelus qui ante venerat priori nocte. Et
dixit michi: Audi me et instruam te, et
attende michi. Et dixi: Loquere domine. Et dixit
michi: Valde in excessu mentis factus es.
Numquid sic diligis Israel aut plus dilexisti Israel
quam qui fecit illum? Et dixi: Non domine, sed
dolens locutus sum. Torquent enim me re-
nes mei per omnem horam querentem apprehendere
semitam altissimi et investigare partem
iudicii eius. Et dixit ad me: Non potes.
Et dixi: Quare domine, aut quid nascebar,
aut quare non fiebat matrix matris
mee michi sepulcrum ut non viderem la-
borem Iacob et defatigacionem generis
Israel? Et dixit michi: Numera michi que non-
dum venerunt et collige michi dispersas guttas
et revirida michi arida flores, et aperi
michi clausa promptuaria et produc michi conclu-
sos in eis flatus, aut monstra michi vocis
ymaginem, et tunc ostendam tibi laborem
quem rogas videre. Et dixi: Domine quis
est qui hec potest facere, et similiter non cum hominibus
habitacionem non habet? Ergo ego insipiens, et
quomodo potero dicere de hiis quibus me in-
terrogasti. Et dixit ad me: Sicut non
tu potes facere unum de istis, sic non potes invenire iudicium meum. Et
dixi: Ergo domine si inveni graciam
coram oculis tuis, ut demonstres servo
tuo per quem visitas creaturam tuam. Et dixit ad me: Inicium
terre, et tunc finem signorum tuorum quorum ex
parte michi monstrasti nocte pre-
cedente. Et respondit et dixit ad me: Surge
super pedes tuos et audies vocem
plenissimam sonitus et erit si commotus commocione fuerit
[illegible] michi quo stas super. In eo cum loque-
tur non paveas quoniam de fine verbum et
fundamenta terre intelligit quoniam de ipsis
sermo tremiscit et commovebitur.
Scit enim quoniam finem eorum oportet commutari.
Et factum est cum audissem et surrexi super
pedes meos. Et audivi et ecce vox
loquentis et sonus eius sicut sonus
aquarum multarum. Et dixit: Ecce dies
veniunt et erit quando appropinquare incipiam
ut visitem habitantes in terra et quando in-
quirere incipiam ab eis qui iniuste no-
cuerunt [illegible] iniusticia sua et quando super-
pleta fuerit humilitas Syon et cum super-
signabitur seculum quod incipiet per-
transire, hec signa faciam: libri apperientur
ante faciem firmamenti et omnes videbunt
simul, et anniculi infantes loquentur
vocibus suis. Et pregnantes immaturos
parient infantes trium et quatuor
mensium et vivent et suscitabuntur,
et subito apparebunt seminata loca
non seminata et plena promptuaria subito

Finis secti

invenientur vacua et tuba canet
cu sono quam cum omnes audierint subi
to expauescent et erit in illo tempore debel
labunt amici amicos et inimici et ex
pauescet terra cum hiis qui inhabitant super ea
Et vene fontium stabunt et non decur
rent in horis tribus et erit omnis qui dere
lictus fuerit ex omnibus istis quibus pre
dixi tibi ipse saluabitur et videbit
salutare meum et finem seculi mei Et videbunt
qui recepti sunt homines qui mortem
non gustauerunt a natiuitate sua et
mutabitur cor inhabitancium et conuertetur
in sensum alium Delebitur enim malum et
extinguetur dolus florebit autem fides
et vincetur corruptela et ostendetur
veritas que sine fructu fuit tantis temporibus

Et factum est cum loquitur C vi
Ad me et ecce paulatim inti
ebatur locus super quem stabam et dixit
ad me Veni tibi ostendere tempus venture
noctis Si ergo iterum rogaueris et ieiu
naueris iterum vii diebus Iterum tibi renun
ciabo maiora horum per diem quam audi
ui audita enim vox tua apud altissimum
Vidit enim fortis directionem tuam et
prouidit pudiciciam quam a iuuentute
habuisti et propter hoc misit me de
monstrare tibi hec omnia et dicere tibi
Confide et noli timere noli festinare
in prioribus temporibus cogitare vana ut
non properes a nouissimis temporibus Et
factum est post hec et fleui iterum et simili
ter ieiunaui vii diebus ut suppleam
tres ebdomadas que dicte sunt mihi
Et factum est in octaua nocte et cor meum
iterum turbabatur in me et cepi loqui
coram altissimo Inflammabatur enim spiritus
meus valde et anima mea angebatur
et dixi O dominator domine Tu quidem dispo
suisti in lege tua quod justi hereditabunt

terram Impij autem peribunt Justi autem ferent
angusta sperantes spaciosa Qui enim
impie gesserunt et angusta passi sunt et
spaciosa non videbunt Et dixit ad me
Non est iudex super deum neque intelligens
super altissimum Mandans enim mandauit
deus venientibus quando venerunt quid hic fa
cientes viuerent et quid obseruantes non
punirentur et hii autem non persuasi
Et contradixerunt ei et constituerunt sibi
cogitamenta vanitatis et proposuerunt
circumuenciones delictorum et vias eius
non cognouerunt et legem eius spreuerunt
et sponsiones eius abnegauerunt et le
gittimis eius fidem non adhibuerunt
et opera eius non perfecerunt Propter hec Esdra
Esdra vacua vacuis et plena plenis
Ecce enim tempus veniet et erit quando venient
signa que predixi tibi Et apparebit
sponsa et apparebit ciuitas et ostendetur
que nunc subducitur terra et omnis qui liberatus
est de predictis malis ipse videbit mira
bilia mea Reuelabitur enim filius meus
Ihesus cum eis qui cum eo iocundabuntur
qui relicti sunt annis quadringentis
et post annos hos morietur filius meus Christus
et omnes qui spiramentum habent homines
Et conuertetur seculum in antiquum silencium diebus
vii sicut in prioribus initijs ita ut nemo
derelinquatur Et erit post dies vii
excitabitur quod nondum vigilat seculum et
morietur corruptum et terra reddet qui
in ea dormiunt et puluis qui in eo silencio
habitant et promptuaria reddent que eis co
mendate sunt animas et reuelabitur altissimus
super sedem iudicij et pertransibunt miserie
et longanimitas congregabitur Judicium
autem solum remanebit et veritas stabit et
fides conualescet et opus subsequetur et merces
ostendetur et iusticie vigilabunt et iniusticie non dormiebunt

Primus Abraham oravit VII pro sodomitis et moyses pro patribus qui in deserto peccaverunt et Iesus qui post eum fuit pro Israel in diebus achan et Samuel et david pro confractione et Salomon pro eis qui in sanctificationem et helias pro hiis qui pluviam acceperunt et pro mortuo ut viveret et Ezechias pro populo in diebus Sennacherib et multi pro multis. Si ergo modo quando corruptibile increvit et iniusticia multiplicata est et oraverunt iusti pro impiis quare nunc sic non erit. Et respondit ad me et dixit. Presens seculum non est finis gloria in eo frequens manet propter hoc oraverunt pro invalidis. Dies enim iudicii erit finis temporis huius et inicium futuri inmortalis temporis in quo pertransivit corruptela soluta est intemperancia abscisa est incredulitas. Excrevit autem iusticia orta est veritas. Tunc nemo poterit salvare eum qui periit neque demergere eum qui vicerit. Et respondi et dixi. Hic sermo meus primus et novissimus quoniam melius erat non dare terram adam vel cum dedisset cohercere eum ut non peccaret. Quid enim prodest omnibus in presenti vivere in tristicia et mortuos sperare punitionem. O tu quid fecisti adam. Si enim tu peccasti non est factus solius tuus casus sed eciam nostrum qui ex te advenimus. Quid enim nobis prodest si promissum est nobis immortale tempus nos vero opera mortalia egimus et quoniam predicta est nobis spes perhennis nos vero pessimi facti sumus. Et quoniam nobis reposita sunt habitacula securitatis nos vero male conversati sumus et quoniam incipiet gloria altissimi protegere eos qui caste conversati sunt nos autem in pessimis viis ambulavimus. Et quoniam ostendetur paradisus cuius fructus incorruptus perseverat in quo est saturitas et medela nos vero non ingrediemur quoniam male conversati sumus. Et quoniam super stellas fulgebit facies eorum qui hic abstinenciam habuerunt nostre vero facies super tenebras nigre. Non enim cogitavimus viventes quando iniquitatem faciebamus quod post mortem pati incipiemus. Et respondit et dixit. Hoc est cogitamentum certaminis quod certat qui super terram natus est homo ut si victus fuerit paciatur que dixisti si autem vicerit recipiet que dico. Quoniam hec est via quam moyses dixit cum viveret ad populum dicens. Elige tibi vitam ut vivas. Non crediderunt ei sed neque post eum prophetis sed neque mihi qui locutus sum ad eos quoniam non est tristicia in perdicione eorum sicut futurum est gaudium super eos quibus persuasa est salus. Et respondi et dixi. Scio domine quoniam nunc vocatus est altissimus misericors eo quod miseretur eis qui nondum in seculo advenerunt et eo quod miseretur eis qui conversationem faciunt in lege eius. Et longanimis quoniam longanimitatem prestat hiis qui peccaverunt quasi suis operibus et munificus quoniam quidem donare vult pro exigentiis et multe misericordie quoniam multiplicat magis misericordias hiis qui presentes sunt et qui preterierunt et qui futuri sunt. Si enim non multiplicaverit non vivificabitur seculum cum hiis qui habitant in eo. Et donator quoniam si non donaverit de bonitate sua non alleventur hii qui iniquitates fecerunt de suis iniquitatibus non poterit decies millesima pars hominum vivificari. Et iudex si non ignoverit hiis qui creati sunt verbo eius et deleverit multitudinem contemptionum non fortassis derelinqueretur in innumerabili multitudine nisi pauci valde. Et respondit ad me et dixit hoc seculum fecit altissimus propter multos futurum autem propter paucos.

Et respondit ad me et dixit viij
Tu ad te pertinentia intellige et de simili-
bus tuis inquire gloriam. Vobis enim apertus
est paradisus, plantata est arbor vite,
preparatum est futurum tempus, preparata est habun-
dantia, edificata est civitas, probata est
requies, perfecta est bonitas, perfecta est sapien-
tia, radix signata est a nobis, infirmitas
et tinea a vobis et abstersa est, et in infernum
fugit corruptio in oblivione, transie-
runt dolores et ostensi sunt in fine the-
sauri immortalitatis. Noli ergo
adicere inquirendo de multitudine eorum
qui pereunt. Nam et accipientes libertatem
spreverunt altissimum et legem eius contemp-
serunt et vias eius dereliquerunt et iustos
eius conculcaverunt et dixerunt in corde
suo non esse deum et quidem scientes quoniam
moriuntur. Sicut enim vos suscipient que
predicta sunt, sic eos sitis et cruciatus
que preparata sunt. Non enim altissimus voluit ho-
minem disperdi, sed et ipsi qui creati
sunt coinquinaverunt nomen eius qui fecit
eos et ingrati fuerunt ei qui preparavit
eis vitam. Et ideo nunc iudicium meum modo
appropinquat. De quo non omnibus demonstravi
nisi tibi et tibi similibus paucis. Et respondi
et dixi: Ecce nunc domine demonstrasti mihi
multitudinem signorum que incipies fa-
cere in novissimis, sed non demonstrasti
quo tempore. Et respondit ad me et dixit:
Metiens metire in temetipso, et erit cum
videris quoniam transivit pars quedam signorum
que predicta sunt, tunc intelliges quoniam
ipsum est tempus in quo incipiet altissimus
visitare seculum quod ab ipso factum est. Et quando
erit et videbitur in seculo motio locorum,
populorum turbatio, gentium cogitationes,
ducum inconstantia, principum turbatio,
tunc intelliges quoniam de his erat altissimus
locutus a diebus qui erant ante te

ab initio. Sicut enim et de quo factum est in seculo
initium per consumationem et consumatio manifes-
ta, et altissimi tempora initia manifesta in
prodigiis et virtutibus et consumatio in actu
et in signis. Et erit omnis qui salvus factus
fuerit et qui poterit effugere per opera sua vel
per fidem in qua credidistis, relinquetur
de predictis periculis et videbit salutare
meum in terra mea et in finibus meis que
sanctificavi mihi a seculo. Et tunc mirabuntur
qui abusi sunt vias meas et in cruciamentis
commorabuntur hii qui eas proiecerunt
in contemptu. Quod enim non cognoverunt
viventes beneficia consecuti et qui fastidie-
runt legem meam cum adhuc erant habentes
libertatem et cum adhuc esset eis apertus
penitentie locus intellexerunt sed spreverunt
hos post mortem oportet in cruciamento
cognoscere. Tu ergo noli adhuc curiosus
esse quomodo impii cruciabuntur, sed inquire quomodo
iusti salvabuntur et quorum seculum et propter
quos seculum et quando. Et respondi et dixi: Domine
locutus sum et nunc dico et postea dicam
quoniam plures sunt qui pereunt quam qui salva-
buntur sicut multiplicatur fluctus super guttas
et gutta super guttam. Et respondit ad me
et dixit: Qualis ager talis et semina talia
et quales flores tales et virtutes et qua-
lia opera talis et creatio et qualis agri-
cola talis et aratura quoniam tempus erat seculi
et nunc essem parans eis his qui nunc antequam
fieret seculum in quo habitarent et nemo contra-
dixit mihi. Tunc enim cum essem et nec erat in
mundo creato hoc parato et mense indeficienti
lege investigabili corrupti sunt moribus eorum
et consideravi seculum meum et ecce erat perditum per
cogitationes que in eo advenerunt et vidi et peperci eis
valde et salvavi mihi acinum de botro et planta-
tionem de tribu multa. Pereat ergo multitudo que
sine causa nata est et servetur acinus meus
et plantatio mea quam cum multo labore perfeci

Et vidi sopniu. Et ecce as- XI
cendebat de mari aqla cui erat
xij ale penaz et capita tria. et vidi
et ecce expandebat alas suas i omne
t'ra et omes venti celi insufflabant
ad ea et colligebatur. et vidi et de penn'
eius nascebat' ex contrario pene. et ipe
fiebat in penaculis minutis et mo-
dicis. Na capita eius erat quiescencia
et dimidiu caput erat maius alioz
capitu sed ipa quiescebat cu eis. Et
vidi et ecce aquila volabat i penn'
suis et regnauit sup t'ra et sup eos
qui habitant t'ra. Et vidi quomo
subiecta erat ei oia sub celo et nec
illi contradicebat necq' vna de cre-
atura oi q' e sup t'ra. Et vidi et ecce
surrexit aquila sup vngwes suas
et misit voce pennis suis d'. Nolite
omes simul vigilare dormite vnaq'q'
in loco suo et p' tpe vigilate. Capita
at nouissio seruentur et vidi et ecce vox
no exibat de capitibus eius s; de medie-
tate corporis eius et inuani contrarias
penas et ecce tpe erat. Et vidi et ecce
ad dextera pte surrexit vna pena
et regnat' sup omez t'ra. Et factu est
cu regnaret venit ei finis et no appa-
ruit ita ut no appareret locus eius.
Et sequens exsurrexit et regnabat
et ipa multu tenuit tepus. Et factu
e cu regnaret et veniebat finis eius
ut no appareret sicut et prior. Et ecce vox
emissa e illi d'. Audi tu q' toto tpe
tenuisti t'ra hoc anuncio tibi anteq'
incipias no parere. Nemo post te
tenebit tempus tuu sed n' dimidiu
eius. Et leuauit se t'cia et tenuit
principatu sicut et priores et no apparu-
it ipa. Et sic contingebat oibus aliis
principatu gerere et iteru nusq' conparere.
Et vidi et ecce in tpe sequentes pene

erigebat' et ipa a dextera parte et tene-
bat et ipa principatu. Et ex his erat
que tenebant sed tn no conparebat
statim. Na et aliq' ex eis erigebantur
sed no tenebat principatu. Et vidi p'
hec et ecce no conparuerat xij pene
et duo penacula et nichil supauit
in corpe aquile n' tria capita quiesc-
cia et sex penacula. Et vidi et ecce
de sex penaculis diuise sut due et
manserut sub capite quod e ad dexte-
ra pte. Na quatuor manseru i loco
suo. Et vidi et ecce hec subalara cogi-
tabat se erigere et tene principatu. Et
vidi et ecce vna erecta e et statim
no conparuit et sc'da velocius q' prio-
res no apparuerat. Et vidi et ecce due
que supauerat cogitabat apud semet-
ipas et ipe regnare. Et i eo cu cogi-
taret ecce vnu quiescencium capitu
quod erat mediu euigilabat. Hoc
erat ei duoz capitu maius et vidi
quomo conplexa sut duo capita
secu et ecce conuersu e caput cu his
que cu eo erat. Et comedit duas
subalares que cogitabat regnare.
Hoc at caput p'terruit omez t'ra
et dnabatur oibus qui habitabat t'ra
cu labore multo et potestatu tenuit
orbe t'raz sup omes alas que fuerut.
Et vidi post hec et ecce mediu caput
et subito non conparuit et hoc sicut
et ale. Supauerat at duo capita
que et ipa similit' regnauerat s'
t'ra et sup eos qui habitant i ea. Et vi-
di et ecce sup deuorauit caput a dex-
tera pte illud q' erat ad leuam. Et
audiui voce dicente m'. Conspice cor-
te et considera quod vides. Et vidi
et ecce sicut leo suscitatus de silua
rugiens et vidi quomo emittebat

voce hominis ad aquilam et dixit dicens
Audi tu et loquar ad te. Hec dicit altis-
simus tibi. Nonne tu es qui superasti de
quatuor animalibus que feceram reg-
nare in seculo meo ut per eos veniret
finis temporum eorum. Et quartus veniens
devicit omnia animalia que transierunt et
potentatu tenens seculum cum tremore mul-
to et omnem orbem cum labore pessimo
et inhabitabat tot temporibus orbem terrarum
cum dolo. Et iudicasti terram non in veri-
tate. Tribulasti enim mansuetos et le-
sisti quiescentes et dilexisti menda-
ces et destruxisti habitationes eorum qui
fructificabant et humiliasti muros
eorum qui non nocuerunt. Et ascendit
contumelia ad altissimum et superbia tua
ad fortem et respexit altissimus superba
tempora. Et ecce finita sunt et scelera eius
completa sunt. Propterea non appareas appa-
reas tu aquila et ale tue horri-
biles et penacula tua pessima et ca-
pita tua maligna et ungues tui
pessimi et omne corpus tuum vanum
ut refrigeretur omnis terra et relevatur
liberata de tua vi et speret iudicium
et misericordiam eius qui fecit eam. Et factum
est dum loquitur leo hec verba ad aqui-
la et vidi et ecce quod superaverat
caput et non comparuerunt iiii^or ale
due que ad eum transierunt et erexerunt se
ut regnarent et erat regnum eorum exile
et tumultu plenum et vidi et ecce ipsa
non apparebat et omne corpus aquile
incendebatur et expavescebat terra
valde. Et ego a tumultu et excessu
mentis et a magno timore evigila-
vi et dixi spiritui meo. Ecce prestitisti
hec mihi eo quod scrutaris vias altissimi
et ecce fatigatus animo meo valde
sum valde. Et nec modica in me est
virtus a multo timore quo expavi
nocte hac. Nunc quoque orabo altissimum
ut me confortet usque in finem et dixi
Dominator domine si inveni gratiam ante oculos
tuos et si iustificatus sum apud te pre
multis et si certe est quod ascendit de-
precatio mea ante faciem tuam conforta
me et ostende servo tuo interpreta-
tionem et distinctionem visus horribilis
huius ut perfecte consoleris animam meam
dignum enim me habuisti ostendere mihi temporum

Et dixit ad me ... novissima. **xii capitulum**

Hec est interpretatio visionis huius.
Aquila quam vidisti ascendentem de mari
hoc est regnum quod visum est Danieli fratri
tuo sed non est illi interpretatum quomodo
ego nunc tibi interpretor. Ecce dies ve-
niet et exurget regnum super terram
et erit timor acrior omnium regnorum que
fuerunt ante eum. Regnabunt autem in eo
reges duodecim unus post alium. Nam secundus
incipiet regnare et ipse tenebit amplius
duodecim. Hec est interpretatio duodecim alarum quas
vidisti. Et quoniam audisti vocem que locu-
ta est non de capitibus eius exeuntem sed
de medio corporis eius hec est interpretatio
quoniam post tempus illius nascentur contentiones
non modice et periclitabitur ut cadat
et non cadet tunc sed iterum constituetur
in suum initium. Et quoniam vidisti subala-
res octo coherentes alis eius hec est
interpretatio. Exurgent enim in ipso octo re-
ges quorum tempora levia et anni citati et
duo quidem ex ipsis perient appropin-
quante tempore medio. Quatuor autem servabuntur
in tempore cum incipiet appropinquare tempus
eius ut finiatur. Duo vero in finem
servabuntur. Et quoniam vidisti tria capita
quiescentia hec est interpretatio. In no-
vissimis eius suscitabit altissimus
tria regna et revocabit in ea mul-
ta et dominabuntur terre et eis qui habitant
in ea cum labore multo super omnes qui

fuerunt ante hos, propter hoc ipsi vocati sunt capita aquile. Isti enim erunt qui recapitulabunt impietates eius et qui perficient novissima eius. Et quoniam vidisti caput maius non apparescentem, quia unus ex eis super lectum suum morietur et tamen cum tormentis. Nam duo qui perseveraverunt gladius eos comedet. Unius enim gladius comedet qui cum eo, sed tamen et hic gladio in novissimis cadet. Et quoniam vidisti duas subalares transeuntes super caput quod est in dextera parte, hec est interpretatio: Hi sunt quos conservavit altissimus in finem suum. Hoc est regnum exile et turbacionis plenum, sicut vidisti. Et leonem quem vidisti de silva evigilantem mugientem et loquentem ad aquilam et arguentem iniusticias eius per omnes sermones eius, sicut audisti: Hic est ventus quem conservavit altissimus in fine ad eos et impietates eorum. Arguet eos et inculcabit coram ipsis spretiones eorum. Statuet enim eos in iudicium vivos. Et erit cum arguerit eos, tunc corripiet eos. Nam residuum populum meum liberabit cum misericordia qui salvati sunt super fines meos, et iocundabit eos quoadusque veniat finis dies iudicii de quo locutus sum tibi ab initio. Hoc est somnium quod vidisti et hec interpretationes eius. Tu ergo solus dignus fuisti scire secretum altissimi hoc. Scribe ergo hec omnia que vidisti in libro isto et pones ea in loco abscondito, et docebis ea sapientes de populo tuo, quorum scis corda posse capere et servare secreta hec. Tu autem adhuc sustine hic alios dies septem ut tibi ostendatur quodcumque visum fuerit altissimo. Et profectus

est a me

Cap. xi

Et ego iterum dixi: Domine ad dominum: Si inveni gratiam coram te, inmitte in me spiritum sanctum et scribam omne quod factum est in seculo ab initio, que erant in lege tua scripta, ut possint homines invenire semitam, et qui voluerint vivere in novissimis vivant. Et respondit ad me et dixit: Vade, congrega populum et dices ad eos ut te non querant diebus quadraginta. Tu autem prepara tibi buxos multos et accipe tecum Saream, Dabriam, Selemiam, Ethanum et Asihel, hos quinque qui parati sunt ad scribendum velociter; et venies huc, et ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, que non extinguetur quoadusque finiantur que incipies scribere. Et tunc perfectis quedam palam facies, quedam sapientibus absconse trades. In crastinum enim hac hora incipies scribere. Et profectus sum sicut mihi precepit, et congregavi omnem populum et dixi: Audi Israhel verba hec. Peregrinantes peregrinati sunt patres nostri ab initio in Egipto et liberati sunt inde, et acceperunt legem vite quam non custodierunt, quam et vos post eos transgressi estis. Et data est vobis terra in sortem in terra Sion, et patres vestri et vos iniquitatem fecistis et non servastis vias quas vobis precepit altissimus. Iustus iudex cum sit, abstulit a vobis in tempore quod donaverat. Et nunc vos hic estis et fratres vestri introrsus vestrum sunt. Si ergo imperaveritis sensui vestro et erudieritis cor vestrum, vivi conservati eritis et post mortem misericordiam consequemini. Iudicium enim post mortem veniet, quando iterum reviviscemus, et tunc iustorum nomina parebunt et impiorum facta ostendentur. Ad me autem nemo

accedat huc neque requirat me usque
diebus xl. Et accepi quinque viros
sicut mandavit michi et profecti
sumus in campum et mansimus ibi. Et
factum est in crastinum et ecce vox
vocavit me dicens. Esdra aperi os tuum
et bibe quod te potavero. Et aperui
os meum et ecce calix plenus porri-
gebatur michi hic erat plenus sicut aqua
color autem eius sicut ignis similis.
Et accepi et bibi. Et in eo cum bibissem
cor meum eructuabat intellectum
et in pectus meum increscebat sapientia.
Nam spiritus meus conservabat memoriam.
Et apertum est os meum et non clausum am-
plius. Altissimus autem dedit intellectum
quinque viris et scripserunt que dicebantur
ex successione noctis quam non scie-
bant. Et sederunt xl diebus. Ipsi autem
per diem scribebant. Nocte autem mandu-
cabant panem. Ego autem per diem loque-
bar et nocte non tacebam. Scripti
sunt autem in xl diebus libri nona-
ginta quatuor. Et factum est cum completi
essent xl dies locutus est altissimus
dicens. Priora que scripsisti in palam pone
et legant digni et indigni. Novis-
simos autem lxx conservabis et tradas
sapientibus de populo tuo. In his enim
est vena intellectus et sapientie fons et
scientie flumen. Et feci sic.

Liber Esdre quintus

Ecce loquere
in auribus plebis mee ser-
mones prophetie quos immisero
in os tuum dicit dominus et facito ut in
carta scribantur quoniam fideles et veri
sunt. Ne timeas a cogitationibus
adversum te nec turbent te incredouli-
tates dicentium quoniam omnis incredulus
in incredulitate sua morietur. Ecce
ego induco dicit dominus super orbem ter-
rarum mala, gladium et famem et mortem

et interitum propter quod superposuit iniqui-
tas omnem terram et adimpleta sunt
opera nociva illorum. Propterea dicit dominus
Iam non silebo impietatibus eorum
que irreligiose agunt nec sustinebo
in his que inique exercent. Ecce sang-
wis innoxius et iustus clamat
ad me et anime iustorum clamant perse-
verantes. Vindicans vindicabo illos
dicit dominus et accipiam omnem sanguinem
innoxium ex illis ad me. Ecce plebs
meus quasi grex ad occisionem ducitur.
Iam non patiar illum habitare in terra
egipti sed educam eum in manu potenti
et brachio excelso. Et percuciam egip-
tum plaga magna sicut prius et
corrumpam terram omnem eius. Lugeat egip-
tus et fundamenta eius a plaga ver-
berati in castigatione quam inducet
deus. Lugeant cultores operantes ter-
ram quoniam deficient semina eorum et vasta-
buntur ligna eorum ab uredine et
grandine et a sidere terribili. Ve
seculo et qui habitant in eo quia ap-
propinquavit gladius et contritio eorum
et exsurget gens contra gentem ad pug-
nam et romphea in manibus eorum. Erit enim in-
constabilitas in hominibus alius alios
invalescentes non curabunt regem suum
nec magistros suorum in potentia sua. Concu-
piscet enim homo ire in civitatem et non poterit.
Propter superbiam enim eorum civitates tur-
babuntur, domus exterentur, homines me-
tuent. Non miserebitur proximus suum ad in-
rritum faciendum et domos eorum in gladium
ad diripiendas substantias eorum propter famem
panis et tribulationem multam. Ecce
ego convoco dicit dominus reges terre
ad movendum qui sunt a boriente et ab
austro et a libano ad convertendos in se
et reddere que dederunt illis sicut faciunt
usque hodie electis meis sic faciam et reddam in
sinum eorum

Esd

Hec dicit dominus deus Non
parcet dextera mea super peccatores
nec cessabit rumphea super effundentes
sanguinem inopum super terram Et exiet
ignis ab ira eius et devorabit fun-
damenta terre et peccatores quasi stramen
incensum Ve eis qui peccant et non ob-
servant mandata mea dicit dominus Non parcam
illis Discedite filii apostate Nolite
contaminare sanctificationem meam Novit no-
vit dominus omnes qui delinquunt in illum
propterea tradidit illos deus in mortem
et occisionem Iam enim venerunt super or-
bem terrarum mala et manebitis in illis
Non liberabit vos deus propter quod
peccastis in eum Ecce visio horribi-
lis et facies eius ab oriente Et exi-
ent nationes draconum arabum in
curribus multis et sicut flatus eorum a-
dic itineris fertur super terram ut etiam
timeant et trepident omnes qui illos
audient Carmonii insanientes in
ira exient ut apri de silva et ad-
venient in virtute magna et constabunt
in pugna cum illis et vastabunt por-
tionem terre regis assiriorum dentibus
suis Et post hec supervalescent
dracones nativitatis memores sui
et si converterint se conspirantes in vir-
tute magna ad persequendos eos
et isti turbabuntur et silebunt in virtu-
te illorum Et convertent pedes suos in
fugam et territorio assiriorum subsessor
obsidebit eos et consumet unum ex illis
Et erit timor et tremor in exercitu illorum
et contentio in reges ipsorum Ecce
nubes ab oriente et a septentrione
usque ad meridianum et facies illorum
horrida valde plena ire et procelle
et collident se invicem et effundent
sidus copiosum super terram Et erit sang-
wis a gladio usque ad ventrem equi

et femur hominis et suffraginem cameli
Et erit timor et tremor multus super terram
et horrebunt qui videbunt iram illam
et tremor apprehendet eos Et post
movebuntur venti copiosi a meridie
et septentrione et porcio alia ab
occidente et supervalescent venti
ab oriente et recludent eam nubem quam
suscitavit in ira et sidus ad faci-
endam exterminationem ab oriente et ab
occidente violabitur et exaltabuntur
nubes magne et valide plene ire
et sidus ut ~~[struck]~~ omnem terram exterminat
et habitantes in ea et fundent super om-
nem altum et eminentem sidus terri-
bile ignem et grandinem et rumpheas
volantes et aquas multas ut etiam
impleantur campi et omnes rivi ple-
nitudine aquarum illarum et demolientur
civitates et muros et montes et col-
les et ligna silvarum et fena pratorum
et frumenta eorum et transibunt constan-
ter usque babilonem et exterrent eam
et convenient ad ipsam et circuibunt
eam et effundent sidus et omnem iram
super eam et subibit pulvis et fumus
usque ad celum et omnes in circuitu lu-
gebunt eam et qui sub ea manserint
servient his qui eam exterruerunt
Et tu asia consors in specie
babilonis et gloria persone eius
Ve tibi misera propter quod assimilasti
te ei ornasti filias tuas in forni-
catione ad placendum et gloriandum in ama-
toribus tuis qui te cupierunt semper
fornicari Odibilem imitata es in
operibus eius et in adinventionibus
eius Propterea dicit dominus immittam tibi
mala viduitatem paupertatem et
famem et gladium et pestem ad devasta-
dum domos tuas a violatione et
morte et gloria virtutis tue sicut flos

sitabit te et exurget ardor qui emissus
est super te et infirmaberis et paupera eris
plaga et castigata a vulneribus
ut non possis eos suscipere potentes
et amatores. Nunquid ego sic zelabo
te dicit dominus nisi occidisses electos
meos in omni tempore exultans percussione
manuum et dicens super mortem eorum
cum inebriata es. Exorna speciem
vultus tui. Merces fornicationis in sinu
tuo propterea redditionem recipies. Sicut
facies electis meis dicit dominus sic fa-
ciat tibi deus et tradet te in malum.
Nati tui fame interibunt et tu rumphea
cades et civitates conterentur et omnes
tui in campo gladio cadent. Et qui sunt
in montibus fame peribunt et manduca-
bunt carnes suas et sanguinem bibent
a fame panis et a siti aque. Infelix
primaria venies et rursum accipies
mala et in transitu allident civitatem
otiosam et exterent aliquam portionem
terre tue et partem glorie tue extermina-
bunt rursum revertentes ad Babilonem
subversam et demolita eris quasi stipula
et ipsi erunt tibi ignis et devorabunt
te et civitates tuas et terram tuam
et montes tuos et omnes silvas tuas
et ligna fructifera igne comburent.
Filios tuos captivos ducent ad cen-
sum tuum predam habebunt et gloriam faciei
tue exterminabunt. Ve tibi Babilon
et Asia. Ve tibi Egipte et Syria. Ac
precingite vos saccis et ciliciis et pla-
gite filios vestros et dolete eos quoniam
appropinquavit contritio vestra. Immissus
est vobis gladius et quis est qui avertat
illum. Et ignis et quis est qui extinguat
illum. Immissa sunt vobis mala et quis
est qui repellat ea. Proiciet ignem ex
iracundia eius et quis est qui extinguat
eum. Coruscabit et quis non timebit.
Tonabit et quis non surget. Dominus co-
minabitur et quis non funditus conteretur
a facie ipsius. Terra tremuit et funda-
menta eius, mare fluctuat de profundo
et fluctus eius disturbabuntur et pisces
eius a facie domini et gloria virtutis eius. Quoniam
fortis dextera eius que arcum tendit. Sagit-
te eius acute que ab ipso mittuntur
non deficient cum ceperint mitti in orbem
terre. Ecce mittentur mala et non rever-
tentur donec veniant super terram. Ignis ac-
cenditur et non extinguetur donec consumat
fundamenta terre. Quemadmodum non re-
dit sagitta missa a sagittario va-
lido sic non revertentur mala que mis-
sa fuerint in terram. Capitulum iiii

Ve michi ve michi quis me liberabit
in illis diebus. Initium dolorum
et multi gemitus. Initium famis et
multi interient. Initium dolorum et formi-
dabunt potestates. Initium dolorum et malorum
et trepidabunt omnes. In his quid faci-
ent cum venerint mala. Ecce fames
et plaga et tribulacio et angustia
missa sunt flagella in emendacione.
In hiis omnibus se non convertent ab iniqui-
tatibus suis neque flagellorum memo-
res erunt semper. Ecce erit annone vilitas
super terram sic ut putent sibi directam
pacem et tunc germinabunt mala super
terram, gladius et fames et magna
confusio. Ecce in fame plurimi qui in-
habitant terram interient et gladius perdet
ceteros qui supervixerint a fame et mor-
tui tanquam stercora proicientur et non erit no
qui consoletur eos. Derelinquetur quoniam deso-
lata terra et quoniam sternentur ea ligna dabit
fructus et non erit qui vindemiet ea. De-
relinquetur enim terra deserta et civitates eius
deicientur. Vinea matura fiet et
quis conculcabit illam. Erit enim locis
magna desertio. Cupiet enim homo hominem
videre vel eius vocem audire. Relinquet-

em de ciuitate decē ꝛ duo de agro
qui absconderīt se in densis nemo
ribus et scissuris petraꝝ. Quēad
modū relinquuntur in oliueto ꝛ sin
gulis arboribus tres aut iiijor oliue.
Aut sicut in vinea vindemiata ra
cemi relinquuntᷣ ab hijs qui diligēt
vineā scrutantᷣ. sic relinquentᷣ in diebꝰ
illis tres vel quatuor a scrutantibꝰ
domos eorꝫ in rumphea ꝛ relinquetᷣ
terra deserta et agri eius inueterascent
et omnes vie et semite eius spinas ger
minabunt eo quod non transiet per eam. Lu
gebunt virgines non habentes sponsos.
Lugebunt mulieres non habentes viros.
Lugebunt filie non habentes adiutoriū.
Sponsi earꝫ in bello consumentᷣ et
viri earꝫ in fame conterentᷣ. Audi
te vero ista et cognoscite seruī dni. Ex
cipite verbum ne dijs credatis. De qui
bus dicit dns. Ecce appropinquant
mala et non tardantᷣ. Quēadmodū
pregnans in nono mense filiū suū ap
propinquante hora partus eius ante horis
duabus vel tres gemitus dolores eius
circa ventrē eius et prodiente infante
de ventre eius non tardabit vno pūc
to sic non morabuntᷣ ad prodiendū
super terram. Et seclm gemet ꝛ dolores
circumtenent illud. Audite vbm plebs
mea. parate vos in pugnam ꝛ in malis
sic estote quasi aduene terre. Qui ven
dit quasi qui fugiat et qui emit quasi qui perdi
turus. Qui mercatur quasi qui fructum non ca
piat. Et qui edificat quasi qui non habitaturus
qui seminat quasi qui non metat. sic ꝛ qui pu
tat quasi qui non vindemiaturus. Qui nu
bunt sint quasi qui filios non sint facturi
et qui non nubunt quasi vidui. propter quod qui labo
rat sine causa laborat. Fructus enim illorꝫ alienigene
metent et substantiam eorꝫ rapient ꝛ domos
euertent ꝛ filios eorꝫ captiuabunt quia
in captiuitate et fame generabunt natos
suos. Et qui negociantur in rapina
et quanto diu exornant ciuitates ꝛ domos
suas et possessiones ꝛ personas suas
tanto magis zelabor eos super peccata.
Quomodo zelat. V. Dicit dns
fornicaria ydonea ꝛ bona val
de sic zelabit iusticia iniquitatem
cum exornat se et accusat eam in fa
ciem cum venerit qui defendat exqui
rentem omne peccatum super terram. propterea
nolite similari ea nec operibus eius quoniam
ecce adhuc pusillum ꝛ tolletur iniqui
tas de terra et iusticia regnabit
in vos. Non dicat peccator se non peccasse
se quoniam carbones ignis comburet
super caput eius qui dicit. Non peccaui
coram deo et gloria ipsius. Ecce dns
cognoscit omnia opera hominum et
adinuentiones illorꝫ et corda eorum. Dixit fiat
terra et facta est. fiat celum et factum est.
in verbo illius stelle fundate sunt ꝛ nouit
numerum stellarꝫ. Qui scrutatur abissum
et thesauros illorꝫ qui metitus est ma
re et conceptum eius. Qui conclusit mare
in medio aquarꝫ et suspendit ter
ram super aquam verbo suo. Qui extendit
celum quasi cameram et super aquas
fundauit eum. Qui posuit in deserto
fontes aquarꝫ ꝛ super vertices montium
lacus ad emittendum flumina ab emi
nenti vt potarent terram et finxit
hominem et posuit cor in medio cor
poris et misit ei spiritum ꝛ vitam ꝛ intel
lectum et spiramentum dei omnipotentis
qui fecit omnia ꝛ scrutinat absconsa
in absconsis terre. Hic nouit adin
uentionem vestram ꝛ que cogitatis
in cordibus vestris. Ve peccantibus
et volentibus occultare peccata sua. propterea
quod dns scrutando scrutinat omnia
opera eorꝫ ꝛ traducet vos omnes ꝛ vos

confusi erit eis tu pressere pccā vra contra dominum et pccā et iniquitates vre erit que accusabit vos i die illo Quid facietis aut quomodo abscondetis pccā vra cora deo et angelis Ecce indigo deus tiete cu et desinite a pccis vris et oblivisemini iniquitates vras agere cū i sempiternum et deus educavit vos et liberabit vos de oi angustia et tribulatione Ecce em incendit ardor super vos turbe copiose et rapiet quosdam ex vobis et cibabit idolis occisa et qui consenserit eis erunt illis in derisum et i vituperium et i conculcatione Et erit locis locus et in vicinas civitates reserato multa sup timentes dnm Erunt eni insani nemini parcentes ad diripiendum et devastandum adhuc timentes dnm qr diripient substancias eorum et de domibus suis eos eicient Tunc parebit probacio electorum meorum ut aurum qd probatur igne Audite electi mei dicit dns Ecce assunt dies tribulacionis et de his liberabo vos Ne timeatis ne hesitetis qm deus dux vr est Qui servat mandata et precepta mea dicit dns deus Ne prondent vos pccā vra ne superleuent se iniquitates vre Ve qui constringuntur a pccis suis et obteguntur ab iniquitatibus suis quemadmodum constringitur ager a silua et spinis tegitur semita eius per quam non transit homo et excluditur et mitti ad devoracionem

Incipit prologus beati Jeronimi in librum thobie

Legimus

Cromacio et Eliodoro episcopis Jeronimus pbr in dno salutem Mirari non desino exactionis vre instanciam Exigitis eni ut librum caldeo sermone conscriptum ad latinum stilum traham librum utique thobie quem hebrei de cathalago divinarum scripturarum secantes his que agiografa memorant manciparunt Feci satis desiderio vro non tamen meo studio Arguunt eni nos hebreorum studia et imputant nobis contra suum canonem latinis auribus ista transferre Sed melius esse iudicans phariseorum displicere iudicio et episcoporum iussionibus deservire institi ut potui Et quia vicina e caldeorum lingua sermoni hebraico utriusque lingue peritissimum loquacem repperiens unius diei laborem arripui et quicquid ille mihi hebraicis verbis expressit hec ego accito notario sermonibus latinis exposui oracionibus vris mercedem huius operis compensabo Cum gratum vobis didicero me qd iubere dignati estis complesse.

Incipit liber Thobie Capitulum primum

Thobias ex tribu et civitate Nepthalim que est in superioribus galilee supra Naason post viam que ducit ad occidentem in sinistro habens civitatem Sephet. Cum captus esset in diebus Salmanasar regis Assiriorum in captivitate tamen positus viam veritatis non deseruit ita ut omnia que habere poterat cottidie cum fratribus qui erant ex genere eius impertiret Cumque esset iunior omnibus in tribu neptalim nichil tamen puerile gessit

Thobie

in ope. Denique cum irent omnes ad vi-
tulos aureos quos Jeroboam fecerat
rex israel hic solus fugiebat consortia
omnium et pergebat in iherusalem ad templum
domini et ibi adorabat dominum deum israel
omnia primitiua sua et decimas suas fide-
liter offerens ita ut in tercio anno proselitis
et aduenis ministraret omnem decimationem.
Hec et hiis similia secundum legem dei
celi puerulus obseruabat. Cum vero
factus fuisset vir accepit uxorem annam
de tribu sua genuitque ex ea filium nomen
suum imponens ei. Quem ab infancia sua
timere deum docuit et abstinere se ab omni
peccato. Igitur cum per captiuitatem deuenisset
cum uxore sua et filio in ciuitatem Ni-
niue cum omni tribu sua et omnes ede-
rent ex cibis gentilium iste custodiuit
animam suam et numquam contaminatus est in
escis eorum. Et quia memor fuit domini in
toto corde suo dedit illi deus graciam
in conspectu Salmanasar regis. Et
dedit ei potestatem quocumque vellet ire ha-
bens libertatem quecumque facere voluis-
set. Pergebat ergo cottidie per omnes qui
cap erat in captiuitate et monita salutis
dabat eis. Cum autem venisset in Rages
ciuitatem medorum et ex hiis quibus
honoratus fuerat a rege habuisset
decem talenta argenti et cum multa tur-
ba generis sui gabelum egentem videret
qui erat ex tribu eius sub cyrographo
dedit illi memoratum pondus ar-
genti. Post multum vero temporis mortuo
Salmanasar rege cum regnaret
Sennacherib filius eius pro eo et filios
israel exosos haberet in conspectu suo
Thobias pergebat cottidie per omnem
cognacionem suam et consolabatur eos
diuidebatque vnicuique prout poterat
de facultatibus suis. Esurientes
alebat nudisque vestimenta prebebat

et mortuis atque occisis sepultu-
ram sollicite exhibebat. Denique
cum reuersus esset rex Sennacherib
fugiens a iudea plagam quam circa
eum deus fecerat propter blasphemiam
suam et iratus multos occideret ex fi-
liis israel, Thobias sepeliebat
corpora eorum et cum hoc nunciatum esset
regi iussit eum occidi. Et tulit om-
nem substantiam suam. Thobias vero cum filio suo
et uxore fugiens nudus latuit quia
multi diligebant eum. Post dies vero
xlv occiderunt regem filii ipsius et
reuersus Thobias venit in domum
suam omnisque facultas eius restituta est ei.

Capitulum ii

Post hec vero cum esset
dies festus domini et factum esset
prandium bonum in domo Thobie
dixit filio suo. Vade et adduc ali-
quos de tribu nostra timentes deum ut
epulentur nobiscum. Cumque abiisset
reuersus nunciauit ei unum ex filiis israel
iugulatum iacere in platea. Statimque
exiliens de accubitu suo relinquens
prandium ieiunus peruenit ad corpus
tollensque illud portauit ad domum
suam occulte ut dum sol occubu-
isset caute sepeliret eum. Cumque oc-
cultasset corpus manducauit
panem cum luctu et cum tremore
memorans illum sermonem quem dixit
dominus per Amos prophetam. Dies festi
vestri conuertentur in lamentationem et
luctum. Cum sol autem occubuisset abiit
et sepeliuit eum. Arguebant autem
illum omnes proximi sui dicentes. Iam
huius rei causa interfici iussus es
et vix effugisti mortis imperium
et iterum sepelis mortuos. Sed tho-
bias plus timens deum quam regem

rapiebat corpa mortuoꝝ ⁊ occisoꝝ
et occultabat ea in domo sua et
medijs noctibus sepeliebat ea. Con
tigit aut ut quada die fatigatus
a sepultura veniens domu iactasset
se iuxta pariete ⁊ obdormisset ⁊ ex ni
do hirudinu dormienti illi calida
stercora insiderent sup oculos eius fieret
q3 cecus. Hanc aut teptacoꝛ ideo p
misit dns euenire illi ut posteris
daret exemplu paciencie eius sicut ⁊ sancti
Job. Nam cu ab infancia sua sp deu
timuerit et madata eius custodierit
no e contristatus cont deu q plaga
cecitatis euenit ei sed imobilis
in dei timore pmansit agens gras
deo oibus diebus vite sue. Nam
sicut ⁊ beato Job insultabant reges
ita isti parentes et cognati eius irri
debant vita eius dicentes. Vbi e
spes tua p qua elemosinas et sepulturas
faciebas. Thobias vo increpabat
eos dicens. Nolite ita loq qm filij
scoꝝ sumus et vita illa expectamus
qua deus daturus e hijs qui fide
sua nuq mutant ab eo. Anna
vo uxor eius ibat ad textrinu
opus cottidie ⁊ de labore manuu
suaꝝ victu que consequi potuisset
deferebat. Vn factu e ut edu capra
ru accipiens detulisset domi. Cuius
cu voce balantis vir eius audisset dixit.
Videte ne forte furtiuus sit sed red
dite eu dominis suis q no licz nobis
aut edere ex furto aliqd aut furtu
contingere. Ad hec uxor eius irata
rndit. Manifeste vana facta est
spes tua et elemosine tue modo
apparuerut atq hijs ⁊ alijs huiusmodi
vbis exprobrabat ei. Capitulu iij

Tunc thobias ingemuit ⁊ cepit
orare cu lacrimis d. Justus es
dne et oia iudicia tua iusta sunt ⁊ oes
vie tue misericordia et veritas et iudiciu.
Et nunc dne memor esto mei et ne vin
dictam sumas de peccatis meis neq3 re
miniscaris delicta mea ul parentu me
oꝝ qm no obediuimus preceptis tuis
et traditi sumus in direpcionem ⁊ cap
tiuitate ⁊ morte et in fabula ⁊ impe
riu nacoibus in quas dispersisti nos.
Et nunc dne magna iudicia tua
q no egimus scdm pcepta tua ⁊ no
ambulauimus sinceriter coram te.
Et nunc dne scdm voluntate tua fac
mecu et pcipe in pace recipi aiam
mea. Expedit enim mihi mori
magis q viuere. Eadem itaq3 die con
tigit ut Sara filia Raguelis in Ra
ges ciuitate medoꝝ ⁊ ipa audiret
impperiu ab vna ex ancillis patris
sui qm tradita fuerat septe viris
et demon noie asmodeus occiderat
eos mox ut ingressi fuissent ad eam.
Ergo cu p culpa sua increparet pu
ellam rndit ei dicens. Amplius ex te
no videamus filiu aut filia sup terra
interfectrix viroꝝ tuoꝝ. Nunquid et
me occidere vis sicut etiam occidisti
septe viros. Ad hanc voce pexit in
superius cubiculu domus sue ⁊ diebus
tribus ac tribus noctibus no man
ducauit neq3 bibit sed in oracione psistens
lacrimis deprecabat dnm ut ab isto
impperio liberaret ea. Factu e aut tercia
die cu compleret oronem ⁊ benedicens dnm
Benedixit dnm dicens. Benedictum e nomen
tuu deus patru nroꝝ q cu iratus
fueris miam facies et in tpe tribula
cionis peccata dimittis hijs qui inuocant
te. Ad te dne faciem mea conuerto
ad te oculos meos erigo. Peto dne
ut de vinculo impperij huius absol
uas me aut certe de sup terram eri

pias me. Tu scis domine quia numquam con-
cupivi virum et mundam servavi animam
meam ab omni concupiscentia. Numquam cum luden-
tibus miscui me neque cum hiis qui in
levitate ambulant participem me prebui.
Virum autem cum timore tuo non cum libidine
mea consensi suscipere. Et aut ego indig-
na fui illis aut illi forsitan mihi
digni non fuerunt quia forsitan
viro alio conservasti me. Non est enim in
hominis potestate consilium tuum. Hoc autem
pro certo habet omnis qui colit te quod vita
eius si in probatione fuerit coronabitur si autem
in tribulatione fuerit liberabitur et
si in correptione fuerit ad misericordiam tuam
licebit pervenire. Non enim delectaris
in perditionibus nostris quia post tempestatem
tranquillum facis et post lacrimationem
et fletum gaudium et exultationem in-
fundis. Sit nomen tuum deus israel
benedictum in secula. In illo tempore exau-
dite sunt preces amborum in conspectu
glorie summi dei. Et missus est angelus
domini sanctus raphahel ut curaret eos
ambos quorum uno tempore sunt orationes in conspectu domini re-
citate.

Capitulum iiij

Cum igitur thobias putaret orationem suam exaudiri ut mori
potuisset vocavit ad se thobiam
filium suum dixitque ei. Audi fili mi
verba oris mei et ea in corde tuo quasi
fundamenta construe. Cum acceperit
deus animam meam corpus meum se-
peli et honorem habebis matri tue omnibus
diebus vite eius. Memor enim
esse debes que et quanta pericula pas-
sa sit propter te in utero suo. Cum autem
et ipsa compleverit tempus vite sue
sepelies eam circa me. Omnibus autem
diebus vite tue in mente habeto
deum. Et cave ne quando peccato consencias
et pretermittas precepta dei tui. Ex sub-

stantia tua fac elemosinam et noli avertere
faciem tuam ab ullo paupere ita enim
fiet ut nec a te avertatur facies domini.
Quomodo potueris ita esto misericors.
Si multum tibi fuerit habundanter
tribue. Si exiguum tibi fuerit etiam
exiguum libenter impertiri stude.
Premium enim bonum thesaurizas in die
necessitatis quoniam elemosina ab omni peccato et
a morte liberat et non patietur animam
ire in tenebras. Fiducia enim magna
erit coram summo deo elemosina omnibus faci-
entibus eam. Attende tibi fili mi
ab omni fornicatione et preter uxorem
tuam numquam paciaris crimen scire.
Superbiam numquam in tuo sensu aut in
tuo verbo dominari permittas in ipsa enim
perditio omnis sumpsit initium. Quicumque
tibi aliquid operatus fuerit statim
ei mercedem restitue et merces mer-
cenarii tui apud te omnino non maneat.
Quod ab alio oderis fieri tibi
vide ne alteri tu aliquando facias. Pa-
nem tuum cum esurientibus et pauperibus
comede et de vestimentis tuis nudos
tege. Panem tuum et vinum tuum super
sepulturam iusti constitue et noli
ex eo manducare et bibere cum pecca-
toribus. Consilium semper a sapiente per-
quire. Omni tempore benedic deum et
pete ab eo ut vias tuas dirigat
et omnia consilia tua in ipso per-
maneant. Indico etiam tibi fili mi
dedisse me x talenta argenti dum
adhuc infantulus esses gabelo
in rages civitate medorum et cy-
rographum eius apud me habeo.
Et ideo perquire quomodo ad eum per-
venias et recipias ab eo supra-
memoratum pondus argenti et restitu-

ab ei cirographu suu Noli time
fili mi pauperem quide vita ge
rimus sed multa bona habebimus
si timuerimus deu et recesserimus
ab omni peccato et fecerimus bn **Cap v**

Tunc thobias rndit patri
suo et dixit Omnia quecumque p
cepisti mi faciam pr Quomodo at
hac pecuniam requiram ignoro Ille
me nescit ignoro et ego illu
Quod signu dabo illi Sed neque
viam p quam pergatur illuc aliquando cog
noui Tunc pr suus rndit illi et
dixit Cyrographu quide illius
penes me habeo quod cu illi oste
deris statim restituet pecuniam
Sed perge nunc et inquire tibi ali
quem viru fidele qui eat tecum sal
ua mercede sua du adhuc viuo re
cipias ea Tunc egressus thobias
inuenit iuuene splendidu state
precinctu et quasi paratu ad ambuland
et ignorans qp angelus dei esset
Salutauit eu et dixit Unde te ha
bemus bone iuuenis At ille rndit
Ex filiis isrl Et thobias dixit
ei Nosti viam que ducit in regione
medorum Cui rndit Noui et omnia
itinera eius frequenter ambulaui
Et mansi apud gabelu fratre
nrm qui moratur in Ciuitate rages
medorum que posita est in monte egba
thanis Cui thobias ait Sustine
me obsecro donec hec nunciem
pri meo Tunc ingressus indicauit
vniuersa pri suo Sup que admi
ratus pr rogauit ut introiret
ad eu Ingressus itaque salutauit eu
et dixit Gaudiu tibi semper sit Et
thobias ait Quale michi gau
diu erit qui in tenebris sedeo et
lumen celi non video Cui ait iuuenis
Forti animo esto in proximo est ut a deo cu
reris Dixit itaque thobias illi Nuquid
poteris perducere filiu meu ad gabelu in
Rages ciuitate medorum Et cu redieris
restituam tibi mercede tuam Et dixit ei angelus
Ego ducam et reducam eu sanu ad te
Cui thobias rndit Rogo te Indica
michi de qua domo aut de qua tribu es
tu Cui raphahel angelus dixit Ge
nus queris mercenarii an ipm merce
narium qui cu filio tuo eat Sed ne forte
sollicitudine te reddam Ego sum azarias
Anamie magni filius Et thobias
rndit Ex magno genere es tu Sed peto
ne irascaris qp voluerim cognoscere
genus tuum Dixit aut illi angelus
Ego sum qui sanum ducam et sanu tibi red
dam filiu tuum Rndens aut thobias
dixit Bn ambuletis et sit deus in
itinere vro et angelus eius comitetur
vobiscum Tunc paratis omnibus que erant
in via portanda fecit thobias vale
pri suo et mri sue et ambulauerunt
ambo simul Cumque profecti essent cepit
flere mr eius et dicere Baculum senec
tutis nre tulisti et transmisisti a nobis
Utinam nuquam esset ipsa pecunia pro qua
misisti eu Sufficiebat nobis paup
tas nra ut diuicias computaremus
hoc qp videbamus filiu nrm Dixitque
ei thobias Noli flere Sanus perue
niet filius nr et sanus reuertetur ad nos
et oculi tui videbunt illum Credo eni qp a
ngelus dei bonus comitetur ei et bene
disponat omnia que circa ipm geruntur
ita ut cu gaudio reuertatur ad nos Ad
hanc voce cessauit mr eius flere et tacuit

Profectus est aut thobias **Cap vi**
et canis secutus est eu et mansit
prima mansione iuxta fluuiu tygris
Et exiuit ut lauaret pedes suos
Et ecce piscis immanis exiuit ad
deuorandu eu Quem expauescens

Thobias exclamavit voce magna dicens Domine invadit me. Et dixit ei angelus Apprehende branchiam eius et trahe eum ad te. Quod cum fecisset attraxit eum in siccum et palpitare cepit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus Exentera piscem hunc et cor eius et fel et iecur repone tibi. Sunt enim hec necessaria ad medicamenta utiliter. Quod cum fecisset assavit carnes eius et secum sustulerunt in via et cetera salierunt que sufficerent eis in via quousque pervenirent in Rages civitatem Medorum. Tunc interrogavit Thobias angelum et dixit ei Obsecro te Azaria frater ut dicas michi quod remedium habeant ista que de pisce servare iussisti. Respondensque angelus dixit ei Cordis eius particulam si super carbones ponas fumus eius extricat omne genus demoniorum sive a viro sive a muliere ita ut ultra non accedat ad eos. Et fel eius valet ad ungendos oculos in quibus fuerit albugo et sanabuntur. Et dixit ei Thobias Ubi vis maneamus. Respondensque angelus ait Est hic Raguel nomine vir propinquus de tribu tua et hic habet filiam nomine Saram. Sed neque masculum neque feminam ullam habet aliam preter eam. Tibi debetur omnis substantia eius et oportet te eam accipere coniugem. Pete ergo eam a patre eius et dabit tibi eam uxorem. Tunc respondit Thobias et dixit Audivi quia tradita est viris septem et mortui sunt. Sed et hoc audivi quia demonium occidit eos. Timeo ergo ne forte et michi hec eveniant. Et cum sim unicus parentibus meis deponam senectutem illorum cum tristicia ad inferos. Tunc angelus Raphahel dixit ei Audi me et ostendam tibi qui sunt quibus prevalere potest demonium. Hii namque qui coniugium ita suscipiunt ut deum a se et a sua mente excludant et sue libidini ita vacent sicut equus et mulus quibus non est intellectus habet potestatem demonium super eos. Tu autem cum acceperis eam ingressus cubiculum per tres dies continens esto ab ea et nichil aliud nisi orationibus vacabis cum ea. In ipsa autem nocte incenso iecore piscis fugabitur demonium. Secunda vero nocte in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris. Tercia autem nocte benedictionem consequeris ut filii ex vobis incolumes procreentur. Transacta autem tercia nocte accipies virginem cum timore domini et amore filiorum magis quam libidine ductus ut in semine Abrahe benedictionem in filiis consequaris.

VII

Ingressi sunt autem ad Raguelem et suscepit eos Raguel cum gaudio magno. Intuensque Thobiam Raguel dixit Anne uxori sue Quam similis est iuvenis iste consobrino meo. Et cum hec dixisset ait Unde estis iuvenes fratres mei. At illi dixerunt Ex tribu Neptalim sumus ex captivitate Ninive. Dixitque eis Raguel Nostis Thobiam fratrem meum. Qui dixerunt Novimus. Cumque multa bona loqueretur de eo dixit angelus ad Raguelem Thobias de quo interrogas pater huius est. Et misit se Raguel et cum lacrimis osculatus est eum et plorans super collum eius dixit Benedictio sit tibi fili mi quia boni et optimi viri filius es. Et Anna uxor eius et Sara filia ipsorum lacrimate sunt. Postquam autem locuti sunt precepit Raguel occidi arietem et parari convivium. Cumque hortaretur eos discumbere ad prandium Thobias dixit Hic ego hodie non manducabo neque bibam nisi prius petitionem meam confirmes et promittas michi dare Saram filiam tuam. Quo audito verbo Raguel expavit sciens quid evenerit illis septem

viris et timere cepit ne huic forte si-
militer accideret. Et cum nutaret et non
daret ullum petenti responsum, dixit ei an-
gelus: Noli timere dare illam isti, quoniam
huic timenti deum debetur coniux filia
tua, propterea alius non potuit habere
illam. Tunc dixit Raguel: Non dubito
quod deus preces et lacrimas meas in con-
spectu suo admiserit. Et credo quia ideo
vos fecit ad me venire ut ista con-
iungeretur cognationi sue secundum legem
moysi. Et nunc noli dubium gerere
quod tibi eam tradam. Et apprehendens dex-
teram filie sue dextere thobie tradi-
dit dicens: Deus abraham et deus ysaac
et deus iacob sit vobiscum et ipse con-
iungat vos impleatque benedictionem
suam in vobis. Et accepta carta fe-
cerunt conscriptionem coniugii. Et post hec
epulati sunt benedicentes deum. Vocavit-
que ad se Raguel annam uxorem suam
precepitque ei ut prepararet alterum cubi-
culum. Et introduxit in eum Saram
filiam suam et lacrimata est. Dixitque ei:
Forti animo esto filia mea. Dominus celi det
tibi gaudium pro tedio quod perpessa es.

Cap. VIII

Postquam vero cenaverunt
introduxerunt iuvenem ad eam.
Recordatus itaque thobias sermonis
angeli protulit de cassidili suo par-
tem iecoris posuitque eam super carbones vi-
vos. Tunc raphahel angelus apprehen-
dit demonium et religavit eum in deserto
superioris egipti. Tunc hortatus est
virginem thobias dixitque ei: Sara
exurge et deprecemur deum hodie et
cras et secundum cras, quia istis tribus
noctibus deo iungimur. Tertia autem tran-
sacta nocte in nostro erimus coniugio.
Filii quippe sanctorum sumus et non possumus
ita coniungi sicut gentes que igno-
rant deum. Surgentes autem pariter instanter
orabant ambo simul ut sanitas da-
retur eis. Dixitque thobias: Domine deus
patrum nostrorum, benedicant te celi et terre
et mare et fluvia et fontes et omnes
creature tue que in eis sunt. Tu fecisti
adam de limo terre dedistique ei adiuto-
rium evam. Et nunc domine tu scis quia non luxurie
causa accipio sororem meam, sed sola
posteritatis dilectione in qua benedicatur
nomen tuum in secula seculorum. Dixit itaque
Sara: Miserere nobis domine, miserere
nobis, ut consenescamus ambo pariter
sani. Et factum est circa pullorum cantum
accersiri iussit Raguel servos suos
et abierunt cum eo ut foderent sepulcrum.
Dicebat enim: Ne forte simili modo evenerit ei quo
et ceteris illis septem qui sunt ingressi
ad eam. Cumque parassent fossam, reversus
Raguel ad uxorem suam dixit ei: Mit-
te unam ex ancillis tuis et videat
si mortuus est ut sepeliam eum antequam
illucescat. Et misit unam ex ancillis
suis que ingressa cubiculum reperit
eos salvos et incolumes simul pariter
dormientes. Et reversa nuntiavit
bonum nuntium et benedixerunt dominum Ra-
guel et anna uxor eius et dixerunt: Be-
nedicimus te deus israhel quia non contigit
nobis quemadmodum putabamus. Fecisti
enim nobiscum misericordiam tuam et exclusisti
a nobis inimicum persequentem nos.
Misertus es autem duobus unicis. Fac
eos domine plenius benedicere te et sacri-
ficium tibi laudis tue et sue sanita-
tis offerre ut cognoscat universitas
gentium quia tu es deus solus in universa
terra. Statimque precepit servis suis Ra-
guel ut replerent fossam quam fecerant
priusquam lucesceret. Uxori autem sue dixit
ut construeret convivium et pararet
omnia que in cibos erant iter agentibus
necessaria. Duasque vaccas pingues et
quattuor arietes occidi fecit et parari epu-
las omnibus vicinis suis cunctisque amicis.
Et adiuravit Raguel thobiam ut du-
as ebdomadas moraretur apud eum.

De omnibus atque possidebat Raguel
dimidiam partem dedit Thobie et fecit hanc
scripturam ut pars dimidia que superat
post obitum eorum Thobie domino deveniret

Capitulum IX

Tunc vocavit ad se
Thobias angelum quem quidem
hominem estimabat dixitque ei Aza=
ria frater peto ut auscultes verba
mea Si meipsum tradam tibi servum
non ero condignus providentie tue Tamen
obsecro te ut assumas tibi animalia
sive servitia et vadas ad Gabelum
in Rages civitatem Medorum Reddasque
ei cyrographum suum et recipias
ab eo pecuniam et roges eum venire
ad nuptias meas Scis enim ipse quod
numerat dies pater meus Et si tarda=
vero uno die plus contristabitur anima
eius Et certe vides quomodo Raguel con=
iuravit me cuius adiuramentum
spernere non possum Tunc Raphahel
assumens quatuor ex servis Ragu=
elis et duos camelos in Rages civi=
tatem Medorum perrexit et inveniens Ga=
belum reddidit ei cyrographum suum
et recepit omnem pecuniam ab eo Indi=
cavitque ei de Thobia filio Thobie
omnia que gesta sunt fecitque eum veni=
re cum eo ad nuptias Cumque ingressus
esset domum Raguelis invenit Tho=
biam discumbentem et exiliens oscu=
lati sunt se invicem et flevit Gabelus
benedixitque deum et dixit Benedicat
te dominus deus Israel quia filius es viri
optimi et iusti et timentis deum et
elemosinas facientis et dicatur benedictio
super uxorem tuam et super parentes tuos
et videatis filios vestros et filios
filiorum vestrorum usque in tertiam et quartam
generationem et sit semen vestrum bene=
dictum a domino deo Israel qui regnat in
secula seculorum Cumque omnes dixissent Amen
accesserunt ad convivium sed et cum timore domini nup=
tiarum convivium exercebant

Capitulum X

Cum vero moras faceret
Thobias causa nuptiarum sol=
licitus erat pater eius Thobias dicens
Putas quare moratur filius meus
aut quare detentus est ibi Putas=
ne Gabelus mortuus est et nemo
illi reddit pecuniam Cepit autem con=
tristari nimis ipse et Anna uxor eius
cum eo et ceperunt ambo simul fle=
re quod minime reverteretur die statuto filius
eorum ad eos Flebat igitur mater eius irreme=
diabilibus lacrimis atque dicebat Heu
me fili mi ut quid te misimus peregrinari
lumen oculorum nostrorum baculum senectutis
nostre solacium vite nostre spem posterita=
tis nostre Omnia simul in te uno habentes non
te debuimus dimittere ire a nobis Cui di=
cebat Thobias Tace et noli turbari
sanus est filius noster satis fidelis est vir
cum quo misimus eum Illa autem nullo modo
consolari poterat sed cottidie exiliens circum=
spiciebat et circuibat vias omnes per quas
spes remeandi videbatur ut procul
videret eum si fieri posset venientem
At vero Raguel dicebat ad generum
suum Mane hic et ego mittam nuncium sa=
lutis de te ad Thobiam patrem tuum Cui
Thobias dixit Ego novi quia pater meus
et mater mea modo dies computant et
cruciatur spiritus eorum in ipsis Cumque multis
verbis rogaret Raguel Thobiam et ille eum nulla
racione vellet audire tradidit ei Saram et dimidiam
partem omnis substancie sue in pueris in puellis in pe=
coribus camelis vaccis et in pecunia multa et
salvum atque gaudentem dimisit eum a se dicens
Angelus domini sanctus sit in itinere vestro perducatque
vos incolomes et inveniatis omnia recte circa paren=
tes vestros et videant oculi mei filios vestros antequam
moriar Et parentes osculati sunt filiam
suam et dimiserunt ire monentes eam honorare
soceros diligere maritum et regere fami=
liam gubernare domum et seipsam
irreprehensibilem exhibere

Cumque reuerterentur vers Ca xi
ad charram que est in medio itine-
re contra niniue xi° die dixit an-
gelus Thobia frater Scis quemadmodum
reliquisti patrem tuum Si placet itaque
precedamus et lento gradu sequatur
iter nostrum familie simul cum coniuge
tua et cum animalibus Cumque hoc placu-
isset ut irent dixit Raphahel
ad thobiam Tolle tecum ex felle pis-
cis est enim necessarium Tulit thobias ex
felle piscis et abierunt Anna vero
sedebat secus viam cottidie
in supercilio montis vn respicere po-
terat de longinquo Et dum ex eodem
loco speculatur aduentum eius vidit
a longe et illico recognouit filium suum
Currensque nunciauit viro suo dicens Ecce
venit filius tuus Dixitque raphahel
ad thobiam Et ubi introieris domum
tuam statim adora dominum deum tuum et
gratias agens ei accede ad patrem
tuum et osculare eum Statimque lini
oculos eius ex felle isto piscis quem
portas tecum Scias enim quoniam mox
ut liniti fuerint aperientur oculi eius et videbit
pater tuus lumen celi et in conspectu tuo
gaudebit Tunc precucurrit canis qui
simul fuerat in via et quasi nuncius ad-
veniens blandimento caude sue gau-
debat Consurgensque cecus pater cepit
offendens pedibus currere et data manu
puero occurrit obuiam filio suo et suscipi-
ens osculatus est eum cum vxore sua
Et ceperunt ambo flere pre gaudio
Cumque adorassent deum et gratias egissent
consederunt Tunc sumens thobias de
felle piscis liniuit oculos patris sui
et sustinuit quasi dimidia fere ho-
ra et cepit albugo ex oculis eius
quasi membrana oui egredi Quam
apprehendens thobias traxit ab
oculis eius Statimque visum recepit
et glorificabat deum ipse videlicet et vxor
eius et omnes qui sciebant eum Dicebatque
thobias Benedico te domine deus israel
quia tu castigasti me et tu saluasti
me Ecce video thobiam filium meum
Ingressi sunt etiam post vij dies sara
vxor eius et omnis familie et pecora
sana et cameli et pecunia multa
vxoris Sed et pecunia quam acceperat
a gabelo et narrauit parentibus suis
omnia beneficia dei que fecisset circa eum
per hominem qui duxerat eum Veneruntque achior
et nabath consobrini thobie gau-
dentes ad thobiam congratulantes
ei de omnibus bonis que circa illum oste-
derat deus Et per septem dies epulan-
tes cum gaudio magno gauisi sunt

Tunc vocauit ad se Ca xij
thobias filium suum dixitque ei
Quid possumus dare viro isto sancto qui
venit tecum Respondens thobias dixit
patri suo Pater quam mercedem dabimus
ei aut quid dignum poterit esse benefi-
ciis eius Me duxit et reduxit sanum
pecuniam a gabelo ipse recepit Vx-
orem habere ipse me fecit et demonium
ab ea ipse compescuit gaudium pa-
rentibus eius fecit Meipsum a deuo-
ratione piscis eripuit te quoque fecit
videre lumen celi et bonis omnibus repleti
per eum sumus Quid illi ad hoc dignum
poterimus dare Sed peto te pater ut ro-
ges eum Si forte dignabitur medie-
tatem de omnibus que allata sunt sibi
assumere Et vocantes eum pater et filius
tulerunt eum in partem et rogare cepe-
runt ut dignaretur dimidiam partem
omnium que attulerant acceptam habere
Tunc dixit eis occulte Benedicite
deum celi et coram omnibus viuentibus
confitemini ei quia fecit vobiscum
misericordiam suam Etenim sacramentum regis

abscondere bonum est. Opera autem dei reve-
lare et confiteri honorificum est. Bona
est oratio cum ieiunio et elemosina magis quam
thesauros auri condere quoniam elemosina
a morte liberat et ipsa est que purgat
peccata et facit invenire vitam eternam.
Qui autem faciunt peccatum et iniquitatem
hostes sunt anime sue. Manifesto ergo veri-
tatem vobis et non abscondam a vo-
bis sermonem occultum. Quando orabas
cum lacrimis et sepeliebas mortuos
et derelinquebas prandium tuum et
mortuos per diem in domo tua abscon-
debas et nocte sepeliebas eos ego
obtuli orationem tuam domino et quia acceptus
eras deo necesse fuit ut probaret te temp-
tatio. Et nunc misit me dominus ut cura-
rem te et Saram uxorem filii tui
a demonio liberarem. Ego enim sum Ra-
phahel angelus unus ex septem
qui astamus ante deum. Cumque hec au-
dissent turbati sunt et trementes ce-
ciderunt super faciem suam. Dixitque an-
gelus: Pax vobis nolite timere.
Etenim cum essem vobiscum eram volun-
tate dei ipsum benedicite et cantate
illi. Videbar quidem vobiscum man-
ducare et bibere sed ego cibo invisibili
et potu qui ab hominibus videri non pot-
est utor. Tempus est ergo ut revertar ad
eum qui me misit. Vos autem benedicite
dominum et enarrate omnia mirabilia
eius. Et cum hec dixisset a conspectu
eorum ablatus est et ultra eum videre
non potuerunt. Tunc prostrati per horas
tres in faciem benedixerunt deum et consur-
gentes narraverunt omnia mirabilia eius.

Aperiens autem Thobias Ca. xiii
senior os suum benedixit dominum
et dixit: Magnus es domine in eternum
et in omnia secula regnum tuum quoniam tu fla-
gellas et salvas et deducis ad infe-
ros et reducis et non est qui effugiat
manum tuam. Confitemini domino filii Israhel et
in conspectu gentium laudate eum quoniam di-
spersit vos inter gentes que ignorant
eum ut vos enarretis mirabilia eius
et faciatis scire eos quia non est alius deus
omnipotens preter eum. Ipse castigavit nos propter
iniquitates nostras et ipse salvabit nos
propter misericordiam suam. Aspicite ergo que fecit
nobiscum et cum timore et tremore confitemini
illi regemque seculorum exaltate in operibus
vestris. Ego autem in terra captivitatis mee con-
fitebor illi quoniam ostendit maiestatem
suam in gentem peccatricem. Convertimini itaque
peccatores et facite iustitiam coram deo
credentes quod faciat vobiscum misericordiam
suam. Ego autem et anima mea in eo letabimur.
Benedicite dominum omnes electi eius agite dies
leticie et confitemini illi. Iherusalem civitas
dei castigavit te dominus in operibus ma-
nuum tuarum. Confitere domino in bonis tuis
et benedic deum seculorum ut reedificet in te ta-
bernaculum suum et revocet ad te omnes cap-
tivos et gaudeas in omnia secula seculorum. Luce
splendida fulgebis et omnes fines terre
adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te venient
et munera deferentes domino adorabunt dominum
in te et terram tuam in sanctificatione habebunt. Nomen
enim magnum invocabunt in te. Maledicti
erunt qui ~~[illegible]~~ contempserint te
et condempnati erunt qui blasphemaverint te.
Benedictique erunt qui edificaverint te. Tu
autem letaberis in filiis tuis quoniam omnes
benedicentur et congregabuntur ad dominum. Beati omnes
qui diligunt te et qui gaudent super pace tua.
Anima mea benedic dominum quoniam liberavit Iherusalem
civitatem suam a cunctis tribulationibus eius dominus deus
noster. Beatus ero si fuerint reliquie seminis
mei ad videndam claritatem Iherusalem. Porte
Iherusalem ex saphiro et smaragdo edi-
ficabuntur et ex lapide precioso omnis circuitus

murorum eius. Et platee ex lapide candido et mundo. Omnes platee eius sternentur et per vicos eius alleluia cantabitur. Benedictus dominus qui exaltavit eam ut sit regnum eius in secula seculorum super eam amen.

Et consumati sunt sermones thobie. XIIII

Et postquam illuminatus est vixit annis quadraginta duobus et vidit filios nepotum suorum. Completisque annis centum duobus sepultus est honorifice in ninive. Nam quinquaginta sex annorum oculorum lumen amisit, sexagenarius vero lumen recepit. Reliquum vero vite sue in gaudio fuit et cum bono profectu timoris dei perrexit in pace. In hora autem mortis sue vocavit ad se thobiam filium suum et septem iuvenes filios eius nepotes suos dixitque eis: Prope erit interitus ninive. Non enim excidit verbum domini, et fratres nostri qui dispersi sunt a terra israel revertentur ad eam. Omnis autem deserta terra eius replebitur, et domus dei que in ea incensa est iterum reedificabitur. Ibique revertentur omnes timentes deum, et relinquent gentes idola sua, et venient in ierusalem et inhabitabunt in ea, et gaudebunt in ea omnes reges terre adorantes regem israel. Audite ergo filii mei patrem vestrum. Servite domino in timore et veritate et inquirite ut faciatis que placita sunt illi, et filiis vestris mandate ut faciant iusticias et elemosinas, ut sint memores dei et benedicant eum in omni tempore in veritate et in tota virtute sua. Nunc ergo filii audite me et nolite manere hic, sed quacumque die sepelieritis matrem vestram circa me in uno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros ut exeatis hinc. Video enim quia iniquitas eius finem dabit ei. Factum est autem post obitum matris sue thobias abscessit ex ninive cum uxore sua et filiis et filiorum filiis et reversus est ad soceros suos. Invenitque eos incolumes in senectute bona, et curam eorum gessit, et ipse clausit oculos eorum, et omnem hereditatem domus raguel ipse percepit. Viditque quintam generationem filios filiorum suorum. Et completis annis nonaginta novem in timore domini cum gaudio sepelierunt eum. Omnis autem generatio eius et omnis generatio eius in bona vita et in sancta conversatione permansit, ita ut accepti essent tam deo quam hominibus et cunctis habitantibus in terra. Explicit

Incipit prologus in Judith

Apud hebreos liber Judith inter agiographa legitur, cuius auctoritas ad roboranda illa que in contentionem veniunt minus ydonea iudicatur. Caldeo tamen sermone conscriptus inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse, acquievi postulationi vestre, immo exactioni, et sepositis occupationibus quibus vehementer arctabar, huic unam lucubratiunculam dedi, magis sensum e sensu quam ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem viciosissimam amputavi; sola ea que intelligentia integra in verbis caldeis invenire potui latinis expressi. Accipite Judith viduam, castitatis exemplum, et triumphali laude perpetuis eam preconiis declarate. Hanc enim non solum feminis sed et viris imitabilem dedit, qui castitatis eius remunerator virtutem talem tribuit ut invictum ab omnibus hominibus vinceret et insuperabilem superaret.

Incipit liber Judith Capitulum I

Incipit liber Judith Capitulum i^m

Arphaxat itaque Rex Medorum subiugauerat multas gentes imperio suo et ipse edificauit ciuitatem potentissimam quam appellauit Egbathanis ex lapidibus quadratis et sectis fecit muros eius in altitudine cubitorum lxx et in latitudine cubitorum xxx Turres vero eius posuit in altitudine cubitorum centum per quadrum vero earum latus vtrumque vicenorum pedum spacio tendebatur Posuitque portas eius in altitudine turrium et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui et in gloria quadrigarum suarum Anno igitur xii regni sui Nabuchadonosor Rex assiriorum qui regnabat in Niniue ciuitate magna pugnauit contra Arphaxat et obtinuit eum in campo magno qui appellatur Ragau circa Eufraten et Tygrim et Jasadan in campo Erioth regis Elicorum Tunc exaltatum est regnum Nabuchadonosor et cor eius eleuatum est et misit ad omnes qui habitabant in Cilicia et Damasco et Libano et ad gentes que sunt in Carmelo et Cedar et inhabitantes Galilea in campo magno Hesdrelon et ad omnes qui erant in Samaria et trans flumen Jordanem usque ad Jerusalem et ad omnem terram Jesse quousque perueniatur ad montes Ethiopie Ad hos omnes misit nuncios Nabuchadonosor Rex Assiriorum Qui omnes uno animo contradixerunt et remiserunt eos vacuos et sine honore abiecerunt Tunc indignatus Nabuchadonosor rex aduersus omnem terram illam Jurauit per regnum et thronum suum quod defenderet se de omnibus regionibus

Capitulum ii

Anno xiii regni Nabuchadonosor regis assiriorum xxii die mensis primi factum est verbum in domo Nabuchadonosor ut defenderet se Vocauitque omnes maiores omnesque duces bellatores suos et habuit cum eis misterium consilii sui Dixitque cogitationem suam in eo esse ut omnem terram suo subiugaret imperio Quod dictum cum placuisset omnibus Vocauit Nabuchadonosor Rex Holofernem principem militie sue et dixit ei Egredere aduersus omne regnum occidentis et contra eos precipue qui contempserunt imperium meum Non parcet oculus tuus ulli regno omnemque urbem munitam subiugabis mihi Tunc Holofernes vocauit duces et magistratus virtutis Assiriorum et dinumerauit viros in expeditionem sicut precepit ei Rex centum xx milia peditum pugnatorum et equites sagittarios xii milia Omnemque expeditionem suam fecit preire in multitudine innumerabilium camelorum cum

viros que exercitibus sufficerent copi-
ose. Boum quoque armenta gregesque ovium
quorum non erat numerus. Frumentum ex omni
Syria in transitu suo parari consti-
tuit. Aurum vero et argentum de domo
regis assumpsit multum nimis. Et profectus
est ipse et omnis exercitus cum quadri-
gis et equitibus et sagittariis qui
cooperuerunt faciem terre sicut locuste.
Cumque pertransisset fines Assiriorum
venit ad montes magnos Ange
qui sunt a sinistro Cilicie. Ascenditque
omnia castella eorum et obtinuit
omnem municionem. Effregit autem
civitatem opinatissimam Melothi.
Predavitque omnes filios Tharsis
et filios Ismahel qui erant contra
faciem deserti ad austrum terre Celon
et transivit Eufraten et venit in
Mesopothamiam et fregit omnes
civitates excelsas que erant ibi
a torrente Mabre quousque perveni-
atur ad mare et occupavit ter-
minos eius a Cilicia usque ad fines
Iafeth qui sunt ad austrum. Adduxit-
que omnes filios Madian et predavit
omnem locupletacionem eorum. Omnes-
que resistentes sibi occidit in ore gla-
dii. Et post hec descendit in campos
Damasci in diebus messis et suc-
cendit omnia sata omnesque arbores
ac vineas fecit incidi et cecidit ti-
mor illius super omnes habitatores terra.

Capitulum iij

Tunc miserunt
legatos suos universarum
urbium et provinciarum reges ac prin-
cipes Syrie scilicet et Mesopotha-
mie et Syrie Sobal et Libie atque
Cilicie. Qui venientes ad Holofer-
nem dixerunt. Desinat indignacio
tua circa nos. Melius est enim ut viven-
tes serviamus Nabuchadonosor
regi magno et subditi simus tibi
quam morientes cum interitu nostro ipsi ser-
vitutis nostre dampna paciamur. Omnes
civitates nostre omnesque possessiones
omnes montes et colles et campi
armenta boum gregesque ovium caprarum-
que equorumque et camelorum et universe
facultates nostre atque familie in
conspectu tuo sunt. Sint omnia sub le-
ge tua. Nos eciam et filii nostri servi
tui sumus. Veni nobis pacificus dominus
et utere servicio nostro sicut placuerit
tibi. Tunc descendit de montibus
cum equitibus in virtute magna et
obtinuit omnem civitatem et omnem in-
habitantem terram. De universis autem ur-
bibus assumpsit auxiliarios viros
fortes et electos ad bellum. Tantus-
que metus provinciis illis incubuit
ut universarum urbium habitatores prin-
cipes et honorati simul cum populis exi-
rent obviam venienti excipi-
entes eum cum coronis et lampadibus du-
centes choros in tybiis et tympanis.
Nec ista tamen facientes ferocitatem
eius pectoris mitigare potuerunt.
Nam et civitates eorum destruxit et
lucos eorum succidit. Preceperat
enim illi Nabuchodonosor rex ut omnes deos
terre exterminaret videlicet ut ipse
solus diceretur deus ab hiis na-
cionibus que potuissent Holofer-
nis potencie subiugari. Pertran-
siens autem Syriam Sabal et
omnem Apamiam omnemque Me-
sopothamiam venit ad Ydumeos
in terram Gabaa. Accepitque civi-
tates eorum et sedit ibi per triginta
dies in quibus diebus adunari
precepit universum exercitum virtutis sue.

Tunc audientes hec [Cap iiij]
filii israel qui habitabant in terra
iuda timuerunt valde a facie eius
Et tremor et horror invasit sen-
sus eorum ne hoc faceret ierusalem et tem-
plo domini quod fecerat ceteris civitatibus
et templis earum. Et miserunt in omnem
Samariam per circuitum usque iericho
et preoccupaverunt omnes vertices mon-
tium et muris circumdederunt vicos
suos. Et congregaverunt frumenta
in preparationem pugne. Sacerdos etiam
Eliachim scripsit ad universos qui
erant contra esdrelon que est contra faciem
campi magni iuxta dothaym et
universos per quos transitus esse poterat
ut obtinerent ascensus montium
per quos via esse poterat ad ierusalem et
illic custodirent ubi angustum iter
esse poterat inter montes. Et fecerunt
filii israel secundum quod constituerat eis
sacerdos domini Eliachim. Et clama-
vit omnis populus ad dominum instantia mag-
na et humiliaverunt animas suas in
orationibus et ieiuniis ipsi et mulieres
eorum et induerunt se sacerdotes cili-
ciis et infantes prostraverunt contra
faciem templi domini et altare domini
operuerunt cilicio et clamaverunt
ad dominum deum israel unanimiter ne da-
rentur in predam infantes eorum et uxores
eorum in divisionem et civitates eorum
in exterminium et sancta eorum in pollu-
tionem. Tunc eliachim sacerdos domini
magnus circuivit omnem israel al-
locutusque est eos dicens Scitote quoniam exau-
diet dominus preces vestras si manentes
permanseritis in ieiuniis et orationibus in
conspectu domini. Memores estote moy-
si servi domini qui amalech confidentem
in virtute sua et in potentia sua et
in exercitu suo et in clipeis suis et in
curribus suis et in equitibus suis non
in ferro pugnando sed precibus sanctis
orando deiecit. Sic erunt universi
hostes israel si perseveraveritis
in hoc opere quod cepistis. Ad hanc
igitur exhortationem eius deprecantes
dominum permanebant in conspectu domini
ita ut etiam hii qui holocausta
domino offerebant precincti ciliciis offer-
rent sacrificia domino et erat cinis super
capita eorum et ex toto corde suo omnes
orabant dominum ut visitaret populum suum israel.

Nunciatumque est holo [Cap v]
ferni principi militie regis
assiriorum quod filii israel prepararent se
ad resistendum ac montium itinera
conclusissent. Et furore nimio exar-
sit in iracundia magna vocavitque
omnes principes moab et duces
amon et dixit eis Dicite mihi quis sit
populus iste qui montana obsidet aut
que et quales et quante sint civitates
eorum que etiam sit virtus eorum aut que sit
multitudo eorum vel quis sit rex mi-
licie eorum et aut quare pre omnibus qui
habitant in oriente ipsi contempserunt
me et non exierunt obviam nobis
ut susciperent nos cum pace. Tunc
achior dux omnium filiorum amon respon-
dens ait Si digneris audire domine
mi dicam veritatem in conspectu tuo de
populo isto qui in montanis habitat et non
egredietur verbum falsum ex ore meo
Populus iste ex progenie caldeorum est.
Hic primum in mesopotamia habi-
tavit quoniam noluerunt sequi deos patrum
suorum qui erant in terra caldeorum.
Deserentes itaque ceremonias patrum
suorum que in multitudine deorum erant
unum deum celi coluerunt. Qui et precep-

eis ut egrederetur inde et habitaret in Chanaan. Cumque cooperuisset omnem terram famis et descenderunt in egiptum illicque per quadringentos annos sic multiplicati sunt ut dinumerari eorum non posset exercitus. Cumque gravasset eos rex egipti atque in edificationibus urbium suarum in luto et latere subiugasset eos clamaverunt ad deum suum et percussit totam terram egipti plagis variis. Cumque eiecissent eos a se egiptii et cessasset plaga ab eis et iterum vellent eos capere et ad suum servitium revocare fugientibus hiis deus celi mare aperuit ita ut hinc inde aque maris quasi muri solidarentur et isti pede sicco fundum maris perambulando transirent. In quo loco dum innumerabilis exercitus eos persequeretur ita aquis coopertus est ut non vel unus remaneret qui factum posteris nuntiaret. Egressi etiam mare rubrum deserta montis syna occupaverunt in quibus numquam homo habitare potuit vel filius hominis requievit. Illic fontes amari obdulcorati sunt eis ad bibendum. Et per annos xl annona de celo consecuti sunt. Ubicumque ingressi sunt sine arcu et sagitta et absque scuto et gladio deus eorum pro eis pugnavit et vicit et non fuit qui insultaret populo isti nisi quando recessit a cultura domini dei sui. Quotienscumque autem preter ipsum deum suum alterum coluerunt dati sunt in predam et in gladium et in opprobrium. Quotienscumque autem penituerunt se recessisse a cultura dei sui dedit eis deus celi virtutem resistendi. Denique Chananeum regem et Iebuseum et Phereseum et Eveum et Etheum et Amorreum et

omnes potentes in esebon ipsi prostraverunt et terras eorum et civitates eorum ipsi possederunt et usque dum non peccassent in conspectu dei sui erat cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatem. Nam et ante hos annos cum recessissent a via quam dederat deus illis ut ambularent in ea exterminati sunt preliis a multis nationibus et plurimi eorum captivi ducti sunt in terram non suam. Nuper autem reversi ad dominum deum suum ex dispersione qua dispersi fuerant adunati sunt et ascenderunt montana hec omnia et iterum possident Ierusalem ubi sunt sancta eorum. Nunc ergo mi domine perquire si est aliqua iniquitas illorum in conspectu dei eorum et ascendamus ad illos quoniam tradens tradet illos deus eorum tibi et subiugati erunt sub iugo potentie tue. Si vero non est offensio populi huius coram deo suo non poterimus resistere illis quoniam deus eorum defendet illos et erimus in opprobrium universe terre. Et factum est cum cessasset loqui Achior verba hec irati sunt omnes magnates Holofernis et cogitabant interficere eum dicentes ad alterutrum. Quis est iste qui filios Israel posse dicat resistere Nabuchodonosor regi et exercitibus eius homines inermes et sine virtute et sine peritia artis pugne. Ut ergo cognoscat Achior quoniam fallit nos ascendamus in montana et cum capti fuerint potentes eorum tunc cum eisdem gladio transverberabitur ut sciant omnes gentes quoniam Nabuchodonosor deus terre est et preter ipsum alius non est

Dixitq; ei at tu cessasset loqui indignatus es holofernes nec voluisset ei placere ut occideret eum dixitq; ad achior Quis est iste achior qui hesitasti nobis dicere ne pugnemus contra populum israhel quia deus eorum defendet eos Quis est deus nisi nabuchodonosor qui mittet virtutem suam et disperdet eos de terra ista et non poterit nomen eorum ibi memorari Tu autem et gladius tuus peribitis hac nocte et erunt super interfectores tui et suspensus eris a summitate montis usque ad vesperam et tunc morientur viri israhel ut sepeliantur ne dedecori sis domui tue Sed quos occidit manus mea ut non sit numerus cadaverum eorum et corruant in terra tua et tu quia credidisti verbis meis non videbis faciem meam amplius nisi tradidero gentem quam tenes in manus tuas et facies eis sicut dominum meum iussit Achior audiens hec verba que locutus est holofernes et ceciderunt omnes principes eius et dixerunt ad eum Quis est achior aut quis est populus israhel ut contemnat regem nabuchodonosor Non est deus nisi ipse Si ergo videbitur israhel arma sumpserit et peccaverit in conspectu dei sui invenietur locus ut prevalere possimus adversus eos Sed quia non est iniquitas in gente eorum non est nobis necesse ut gladius noster occidat eos Si autem non fuerint in conspectu dei sui erit nobis in derisum omnis terra Tunc achior videns virum qui natus erat de stirpe hebreorum stetit extra concilium holofernis et dixit ad eum Audiam verba famuli tui domine mi ne egrediatur veritas de ore servi tui Populus hic de quo interrogasti natus est de stirpe chaldeorum et habitaverunt primum in mesopotamia quia nolebant sequi deos patrum suorum qui erant in terra chaldeorum Et recesserunt a ritu gentium suarum et adoraverunt deum celi deum quem cognoverunt et eiecerunt eos a facie deorum suorum et fugerunt in mesopotamia et habitaverunt ibi dies multos Et dixit deus eorum egredere de terra tua et vade in terram quam promittam tibi et semini tuo et egressi sunt de mesopotamia et habitaverunt in charan et dixit deus ad eos egredimini et ite in terram chanaan et habitaverunt in ea et multiplicati sunt auro et argento et armentis multis Et descenderunt in egyptum et habitaverunt ibi et ibi crescentes effecti sunt in gentem magnam et innumerabilem Et elevaverunt contra eos reges egypti et contriverunt eos in latere et fecerunt eos servire sibi in lateribus et humiliaverunt eos et afflixerunt eos et servierunt eis per annos quadringentos et clamaverunt ad deum suum et percussit omnem terram egypti plagis insanabilibus et eiecerunt eos et persecuti sunt eos ut reducerent eos et non valuerunt et submersi sunt in rubro mari et ceciderunt in eo omnes principes et duces et reges et milites et omnis exercitus pharaonis et non remansit ex eis nec unus qui posset enarrare quod gesserat deus in eis Et egressi sunt de rubro mari et habitaverunt in deserto montis amorrei et ibi interfecerunt omnes qui habitabant in heseboon et possederunt terram eorum et habitaverunt in ea et multiplicati sunt auro et argento et armentis multis Et surrexit deus eorum et ascendit in montem qui respicit super faciem deserti et ibi steterunt iuxta thamnatha et ibi exierunt de ea et habitaverunt in ea et impleverunt eam omni multitudine quam secum habebant et habitaverunt ibi per tempus donec repleti sunt et habitaverunt in ea et impleverunt eam omni multitudine quam secum habebant et habitaverunt ibi per tempus donec repleti sunt et habitaverunt in ea et impleverunt eam omni multitudine quam secum habebant et habitaverunt ibi per tempus donec repleti sunt

Capitulum vi

Et dixit ei at tu cessasset loqui indignatus es holofernes nec voluisset ei placere ut occideret eum dixitq; ad achior Quis est iste achior qui hesitasti nobis dicere ne pugnemus contra populum israhel quia deus eorum defendet eos Quis est deus nisi nabuchodonosor qui mittet virtutem suam et disperdet eos de terra ista et non poterit nomen eorum ibi memorari Tu autem et gladius tuus peribitis hac nocte et erunt super interfectores tui et suspensus eris a summitate montis usque ad vesperam et tunc morientur viri israhel ut sepeliantur ne dedecori sis domui tue Sed quos occidit manus mea ut non sit numerus cadaverum eorum et corruant in terra tua et tu quia credidisti verbis meis non videbis faciem meam amplius nisi tradidero gentem quam tenes in manus tuas et facies eis sicut dominum meum iussit Achior audiens hec verba que locutus est holofernes et ceciderunt omnes principes eius et dixerunt ad eum Quis est achior aut quis est populus israhel ut contemnat regem nabuchodonosor Non est deus nisi ipse Si ergo videbitur israhel arma sumpserit et peccaverit in conspectu dei sui invenietur locus ut prevalere possimus adversus eos Sed quia non est iniquitas in gente eorum non est nobis necesse ut gladius noster occidat eos Si autem non fuerint in conspectu dei sui erit nobis in derisum omnis terra Tunc achior videns virum qui natus erat de stirpe hebreorum stetit extra concilium holofernis et dixit ad eum Audiam verba famuli tui domine mi ne egrediatur veritas de ore servi tui Populus hic de quo interrogasti natus est de stirpe chaldeorum et habitaverunt primum in mesopotamia quia nolebant sequi deos patrum suorum qui erant in terra chaldeorum Et recesserunt a ritu gentium suarum et adoraverunt deum celi deum quem cognoverunt et eiecerunt eos a facie deorum suorum et fugerunt in mesopotamia et habitaverunt ibi dies multos Et dixit deus eorum egredere de terra tua et vade in terram quam promittam tibi et semini tuo et egressi sunt de mesopotamia et habitaverunt in charan et dixit deus ad eos egredimini et ite in terram chanaan et habitaverunt in ea et multiplicati sunt auro et argento et armentis multis Et descenderunt in egyptum et habitaverunt ibi et ibi crescentes effecti sunt in gentem magnam et innumerabilem Et elevaverunt contra eos reges egypti et contriverunt eos in latere et fecerunt eos servire sibi in lateribus et humiliaverunt eos et afflixerunt eos et servierunt eis per annos quadringentos et clamaverunt ad deum suum et percussit omnem terram egypti plagis insanabilibus et eiecerunt eos et persecuti sunt eos ut reducerent eos et non valuerunt et submersi sunt in rubro mari et ceciderunt in eo omnes principes et duces et reges et milites et omnis exercitus pharaonis et non remansit ex eis nec unus qui posset enarrare quod gesserat deus in eis Et egressi sunt de rubro mari et habitaverunt in deserto montis amorrei et ibi interfecerunt omnes qui habitabant in heseboon et possederunt terram eorum et habitaverunt in ea et multiplicati sunt auro et argento et armentis multis Et surrexit deus eorum et ascendit in montem qui respicit super faciem deserti et ibi steterunt iuxta thamnatha et ibi exierunt de ea et habitaverunt in ea et impleverunt eam omni multitudine quam secum habebant et habitaverunt ibi per tempus donec repleti sunt et habitaverunt in ea et impleverunt eam omni multitudine quam secum habebant et habitaverunt ibi per tempus donec repleti sunt et habitaverunt in ea et impleverunt eam omni multitudine quam secum habebant et habitaverunt ibi per tempus donec repleti sunt

Capitulum vii

Holofernes at altera die precepit omnibus suis ut astringerent omnes bethulia ascenderat ad montana peditum bellatorum centum viginti milia et equitum viginti milia preter impedimenta et vulgum quod occupaverat captivitas et adhuc superabat de pulcritudine et viribus omnium ingentes et pugnaturi sunt filios israhel et venit per

motib usq ad apice q respicit do
thaym a loco q dr belma usq ad
thelmon q e q esdrelon filii aute
isrl ut viderut multitudie illor psterna
uert se ad terra mittetes cinere
sup capita sua unianes orantes
ut deus isrl mia sua ostenderet
sup pplm suu et assumentes arma sua
bellica sederut p loca que angusti
itineris tramite dirigut int mo
tuosa et erant custodientes ea toto
die et nocte Porro holofernes
du circuiret p giru repit q fons
q influebat in aqductu illor a
pte australi contra civitatem
dirigeret et incidi pcepit aqductu
eor Erant tm no loge a muris fo
tes ex quibus furti videbantur
haurire aqua ad refocillandu po
tius q ad bibendu Sz filii Amon
et Moab accesserut ad holoferne
dicentes Filii isrl no in lancea nec
in sagitta confidut sed montes de
fendut illos et muniut illos col
les i pcipicio constituti ut sine co
gressione pugne possis supare eos
Pone custodes fontiu ut no hau
riant ex eis et sine gladio inter
ficies eos ul certe fatigati tra
det civitate sua qua putat sup
o tice monti posita supari non
posse Et placuerut vba hec holo
ferne et cora oibz satellitibus
eius et constituit p giru centena
rios p singulos fontes Cuq ista
custodia p dies xx fuisset cople
ta defecerut cisterne et collectio
nes aquar oibz inhitantibz be
thuliam ita ut no esset int civita
te unde satiarent ul una die co
miu ad mensura dabat pplis aq
cottidie Tuc ad ozia congregati
omes viri et femie Juvenes et senes
et puuli simul omes una voce dix
erut Judicet dns int te et nos qm
fecisti in nos mala Nolentes loqui
pacifice cu assiriis et ppt hoc vendidit nos deus i manibz
eor et ideo no e q adiuvet Non
cstitiam an oculos eor in siti et i
pdicione magna Et nuc cogregate
univsos qui i civitate sunt ut spote
nos tradam omes ppli holoferni
Melius e enim ut captivi bndicam
dnm viventes q moriam et simus
obprobriu oi carni cu videam uxo
res nras et infantes nros mori an
oclos nros Contestam hodie celu
et tra et deu prm nror q ulciscit
nos scdm pcta ut ia civitate tra
datis civitate in manus militie ho
lofernis et sit finis nr brevis in
ore gladii q longior efficit i aridi
tate sitis et cu hec dixisset fctus
e fletus et ululatus magnus in
eccia oibus et p multas horas una
voce clamaverut ad dnm dicentes
Peccavimus dne cu pribus nris
iniuste egimus iniquitate fecimus
Tu qz pius es miserere nri aut in
tuo flagello vindica iniqtates
nras et noli trade confitentes te ppo
q ignorat te ut no dicat gentes
ubi e deus eor et cu fatigati hiis
clamoribus et hiis fletibus lassati
siluissent Exurgens ozias i fusus
lacrimis dixit Equo aio estote fres
et hos qnq dies expectemus a deo
miam forsitam ei indignacoe sua
abscidet et dabit gliam noi suo Si
aut transactis qnq diebus no venit
adiutoriu faciemus hec vba q locuti estis
Et factu e cu audisset Ca viii
hec vba Judith vidua que erat

filia merari filii idox filii ioseph filii
ozie filii elai filii iamnor filii gedeon
filii raphaim filii achitob filii mel-
chie filii enan filii nathanie filii
salathiel filii symeon filii ruben
et vir eius fuit manasses qui mor-
tuus est in diebus messis ordeacee
Instabat enim super alligantes mani-
pulos in campo et venit estus super
caput eius et mortuus est in bethu-
lia civitate sua et sepultus est illic
cum patribus suis Erat autem iudith re-
licta eius vidua iam annis tribus et
mensibus sex Et in superioribus domus
sue fecit sibi secretum cubiculum in
quo cum puellis suis clausa mora-
batur et habens super lumbos suos ci-
licium ieiunabat omnibus diebus vite
sue preter sabbata et neomenias et
festa domus israel Erat autem eleganti
aspectu nimis Cui vir suus reliq-
uerat divitias multas ac familiam co-
piosam et possessiones armentis boum
et gregibus ovium plenas et erat
hec in omnibus famosissima quia time-
bat deum valde nec erat qui loqueretur de
illa verbum malum Hec itaque cum audis-
set quoniam ozias promisisset quod transac-
to quinto die traderet civitatem misit
ad presbiteros zambri et carmi et
venerunt ad illam Et dixit illis Quod
est hoc verbum in quo consensit ozias
ut traderet civitatem assiriis Si in-
fra quinque dies non venerit nobis adiutorium
Et qui estis vos qui temptatis dominum
Non est iste sermo qui misericordiam provocet sed
potius qui iram excitet et furorem accen-
dat Posuistis vos tempus mise-
rationis domini et in arbitrio vestro diem
constituistis ei Sed quia patiens est
dominus in hoc ipso peniteamus et indul-
gentiam eius cum lacrimis postulemus
Non enim quasi homo deus sic comminabitur
neque sicut filius hominis ad iracundiam
inflammabitur et ideo humiliemus illi
animas nostras in spiritu contrito et humili-
ato servientes illi dicamus flentes
domino ut secundum voluntatem suam sic fa-
ciat nobiscum misericordiam suam ut sicut
conturbatum est cor nostrum in superbia
eorum ita etiam de nostra humilitate glo-
riemur quoniam non sumus secuti peccata pa-
trum nostrorum qui dereliquerunt deum suum
et adoraverunt deos alienos pro quo scele-
re dati sunt in gladium et in rapinam
et in confusionem inimicis suis Nos
autem alterum deum nescimus preter ipsum
Expectemus humiles consolationem
eius et exquiret sanguinem nostrum de
afflictionibus inimicorum nostrorum et humi-
liabit omnes gentes quecumque in-
surgunt contra nos et faciet illas
sine honore dominus deus noster Et nunc
fratres quoniam vos estis presbiteri in populo
dei et ex vobis pendet anima eorum
ad eloquium vestrum corda eorum erigite
ut memores sint quia temptati sunt patres
nostri ut probarentur si vere colerent deum
suum Memores esse debent quomodo abra-
ham pater noster temptatus est et per mul-
tas tribulationes probatus dei amicus
effectus est Sic ysaac sic iacob
sic moyses et omnes qui placuerunt
deo per multas tribulationes transierunt
fideles Illi autem qui temptationes
non susceperunt cum timore domini et impa-
tientiam suam et improperium murmurationis
sue contra dominum protulerunt exterminati
sunt ab exterminatore et a serpentibus
perierunt Et nos ergo non ulciscamur
nos pro his que patimur Sed reputantes

peccatis nostris hec ipsa minora esse supplicia flagella domini quibus quasi servi domini corripimur ad emendationem et non ad perditionem nostram evenisse credamus. Et dixerunt illi Ozias et presbiteri. Omnia que locuta es vera sunt et non est in sermonibus tuis ulla reprehensio. Nunc igitur ora pro nobis quoniam tu mulier sancta es et timens deum. Et dixit illis Judith. Sicut quod loqui potui dei esse cognoscitis. Ita quod facere disposui probate si ex deo est et orate ut firmum faciat deus consilium meum. Stabitis vos ad portam nocte ista et ego exeam cum abra mea et orate ut sicut dixistis in diebus quinque respiciat deus populum suum israel. Vos autem nolo ut scrutemini actum meum et usque dum renunciem vobis nichil aliud fiat nisi oratio pro me ad dominum deum nostrum. Et dixit ad eam Ozias princeps iude. Vade in pace et dominus sit tecum in ultionem inimicorum nostrorum et revertentes abierunt. Cap ix

Quibus abscedentibus Judith ingressa est oratorium suum et induens se cilicio posuit cinerem super caput suum et prosternens se domino clamavit ad dominum dicens. Domine deus patris mei Symeon qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum qui violatores extiterunt in coinquinatione sua et denudaverunt femur virginis in confusionem et dedisti mulieres eorum in predam et filias eorum in captivitatem et omnem predam eorum in divisionem servis tuis qui zelaverunt zelum tuum subveni queso te domine deus meus michi vidue. Tu enim fecisti priora et illa post illa cogitasti et hoc factum est quod ipse voluisti. Omnes enim vie tue parate sunt et tua iudicia in providentia tua posuisti. Respice castra Assiriorum nunc sicut tunc castra egiptiorum videre dignatus es quando post servos tuos armati currebant confidentes in quadrigis et in equitatu suo et in multitudine bellatorum. Sed aspexisti super castra eorum et tenebre fatigaverunt eos. Tenuit pedes eorum abissus et aque operuerunt eos. Sic fiat et istis domine qui confidunt in multitudine sua et castris suis et in lanceis suis et in curribus suis et in contis et scutis et sagittis suis gloriantur et nesciunt quia tu ipse es deus noster qui conteris bella ab initio et dominus nomen est tibi soli. Erige brachium tuum sicut ab initio et allide virtutem eorum in virtute tua. Et cadat virtus eorum in iracundia tua qui promittunt se violare sancta tua et polluere tabernaculum nominis tui et deicere gladio suo cornu altaris tui. Fac domine ut gladio proprio eius superbia amputetur. Capiatur laqueo oculorum suorum in me et percucies eum ex labiis caritatis mee. Da michi in animo constanciam ut contempnam illum et virtutem eius ut evertam eum. Erit enim memoriale nominis tui cum manus femine deiecerit eum. Non enim in multitudine est virtus tua domine neque in equorum viribus voluntas tua nec superbi ab initio placuerunt tibi sed humilium et mansuetorum tibi semper placuit deprecatio. Deus celorum creator aquarum et dominus totius creature exaudi me miseram deprecantem et de tua misericordia presumentem. Memento domine testamenti tui et da verbum in ore meo et in corde meo consilium corrobora ut domus tua in sanctificatione permaneat et omnes gentes agnoscant quia tu es deus et non est alius preter te.

Factum est autem cum cessasset **Cap. X.** clamare ad dominum surrexit de loco in quo iacuerat prostrata ante dominum. Vocavitque abram suam et descendit in domum suam et abstulit a se cilicium et exuit se vestimentis viduitatis sue et lavit corpus suum et unxit se mirra optima et discriminavit crinem capitis sui et imposuit mitram super caput suum et induit se vestimentis iocunditatis sue induitque sandalia pedibus suis assumpsitque dextraliola et lilia et inaures et anulos et omnibus ornamentis ornavit se. Cui etiam dominus contulit splendorem quoniam omnis ista compositio non ex libidine sed ex virtute pendebat et ideo dominus hanc in illam pulchritudinem ampliavit ut incomparabili decore omnium oculis appareret. Imposuit itaque abre sue ascopam vini et vas olei et polentam et palatas et panes et caseum et profecta est. Cumque venisset ad portam civitatis invenit expectantem Oziam et presbiteros civitatis. Qui cum vidissent eam stupentes mirati sunt pulchritudinem eius nimis. Nichil tamen interrogantes eam dimiserunt transire dicentes. Deus patrum nostrorum det tibi graciam et omne consilium tui cordis sua virtute corroboret et glorietur super te Ierusalem et sit nomen tuum in numero sanctorum et iustorum et dixerunt hii omnes qui illic erant una voce fiat fiat. Iudith vero orans dominum transivit per portas ipsa et abra eius. Factum est autem cum descenderet montem circa ortum diei occurrerunt ei exploratores assiriorum et tenuerunt eam dicentes. Unde venis aut quo vadis. Que respondit. Filia sum hebreorum. Ideo ego fugi a facie eorum quoniam futurum agnovi quod dentur vobis in depredacionem pro eo quod contempnentes vos noluerunt ultro tradere se ipsos ut invenirent misericordiam in conspectu vestro. Hac de causa cogitavi mecum dicens. Vadam ad faciem principis holofernis ut indicem illi secreta eorum et ostendam illi quo aditu possit obtinere eos ita ut non cadat unus vir de exercitu eius. Et cum audissent viri illi verba eius considerabant faciem eius et erat in oculis eorum stupor quoniam mirabantur pulchritudinem eius nimis et dixerunt ad eam. Conservasti animam tuam eo quod reperisti tale consilium ut ad dominum nostrum descenderes. Hoc autem scias quoniam cum steteris in conspectu eius bene tibi faciet et eris gratissima in corde eius. Duxeruntque illam ad tabernaculum holofernis annunciantes eam. Cumque intrasset ante faciem eius statim captus est in suis oculis holofernes. Dixeruntque ad eum satellites eius. Quis contempnat populum hebreorum qui tam decoras mulieres habent ut non pro hiis merito pugnare contra eos debeamus. Videns itaque Iudith holofernem sedentem in conopeo quod erat ex purpura et auro et smaragdo et lapidibus preciosis intextum et cum in faciem eius intendisset adoravit eum prosternens se super terram et levaverunt eam servi holofernis iubente domino suo **Cap. XI.**

Tunc holofernes dixit ei. Equo animo esto et noli pavere in corde tuo quoniam ego nunquam nocui viro qui voluit servire Nabuchodonosor regi. Populus autem tuus si non contempsisset

me non elevassem lanceam meam super
illum. Nunc autem dic mihi qua ex causa
recessisti ab illis et placuit tibi ut
venires ad nos. Et dixit Iudith: Sume
verba ancille tue, quoniam si tu secutus
fueris verba ancille tue, perfectam rem
faciet Dominus tecum. Vivit enim Nabuchodonosor
rex terre et vivit virtus eius que est in te
ad correptionem omnium animarum errantium,
quoniam non solum homines serviunt illi per te,
sed et bestie agri obtemperant illi.
Nuntiatur enim industria animi tui
universis gentibus et indicatum est
omni seculo quoniam tu solus bonus et
potens es in regno eius et disciplina
omnibus provinciis predicatur. Nec hoc la-
tet quod locutus est Achior, nec illud
ignoratur quod ei iusseris evenire.
Constat enim Deum nostrum sic peccatis
offensum ut mandaverit per prophetas suos
ad populum quod tradat eum pro peccatis suis.
Et quoniam sciunt se offendisse Dominum Deum
suum filii Israel, tremor tuus super ipsos
est. Insuper etiam fames invasit eos
et ab ariditate aque iam inter mortuos
computantur. Denique hoc ordinant
ut interficiant pecora sua et sanguinem
eorum bibant, et sancta Domini sui que pre-
cepit Dominus Deus non contingi in frumento
vino et oleo, hec cogitaverunt impendere
et volunt consumere que nec manibus
deberent contingere. Ergo quoniam hec
faciunt certum est quod in perditionem da-
buntur. Quod ego ancilla tua cog-
noscens fugi ab illis et misit me
Dominus hec ipsa nuntiare tibi. Ego enim
ancilla tua Deum colo etiam nunc apud
te, et exiet ancilla tua et orabo
Deum et dicet mihi quando eis reddat peccatum
suum, et veniens nuntiabo tibi, ita
ut ego adducam te per medium Ierusalem
et habebis omnem populum Israel sicut oves
quibus non est pastor, et non latrabit
vel unus contra te, quoniam mihi hec dicta sunt
per providentiam Dei, et quoniam iratus est illis
Deus, hec ipsa missa sum nuntiare tibi.
Placuerunt autem omnia verba hec coram
Holoferne et coram pueris eius et mi-
rabantur ad sapientiam eius et dicebant alter
ad alterum: Non est talis mulier super
terram in aspectu, in pulchritudine et in
sensu verborum. Et dixit ad illam Holofer-
nes: Bene fecit Deus qui misit te ante
populum ut des illum tu in manus nostras.
Et quoniam bona est promissio tua, si fecerit
mihi hoc Deus tuus, erit et meus Deus,
et tu in domo Nabuchodonosor mag-
na eris et nomen tuum nominabitur in universa terra. XII

Tunc iussit eam introire ubi re-
positi erant thesauri eius
et iussit illic manere eam et constituit
quid daretur illi de convivio suo. Cui
respondit Iudith et dixit: Nunc non
potero manducare ex his que mihi pre-
cipis tribui, ne veniat super me offen-
sio. Ex his autem que mecum detuli man-
ducabo. Cui Holofernes ait: Si defe-
cerint tibi ista que tecum detulisti,
quid faciemus tibi? Et dixit Iudith:
Vivit anima tua domine meus, quoniam non
expendet omnia hec ancilla tua donec
faciat Deus in manu mea hec que
cogitavi. Et induxerunt illam
servi eius in tabernaculum quod preceperat.
Et petiit dum introiret ut daretur
ei copia nocte et ante lucem egre-
diendi foras ad orationem et deprecandi
Dominum Deum. Et precepit cubiculariis
suis ut sicut placeret illi exiret
et introiret ad orandum Deum suum per dies

et exiebat noctibus i valle Bethu
lie et baptisabat se in fonte aque
et ut ascendebat orabat dnm deu
isrl ut dirigeret via eius ad liberatoz
ppli sui et introiens munda manebat
in thabnaclo usqz du accipet escã
sua in vesp̃m Et fcm e quarta die
holofernes fecit cena suis suis
Et dixit ad vagao eunuchu z sua
de hebrea illa ut spote cosentiat
habitare mecu fedu est ei apud as
sirios si femia irrideat viru agedo
ut immunis transeat ab eo Tunc intro
iuit vagao ad Judith z dixit ei Non
vereatur bona puella introire ad
dnm meu ut honorificet an faciez
eius et manducet cu eo z bibat
vinu i iocuditate Cui Judith rndt
Que ego su ut cotradica dno meo
Omne qd erit an oclos suos bonu
et optim facia Quidqd at illi pla
cuerit hic mi erit optim oibs dieb
vite mee Et surrexit et ornauit
se vestimetis suis et ingressa stetit
an faciez eius Cor at holofernis
cocussu e Erat ei ardes i cocupia
eius Et dixit ad ea holofernes Bi
be nuc z accube in iocuditate qm
gram iuenisti cora me Et dixit Judith
Bibã dne qm magnificata e aia mea
hodie p oibus diebus vite mee Et
accepit et manducauit z bibit coram
ipo ea que pparauat illi ancilla eius
Et fcus e iocudus holofernes ad
illa bibitqz vinu nimis mltu qua
tu in vna die nuqm biberat i vita sua

Capitulum xiii

Ut at sero fcm e festinauert serui eius ad hos
picia sua Et coclusit vagao ostia
tabnaculi et abijt Erat at omes
fatigati a vino Eratqz Judith sola
in cubiculo Porro holofernes iacebat
in lectulo nimia ebrietate sopitus
Dixitqz Judith puelle sue ut staret
foras an ostiu cubili z obseruaret
Stetitqz Judith an lectu orans cu
lacrimis et labioz motu i silencio
dicens Cofirma me dne deus isrl et
respice in hac hora ad opa manuu
mearu ut sicut pmisisti Jerlm ciuita
te tua erigas et hoc qd credes p
te posse fieri cogitaui pficiã Et
cu hec dixisset accessit ad colum
na q erat ad caput lectuli eius et
pugione eius q in ea ligatus pen
debat exsoluit Cuqz euagiasset
illu apphendit coma capitis eius
et ait Conforta me dne deus isrl
in hac hora et pcussit bis i ceruic
eius et abscidit caput eius z abstulit
conopeu eius a columpnis z euol
uit corpus eius trucu Et post pusil
lu exiuit et tradidit caput holo
fernis ancille sue et iussit ut mit
teret illud in pera sua Et exierut
due scdm cosuetudinez sua qsi ad
oronem et transierunt castra z gyran
tes vallem venerut ad portã ciuitatis
Et dixit Judith a longe custodibus
murorum Aperite portas qm nobis
cu e deus qui fecit virtute i isrl Et
fcm e cu audissent viri voce eius
vocauert pbros ciuitatis z cocurre
runt ad ea omes a minimo usqz ad max
imu qm sperauerunt ea ia no ventu
ram Et accedentes luminaria cogre
gauerunt circa ea vniuersi Illa at ascen
dens i eminenciorem locum iussit fieri
silencium Cuqz omes tacuissent
dixit Judith Laudate dnm deu
nrm q non deseruit sperantes in se
et in me ancilla sua adimpleuit
mia sua qua pmisit domui
isrl et interfecit i manu mea hoste

ppli sui in hac nocte z pferens de
pera caput holofernis ostendit illis
dicens Ecce caput holofernis princi
pis milicie assiriorum et ecce conopeum
illius in quo recumbebat in ebri
etate sua ubi per manum femine percussit
illum dominus deus noster quem custodivit nec
angelus eius et hinc euntem z ibi commo
rantem z inde huc revertentem z non permisit
me ancillam suam dominus coinqui
nari sed sine pollucione peccati revo
cavit me vobis gaudentem in victoria
sua in evasione mea et in liberacione vestra
Confitemini illi omnes quoniam bonus quoniam in seculum
misericordia eius Universi autem adorantes dominum
dixerunt ad eam Benedixit te dominus in vir
tute sua quia per te ad nichilum redegit
inimicos nostros Porro Ozias prin
ceps populi israel dixit ad eam Benedicta
es tu filia a domino deo excelso pre omnibus
mulieribus super terram Benedictus dominus
qui creavit celum z terram qui te direxit
in vulnera capitis principis inimicorum
nostrorum quia nomen tuum ita hodie magnificavit
ut non recedat laus tua
de ore hominum qui memores fuerint vir
tutis domini in eternum quibus non pepercisti
anime tue propter angustias z tribu
laciones generis tui sed subvenisti ruine
ante conspectum dei nostri Et dixit omnis
populus fiat fiat Porro achior vocatus
venit et Judith dixit ei Deus israel
cui tu testimonium dedisti quod ulciscatur
se de inimicis suis ipse caput omnium
incredulorum incidit in hac nocte in
manu mea et ut probes quia ita est
Ecce caput holofernis qui in contemptu
superbie sue deum israel contempsit
et tibi interitum minabatur dicens Cum
captus fuerit populus israel gladio perforari
precipiam latera tua Videns autem
Achior caput holofernis angustiatus pre
pavore cecidit in faciem suam super terram

et estuavit anima eius Postea vero quam
resumpto spiritu recreatus est procidit ad
pedes eius z adoravit eam z dixit Bene
dicta tu deo tuo in omni tabernaculo
iacob quoniam in omni gente que audierit nomen
tuum magnificabitur deus israel super te XIIII

Dixit autem Judith ad omnem populum Au
dite fratres Suspendite caput hoc
super muros nostros et erit cum exierit
sol accipiat unusquisque arma sua
et exite cum impetu non ut descendatis
deorsum sed quasi impetum facientes Tunc
exploratores necesse erit ut fugiant ad prin
cipes suos excitandum ad pugnam Cumque
duces eorum concurrerint ad tabernaculum
holofernis et invenerint eum truncum
in sanguine suo volutatum decidet super
eos timor Cumque cognoveritis fugere illos
Ite post eos securi quoniam deus conteret
illos sub pedibus vestris Tunc achior
videns virtutem quam fecerat deus israel re
licto gentilitatis ritu credidit deo et
circumcidit carnem preputii sui z appositus
est ad populum israel z omnis successio generis
eius usque in hodiernum diem Mox autem
ut ortus est dies Suspenderunt super
muros caput holofernis Accepit
que unusquisque vir arma sua z egressi
sunt cum grandi strepitu z ululatu
Quod videntes exploratores ad tabernaculum
holofernis cucurrerunt Porro hii qui
in tabernaculo erant venientes z ante
ingressum cubiculi perstrepentes excitandi
gracia inquietudinem arte moliebantur
ut non ab excitantibus sed a sonantibus
holofernes evigilaret Nullus
enim audebat cubiculum virtutis assiriorum
pulsando aut intrando aperire Sed
cum venissent duces eius z tribuni z uni
versi maiores exercitus regis assiriorum
dixerunt cubiculariis Intrate et
excitate illum quoniam egressi mures de
cavernis suis ausi sunt provocare nos ad

plum. Tunc ingressus vagao cubi-
culum eius stetit ante cortinam et
plausum fecit manibus suis. Suspica-
batur enim illum cum judith dormire.
Sed cum nullum motum iacentis sensu
aurium perciperet accessit proximans
ad cortinam et elevans eam videns-
que cadaver absque capite holofernis in
suo sanguine tabefactum iacere super
terram. Exclamavit voce magna cum
fletu et scidit vestimenta sua et in-
gressus tabernaculum judith non in-
venit eam et exilivit foras ad populum et
dixit. Una mulier hebrea fecit con-
fusionem in domo nabuchadonosor
regis. Ecce enim holofernes iacet in terra
et caput ipsius non est in illo. Quod
cum audissent principes virtutis assirio-
rum. Sciderunt vestimenta sua omnes
et intollerabilis timor et tremor ceci-
dit super eos et conturbati sunt animo
valde et factus est clamor incomparabilis
in medio castrorum eorum.

Capitulum xv

Cumque omnis exercitus decollatum
holofernem audisset fugit mens
et consilium ab eis et solo tremore
et metu agitati fuge presidium sumunt
ita ut nullus loqueretur cum proximo suo sed
inclinato capite relictis omnibus eva-
dere hebreos quos armatos venire
super se audierant conarentur fugientes
per vias camporum et semitas vallium.
Videntes itaque filii israel secuti sunt
illos descendentes clangentesque tubis
et ululantes post ipsos. Et quoniam assirii
non adunati in fugam ibant precipites
filii autem israel uno agmine persequentes
debilitabant omnes quos invenire potuis-
sent. Misitque ozias nuncios per omnes
civitates et regiones israel. Omnis itaque
regio omnisque urbs electam iuventu-
tem misit post eos armatam et per-
secuti sunt eos in ore gladii quousque
pervenirent ad extremitatem finium suorum.
Reliqui autem qui erant in bethulia in-
gressi sunt castra assiriorum et predam
quam fugientes assirii reliquerant ab-
stulerunt et onustati sunt valde.
Hii vero qui victores reversi fuerant cum-
si sunt ad bethuliam omnia quecumque erant
illorum abstulerunt secum ita ut non esset nu-
merus in pecoribus et iumentis et universis
mobilibus eorum ut a minimo usque ad
magnum omnes divites fierent de preda-
tionibus eorum. Joachim autem summus ponti-
fex de jerusalem venit in betuliam cum uni-
versis presbiteris suis ut videret judith.
Que cum exisset ad illum benedixerunt
illam omnes voce una dicentes. Tu glo-
ria jerusalem tu leticia israel tu honorificentia
populi nostri quia fecisti viriliter et confor-
tatum est cor tuum eo quod castitatem
amaveris et post virum tuum alterum
nescieris. Ideo et manus domini confortavit
te ideo eris benedicta in eternum. Et dixit
omnis populus fiat fiat. Per dies autem
xxx vix collecta sunt spolia assiriorum
a populo israel. Porro autem universa que
holofernis peculiaria fuisse probata
sunt dederunt judith in auro et argen-
to et vestibus et gemmis et omni supel-
lectili et tradita sunt illi omnia a populo.
Et omnes populi gaudebant cum mulieri-
bus et virginibus et iuvenibus in
organis et cytharis.

Capitulum xvi

Tunc cantavit canticum hoc domino ju-
dith dicens. Incipite domino in tym-
panis cantate domino in cymbalis modu-
lamini illi psalmum novum exultate
et invocate nomen eius. Dominus conte-
rens bella dominus nomen est illi. Qui posuit
castra sua in medio populi sui ut eri-
peret nos de manu omnium inimicorum nostrorum.
Venit assur ex montibus ab aquilone
in multitudine fortitudinis sue. Cuius mul-
titudo obturavit torrentes et equi

eorum operuerunt valles. Dixit se incen-
suru fines meos et iuuenes meos oc-
cisuru gladio, infantes meos dare
in predam et virgines in captiuitatem.
Dominus autem omnipotens nocuit eum et tradidit eum
in manus femine et confudit eum. Non enim
cecidit potens eorum a iuuenibus, nec filii
Titan percusserunt eum, nec excelsi giga-
ntes imposuerunt se illi. Sed Judith filia
Merari in specie faciei sue dissoluit
eum. Exuit enim se vestimento viduitatis
et induit se vestimento leticie in exul-
tatione filiorum Israel. Unxit faciem suam
vnguento, colligauit cincinnos suos
mitra ad decipiendum illum. Sandalia
eius rapuerunt oculos eius et pulchri-
tudo eius captiuam fecit animam eius. Am-
putauit pugione ceruicem eius. Hor-
ruerunt perse constanciam eius et [illegible]
medi audaciam eius. Tunc vlulauerunt
castra Assiriorum quando apparuerunt humiles
mei arescentes in siti. Filii puellarum
compunxerunt eos et sicut pueros fugi-
entes occiderunt eos. Perierunt in prelio
a facie domini mei. Hympnum cantemus domino,
ympnum nouum cantemus deo meo.
Adonay domine magnus es tu et precla-
rus in virtute tua et quem superare nemo
potest. Tibi seruiat omnis creatura tua, quia
dixisti et facta sunt, misisti spiritum tuum
et creata sunt, et non est qui resistat
voci tue. Montes a fundamentis moue-
buntur cum aquis, petre sicut cera liqu-
escent ante faciem tuam. Qui autem timent te
magni erunt apud te per omnia. Ve genti
insurgenti super genus meum. Dominus enim
omnipotens vindicabit in eis, in die iudicii
visitabit illos. Dabit enim ignem et
vermes in carnes eorum, et vrantur
et senciant vsque in sempiternum. Et
post hec factum est, omnis populus post victoriam
venit Jerusalem adorare dominum, et mox
ut purificati sunt obtulerunt omnes
holocaustomata et vota et repromissiones
suas. Porro Judith vniuersa arma
bellica Holofernis que dedit illi populus
et conopeum quod ipsa abstulerat de lecto tra-
didit in anathema obliuionis. Erat
autem populus iocundus secundum faciem sanctorum,
et per tres menses gaudium huius victorie
celebratum est cum Judith. Post dies
autem illos vnusquisque rediit in sua.
Et Judith magna facta est in Bethulia
et preclarior erat vniuerse terre Israel. Erat
etiam virtuti castitatis adiuncta ita ut
non agnosceret virum omnibus diebus
vite sue ex quo defunctus est Ma-
nasses vir eius. Erat autem diebus festis
procedens cum gloria magna. Mansit autem
in domo viri sui annos centum et
quinque. Et dimisit abram suam liberam,
et defuncta est ac sepulta cum viro suo
in Bethulia. Luxitque eam omnis populus illam
diebus septem. In omni autem spacio vite
eius non fuit qui perturbaret Israel et
post mortem eius annis multis. Dies
autem victorie huius festiuitatis ab He-
breis in numero sanctorum dierum accipitur
et colitur a Iudeis ex illo tempore vsque in presentem diem.

Incipit prologus in librum Hester

Librum Hester variis transla-
toribus constat esse viciatum,
quem ego de archiuis Hebreorum
reuelans verbum e verbo expressius tran-
stuli. Quem librum editio vulgata
laciniosis hinc inde verborum funibus
trahit. Addens ea que ex parte
dici poterant et audiri, sicut solitum
est scolaribus disciplinis sumpto
themate excogitare quibus verbis
vti potuit qui iniuriam passus est vel
ille qui iniuriam fecit. Vos autem o Pau-
la et Eustochium quoniam et bibliothe-
cas Hebreorum studuistis intrare et

intspectu artana coprobatis tenetes
hester hebraicu libru p singula va
nram tnslatom aspicite ut possitis
agnoscere me michil etia augmen
tasse addendo Sz fideli testio sim
pliciter sicut in hebreo habetur histo
ria hebraica latine ligwe tradis
se Nec affectam laudes hoim nec
vituperacoes expauescim deo en
placere curates minas hoim peni
tus no timem qm dissipat deus
ossa eoz qui hoibus placere deside
rat Et scdm aplm qui huiusi sut
serui xpi esse no possut Et i
libro hester alphabetu ex minio usqz
ad theta lram fecim diusis i locis
uoletes sz hoc intptu ordinem
p hoc insinuare studioso lectori Nos
em iuxta more hebreoz ordinem
psequi etia i hac editoe maluim

Incipit liber hester Caplm i^m

In diebus Asweri qui regnauit
ab india usqz ethiopiam sup c xx vii
prouincias qn sedit in solio regni
sui Susa ciuitas exordiu regni eius
fuit Tercio igitur ano Impii sui
fecit grade conuiuiu cunctis princi
pibus et pueris suis fortissis per
sarp et medoz inclitis z pfectis
prouinciaz cora se ut ostenderet diui
tias glie regni sui ac magnitudinez
atqz iactacia potetie sue multo
tpe centu videliz et lxxx dieb
Cuqz implerentur dies conuiuij in
vitauit omez pplm q inuetus est
Susis a maioro usqz ad minimu
septe diebus iussit conuiuiu prepari
in vestibulo orti et nemois quod
regio cultu z manu consitu erat Et
pendebat ex oi pte tentoria aerei
coloris et carbasini et iacintini
sustentata funibus bissinis atqz p
purreis qui eburneis circulis in
serti erat et colupnis marmo
reis fulciebant Lectuli qz aurei
et argentei sup pauimetu smarag
dino et pario stratu lapide dis
positi erat qd mira varietate
pictura decorabat Bibebat at
qui invitati erat aureis poculis
et alijs atqz alijs vasis cibi infe
rebantur Vinu qz ut magnifi
centia regia dignu erat habun
dans et pcipuu ponebat nec erat
q nolentes cogeret ad bibend Sed
sic rex statuerat ppones mensis
singulos de principibus suis ut
sumeret unusquisqz qd vellet
Vasti qz regina fecit conuiuiu fe
minaz in palacio vbi rex Asuerus
manere consueuerat Itaqz die septio
Cu rex esset hilarior et post ni
miam potacone incaluisset mero
precepit septe eunuchis qui i co
spectu eius ministrabat ut intro
ducerent regina Vasti cora rege
posito sup capite eius diadema
te ut ostenderet cunctis pplis z prin
cipibus illius pulchritudinez Erat
em pulchra valde Que renuit et

ad regis imperium quod per eunuchos
mandaverat venire contempsit. Unde ira-
tus rex et nimio furore succensus
interrogavit sapientes qui ex more
regio ei semper aderant et quorum con-
silio cuncta faciebat scientium le-
ges ac iura maiorum. Erant autem primi
ac proximi septem duces Persarum atque
Medorum qui videbant faciem regis et
primi post eum residere soliti erant. C-
uius sententie Vasti regina subiaceret
que Asueri regis imperium quod per
eunuchos mandaverat facere noluisset.
Responditque Mamucha audiente rege
atque principibus. Non solum regem
lesit regina Vasti sed et omnes princi-
pes et populos qui sunt in cunctis provinciis
regis Asueri. Egredietur enim sermo re-
gine ad omnes mulieres ut contempnant
viros suos et dicant. Rex Asuerus iussit
ut regina Vasti intraret ad eum et illa
noluit atque hoc exemplo omnes principum
coniuges Persarum atque Medorum parvi pe-
dent imperia maritorum. Unde regis iusta
est indignatio. Et si tibi placet egre-
diatur a facie tua edictum et scribatur
iuxta legem Persarum et Medorum quam preteriri
illicitum est ut nequaquam ultra Vasti
ingrediatur ad regem. Sed regnum illius
altera que melior illa est accipiat. Et
hoc in omne quod latissimum est provinciarum
tuarum divulgetur imperium ut cuncte
uxores tam maiorum quam minorum defe-
rant maritis suis honorem. Placuit
consilium eius regi et cunctis principibus
fecitque rex iuxta consilium Mamuche
et misit epistolas per universas provincias
regni sui ut quique gentes audire et legere
poterant diversis linguis et litteris esse viros
principes ac maiores in domibus suis et
hoc per cunctos populos divulgari

His itaque gestis postquam **Capitulum II**
regis Asveri deferbuerat in-
dignatio. Recordatus est Vasti et que
fecisset vel que passa esset. Dixerunt-
que pueri regis ac ministri eius. Querantur
regi puelle virgines ac speciose
et mittantur qui considerent per universas
provincias puellas speciosas et vir-
gines et adducant eas ad civitatem
Susam et tradant eas in domum feminarum
sub manu Egei eunuchi qui est prepositus
et custos puellarum regiarum et accipi-
ant mundum muliebrem et cetera ad usus
necessaria. Et quecumque inter omnes oculis regis
placuerit ipsa regnet pro Vasti. Pla-
cuit sermo regi et ita ut suggesserant
iussit fieri. Erat vir Iudeus in civitate
Susis nomine Mardocheus filius Iayr
filii Semei filii Cis de stirpe Iemi-
ni qui translatus fuerat de Ierusalem eo tempore quo
Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor
rex Babilonis transtulerat qui fuit nu-
tricius filie fratris sui Edisse que altero
nomine Hester vocabatur et utrumque pa-
rentem amiserat pulchra nimis et de-
cora facie. Mortuisque patre eius et
matre Mardocheus sibi eam adoptavit
in filiam. Cumque percrebruisset regis imperium
et iuxta mandatum illius multe virgines
pulchre adducerentur Susam et Egeo
traderentur eunucho Hester quoque inter
ceteras puellas ei tradita est ut ser-
varetur in numero feminarum. Que placuit ei
et invenit graciam in conspectu illius ut
acceleraret mundum muliebrem et tra-
deret ei partes suas. Et septem puellas
speciosissimas de domo regis et tam ipsam
quam pedissequas eius ornaret atque excol-
leret. Que noluit ei indicare populum et
patriam suam. Mardocheus enim preceperat
ei ut de hac re omnino reticeret qui deam-

bulabat cottidie ante vestibulum do
mus in qua electe virgines servabant
curam agens salutis hester et scire vo
lens quid ei accideret. Cum autem ve
nisset tempus singularum per ordi
nem puellarum ut intrarent ad regem
expletis omnibus que ad cultum mu
liebrem pertinebant mensis xii verte
batur ita dumtaxat ut sex mensi
bus oleo ungerentur mirtino et
aliis sex quibusdam aliis pigmentis
et aromatibus uterentur. Ingredien
tesque ad regem quidquid postulasset
ad ornatum pertinens accipiebant
et ut eis placuerat composite de
triclinio feminarum ad regis cubiculum
transiebant et que intraverat vespere
egrediebatur mane atque inde
in secundas edes deducebatur. Que
sub manu sasagazi eunuchi erat
qui concubinis regis presidebat nec
habebat potestatem ultra ad regem rede
undi nisi voluisset rex et eam veni
re iussisset ex nomine. Evoluto autem
tempore per ordinem instabat dies qua
hester filia abiahel fratris mardo
chei quam sibi adoptaverat in filiam
intrare deberet ad regem. Que non
quesivit muliebrem cultum sed quecumque
voluit egeus eunuchus custos
virginum hec ei ad ornatum dedit.
Erat enim formosa valde et incredi
bili pulchritudine omnium oculis gra
ciosa et amabilis videbatur. Ducta
est itaque ad cubiculum regis asueri
mense decimo qui vocatur tebeth septimo
anno regni eius et amavit eam
rex plus quam omnes mulieres habuitque
gratiam et misericordiam coram eo super omnes
mulieres et posuit diadema regni
in capite eius. Fecitque eam regnare

in loco vasti. Et iussit convivium
preparari permagnificum cunctis princi
pibus et servis suis pro coniunctione
et nuptiis hester. Et dedit requiem
universis provinciis et dona largitus
est iuxta magnificentiam principalem.
Cumque et secundo quererentur virgines
et congregarentur. Mardocheus
manebat ad regis ianuam nec
dumque prodiderat hester patriam suam et
populum suum iuxta mandatum eius. Quidquid
enim ille precipiebat observabat hester
et ita cuncta faciebat ut eo tempore so
lita erat quo eam parvulam nutriebat.
Eo igitur tempore quo mardocheus ad
regis ianuam morabatur. Irati sunt
bagathan et thares duo eunuchi
regis qui ianitores erant et in primo
pallacii limine presidebant. Volue
runtque insurgere in regem et occidere eum.
Quod mardocheum non latuit. Sta
timque nunciavit regine hester et
illa regi ex nomine mardochei qui
ad se rem detulerat. Quesitum est
et inventum et appensus est uterque
in patibulo mandatumque est historiis
et annalibus traditum coram rege.

Post hec rex asuerus Ca. iii
exaltavit aman filium ama
dathi qui erat de stirpe agag et
posuit solium eius super omnes princi
pes quos habebat. Cunctique servi
regis qui in foribus pallacii ver
sabantur flectebant genua et
adorabant aman. Sic enim eis preceperat
imperator. Solus autem mardocheus
non flectebat genua neque adora
bat eum. Cui dixerunt regis pueri
qui ad fores pallacii presidebant.
Cur preter ceteros non observas

mandata regis. Cumque hoc crebrius
diceret et ille nollet audire, nuncia-
verunt aman scire cupientes utrum
perseveraret in sententia, dixerat enim eis
se esse iudeum. Quod cum audisset
Aman et experimento probasset quod
mardocheus sibi non flecteret genu
nec se adoraret. Iratus est valde
et pro nichilo duxit in unum mar-
docheum mittere manus suas. Audie-
rat enim quod esset gentis iudee magisque
voluit omnem iudeorum qui erant
in regno asweri perdere nacionem. Mense
primo cuius vocabulum est nisan an-
no duodecimo regni asweri missa est sors
in urnam que hebraice dicitur phur co-
ram Aman quo die et quo mense
gens iudeorum deberet interfici. Et
exivit mensis duodecimus qui vocatur adar.
Dixitque Aman regi asweo. Est
populus per omnes provincias regni tui
dispersus et a se mutuo separatus
novis utens legibus et cerimoniis
Insuper et regis scita contempnens et
optime nosti quod non expediat regno
tuo ut insolescat per licenciam. Si tibi
placet decerne ut pereat et decem
milia talentorum appendam archariis
gaze tue. Tulit ergo rex anulum quo
utebatur de manu sua et dedit eum Ama
filio amadathi de progenie agag
hosti iudeorum. Dixitque ad eum. Argen-
tum quod polliceris tuum sit, de populo
age quod tibi placet. Vocatique
sunt scribe regis mense primo nisan
tertiodecimo die eiusdem mensis et scriptum
est ut iusserat aman ad omnes satra-
pas regis et iudices provinciarum diversa-
rumque gentium ut quaeque gens legere
poterat et audire pro varietate lin-
guarum ex nomine regis Asweri et litte-

signate ipsius anulo, misse sunt per
cursores regis ad universas provin-
cias ut occiderent atque delerent omnes
iudeos a puero usque ad senem parvu-
los et mulieres uno die hoc est tertio-
decimo mensis duodecimi qui vocatur adar
et bona eorum diriperent. Summa autem
epistolarum hec fuit ut omnes provincie
scirent et pararent se ad predictam
diem. Festinabantque cursores qui
missi erant explere regis imperium.
Statimque in Susis pependit edictum
a rege et aman celebrante convi-
vium et cunctis iudeis qui in urbe
erant flentibus.

Capitulum iiii.

Que cum audisset mardocheus
scidit vestimenta sua et indutus
est sacco spargens cinerem capiti suo
et in platea medie civitatis voce
magna clamabat ostendens ama-
ritudinem animi sui et hoc eiulatu
usque ad fores pallacii gradiens. Non
enim erat licitum indutum sacco aulam
regis intrare. In omnibus quoque provinciis
oppidis ac locis ad que crudele re-
gis dogma pervenerat planctus ingens
erat apud iudeos ieiunium ulula-
tus et fletus sacco et cinere multis
pro strato utentibus. Ingresse sunt
autem puelle hester et eunuchi nun-
ciaveruntque ei. Que audiens conster-
nata est et misit vestem ut ablato
sacco indueret eam quam accipere noluit.
Accitoque athac eunucho quem
rex ministrum ei dederat precepit ut
iret ad mardocheum et disceret ab eo
quid hoc esset. Egressusque athac
ivit ad mardocheum stantem in pla-
tea civitatis ante ostium pallacii qui
indicavit ei omnia que acciderant
Quomodo Aman promisisset ut in thesauros

regis pro iudeorum nece miserat argentum. Exemplar quoque edicti quod pendebat Susis dedit ei ut regine ostenderet et moneret eam ut intraret ad regem et deprecaretur eum pro populo suo. Regressusque athac nunciavit hester omnia que mardocheus dixerat. Que respondit ei et iussit ut diceret mardocheo. Omnes servi regis et cuncte que sub dicione eius sunt noverunt provincie quod sive vir sive mulier non vocatus interius atrium regis intraverit absque ulla cunctacione statim interficiatur nisi forte rex auream virgam ad eum tetenderit pro signo clemencie atque ita possit vivere. Ego igitur quomodo ad regem intrare potero que iam triginta diebus non sum vocata ad eum. Quod cum audisset mardocheus rursum mandavit hester dicens. Ne putes quod tantum animam tuam liberes quia in domo regis es pre cunctis iudeis. Si enim nunc silueris per aliam occasionem liberabuntur iudei et tu et domus patris tui peribitis. Et quis novit utrum idcirco ad regnum veneris ut in tali tempore parareris. Rursumque hester hec mardocheo verba mandavit. Vade et congrega omnes iudeos quos in Susis reperies et orate pro me. Non comedatis et non bibatis tribus diebus ac tribus noctibus et ego cum ancillis meis similiter ieiunabo. Et tunc ingrediar ad regem contra legem faciens non vocata tradensque me morti et periculo. Ivit itaque mardocheus et fecit omnia que ei hester preceperat. Capitulum V

Die autem tercio induta est hester regalibus vestimentis et stetit in atrio domus regie quod erat interius contra basilicam regis. At ille sedebat super solium suum in consistorio palacii contra ostium domus. Cumque vidisset hester reginam stantem placuit oculis eius. Et extendit contra eam virgam auream quam manu tenebat. Que accedens osculata est summitatem virge eius. Dixitque ad eam rex. Quid vis hester regina. Que est peticio tua. Etiam si dimidiam partem regni petieris dabitur tibi. At illa respondit. Si regi placet obsecro ut venias ad me hodie et aman tecum ad convivium quod paravi. Statimque rex vocate inquit cito aman ut hester obediat voluntati. Venerunt itaque rex et aman ad convivium quod eis regina paraverat. Dixitque ei rex postquam vinum biberat habundanter. Quid petis ut detur tibi et pro qua re postulas. Etsi dimidiam partem regni mei pecieris impetrabis. Cui respondit hester. Peticio mea et preces iste sunt. Si inveni graciam in conspectu regis. Si regi placet ut det michi quod postulo et meam impleat peticionem. Veniat rex et aman ad convivium quod paravi eis et cras regi aperiam voluntatem meam. Egressus est itaque illo die aman letus et alacer. Cumque vidisset mardocheum sedentem ante fores pallacii foris et non solum non assurrexisse sibi nec motum quidem de loco sessionis sue indignatus est valde. Et dissimulata ira reversus est in domum suam. Convocavit ad se amicos et zares uxorem suam et exposuit illis magnitudinem diviciarum suarum filiorumque turbam et quanta eum gloria super omnes principes et servos eius rex elevasset. Et post hec ait. Regina hester

quod nullum alium vocavit cum rege ad
convivium preter me. Apud quam etiam
cras cum rege pransurus sum. Et hec
omnia habeam nichil me habere puto
quamdiu mardocheum video sedentem
ante fores regias. Responditque ei zares
uxor eius et ceteri amici. Iube pa
rari excelsam trabem habentem alti
tudinis quinquaginta cubitos et dic
mane regi ut appendatur super eam
mardocheus et sic ibis cum rege le
tus ad convivium. Placuit ei consilium
et iussit preparari excelsam crucem

Noctem illa rex duxit Cap vi
insompnem iussitque sibi afferri
historias et annales priorum temporum.
Que cum illo presente legerentur venit
tum est ad eum locum ubi scriptum erat quomodo
nunciasset mardocheus insidias
bagathan et thares eunuchorum
regis qui voluerant iugulare regem assuerum.
Quod cum rex audisset ait. Quid
pro hac fide honoris et premii conseque
tus est mardocheus. Dixeruntque ei
servi illius ac ministri. Nichil omnino
mercedis accepit. Statimque rex ait Quis
est in atrio? Aman quippe
interius atrium domus regie intraverat
ut suggereret regi ut iuberet mar
docheum affigi patibulo quod ei fuerat
preparatum. Responderunt pueri Aman stat
in atrio. Dixitque rex ingrediatur.
Cumque esset ingressus ait illi. Quid
debet fieri viro quem rex honorare
desiderat. Cogitans autem aman in corde
suo et reputans quod nullum alium rex
nisi se vellet honorare. Respondit
Homo quem rex honorare cupit debet
indui vestibus regiis et imponi
super equum qui de sella regis est
et accipere dyadema regium super
caput suum et primus de regiis princi
pibus ac tyrannis teneat equum
eius et per plateas civitatis ince
dens clamet et dicat. Sic honorabi
tur quemcumque rex voluerit honorare.
Dixitque ei rex festina et assump
ta stola et equo fac ut locutus es
mardocheo iudeo qui sedet ante
fores palacii. Cave ne quidquam
de his que locutus es pretermittas. Tulit
itaque aman stolam et equum indutumque
mardocheum in platea civitatis
et impositum equo precedebat atque
clamabat. Hoc honore condignus
est quemcumque rex voluerit honorare.
Reversusque est mardocheus ad ianuam
palacii. Et aman festinavit ire in
domum suam lugens et operto capite.
Narravitque zares uxori sue et amicis
omnia que evenissent sibi. Cui responderunt
sapientes quos habebat in consilio et
uxor eius. Si de semine iudeorum est
mardocheus ante quem cadere cepisti
non poteris ei resistere sed cades in con
spectu eius. Adhuc illis loquentibus
venerunt eunuchi regis et cito eum
ad convivium quod regina paraverat
pergere compulerunt. Cap vii

Intravit itaque rex et aman ut
biberent cum regina. Dixitque ei rex
etiam in secundo die postquam vino inca
luerat. Que est peticio tua hester
ut detur tibi et quid vis fieri tibi
etiam si dimidiam partem regni mei
petieris impetrabis. Ad que illa
respondit. Si inveni graciam in oculis tuis
o rex et si tibi placet. Dona michi
animam meam pro qua rogo et populum
meum pro quo obsecro. Traditi enim
sumus ego et populus meus ut con
teramur et iugulemur et pereamus

atque utinam in servos et famulas
venderemur esset tollerabile malum et
gemens tacerem. Nunc autem hostis noster
est cuius crudelitas redundat in re-
gem. Respondensque rex Asuerus ait
Quis est iste et cuius potencie ut hec
audeat facere. Dixitque Hester: Hostis
noster et inimicus pessimus iste est Aman.
Quod ille audiens illico obstupuit
vultum regis ac regine ferre non
sustinens. Rex autem surrexit iratus
et de loco convivii intravit ortum ar-
boribus consitum. Aman quoque surrexit
ut rogaret Hester reginam pro anima
sua. Intellexit enim a rege sibi paratum
malum. Qui cum reversus esset de orto
et intrasset convivii locum repperit
Aman super lectulum corruisse in quo iace-
bat Hester et ait: Etiam reginam vult
opprimere me presente in domo mea.
Necdum verbum de ore regis exierat et sta-
tim operuerunt faciem eius. Dixitque
Arbona unus de eunuchis qui sta-
bant in ministerio regis: En lignum quod
paraverat Mardocheo qui locutus est pro
rege stat in domo Aman habens
altitudinis L cubitos. Cui dixit rex:
Appendite eum in eo. Suspensus est
itaque Aman in patibulo quod pa-
raverat Mardocheo et regis ira quievit.

Cap viii

Die illo dedit rex
Asuerus Hester regine do-
mum Aman adversarii iudeorum et
Mardocheus ingressus est ante faciem
regis. Confessa est enim Hester ei quod
esset patruus eius. Tulitque rex a-
nulum quem ab Aman recipi iusserat
et tradidit Mardocheo. Hester autem
constituit Mardocheum super domum
suam. Nec his contenta procidit ad pedes
regis flevitque et locuta est ad eum
oravit ut maliciam Aman agagite
et machinaciones eius pessimas quas
excogitaverat contra iudeos iuberet
irritas fieri. At ille ex more sceptrum
aureum protendit manu quo signum
clemencie monstrabatur. Illaque consur-
gens stetit ante eum et ait: Si placet
regi et si inveni graciam coram oculis
eius et deprecacio mea non ei videtur
contraria obsecro ut novis epistolis
veteres Aman littere insidiatoris et hos-
tis iudeorum quibus eos in cunctis regis
provinciis perire preceperat corrigantur.
Quomodo enim sustinere potero necem
et interfeccionem populi mei. Dixitque rex
Asuerus Hester regine et Mardo-
cheo iudeo: Domum Aman concessi
Hester regie et ipsum precepi affigi
cruci quia ausus est manum mittere
in iudeos. Scribite ergo iudeis sicut
vobis placet ex regis nomine signan-
tes litteras anulo meo. Hec enim con-
suetudo erat ut epistolis que ex re-
gis nomine mittebantur et illius anu-
lo signate erant nemo auderet
contradicere. Accitis itaque scribis
et librariis regis erat autem tempus tercii
mensis qui appellatur Syban vicesima
et tercia illius die scripte sunt epistole
ut Mardocheus voluerat ad iude-
os et ad principes procuratoresque et
iudices qui centum et xxvii provinciis
ab India usque Ethiopiam presidebant
provincie atque provincie populo et populo
iuxta linguas et litteras suas et iudeis
ut legere poterant et audire. Ipseque
epistole que ex regis nomine mittebantur
anulo illius obsignate sunt et misse
per veredarios qui per omnes
provincias discurrentes veteres litteras
novis nunciis prevenirent. Quibus
imperavit rex ut convenirent iudeos

per singulas civitates et in unum pre-
ciperent congregari ut starent pro anima-
bus suis et omnes inimicos suos cum co-
niugibus ac liberis et universis do-
mibus suis interficerent atque delerent
Et constituta est per omnes provincias una
ultionis dies id est xiii die mensis duo-
decimi adar. Omnia que supra scripta sunt
ut in omnibus terris ac populis qui regis
asueri imperio subiacebant notum fieret
paratos esse iudeos ad capiendam vin-
dictam hostibus suis. Egressique sunt
veredarii celeres nuntios perferen-
tes et edictum regis pependit in susis
Mardocheus autem de pallacio et de fo-
ribus regis egrediens fulgebat ves-
tibus regiis iacinctinis videlicet
et aereis ac sericis auream coro-
nam portans in capite suo et amictus
pallio serico atque purpureo. Omnis-
que civitas exultavit atque letata est
Iudeis autem nova lux oriri visa est
gaudium honor et tripudium apud
omnes populos urbes atque omnes provincias
quocumque regis iussa veniebant mi-
ra exultatio epule atque convivia
et festos dies in tantum ut plures
alterius gentis et secte eorum reli-
gioni et cerimoniis iungerentur.

Cap. ix

Grandis enim cunctos
iudaici nominis terror invaserat
Igitur duodecimi mensis quem adar
vocari ante iam diximus xiii die quando
omnibus iudeis interfectio parabatur
et hostes eorum insidiabantur versa
vice iudei superiores esse ceperunt
et se de adversariis vindicare. Con-
gregatique sunt per singulas civitates
oppida et loca ut extenderent
manus contra inimicos et persecu-
tores suos. Nullusque ausus est resistere
eo quod in omnes populos magnitudinis
eorum formido penetraverat. Nam
et provinciarum iudices duces et procura-
tores omnisque dignitas que singulis locis
et opibus preerat extollebat iudeos
timore mardochei quem principem
esse pallacii et plurimum posse cog-
noverat. Fama quoque nominis eius cresce-
bat cottidie et per cunctorum ora voli-
tabat. Itaque percusserunt iudei inimi-
cos suos plaga magna et occide-
runt eos reddentes eis quod sibi pa-
raverant facere in tantum ut etiam in Susis
quingentos viros occiderent et decem
filios aman agagite hostis iudeo-
rum quorum ista sunt nomina phasan-
datha delphon hesphata forota
zadalia aridatha epster messpha
arizai aridai et vaizatha. Quos
cum occidissent predas de substantiis
eorum tangere noluerunt. Statimque numerus
eorum qui occisi erant in Susis ad re-
gem relatus est. Qui dixit regine in
urbe susis interfecerunt iudei quingentos
viros et alios decem filios aman quan-
tam putas eos exercere cedem in uni-
versis provinciis. Quid ultra postulas
et quid vis ut fieri iubeam. Cui illa
respondit. Si regi placet detur potestas iudeis
ut sicut hodie fecerunt in susis sic
et cras faciant et decem filii aman in
patibulis suspendantur. Precepitque
rex ut ita fieret. Statimque in susis
suspendit edictum et decem filii aman
suspensi sunt. Congregatis iudeis
xiiii die mensis adar interfecti sunt
in Susis trecenti viri nec eorum ab
illis direpta est substantia. Sed et per omnes
provincias que dicioni regis subiacebant

pro animabus suis steterunt iudei inter
fectis hostibus ac persecutoribus suis
et in tantum ut lxxv milia occiderent
et nullus de substantiis eorum quicquam
contingeret. Dies autem xiii mensis adar
unus apud omnes interfectionis fuit
et xiiii die cede desierunt. Quem
constituere esse sollempnem ut in eo omni
deinceps tempore vacaretur epulis gau
dio atque conviviis. At hii qui in urbe
Susis cedem exercuerunt xiii et xiiii
eiusdem mensis die in cede versati sunt.
xv autem die percutere desierunt et ideo
eundem diem constituere sollempnem
epularum atque leticie. Hii vero iudei
qui in oppidis non muratis ac villis
morabantur xiiii diem mensis adar
conviviorum et gaudii decreverunt ita
ut exultent in eo et mittant sibi
mutuo partes epularum et ciborum.
Scripsit itaque mardocheus omnia
hec et litteris comprehensa misit ad iu
deos qui in omnibus provinciis regis mo
rabantur tam in vicino positis quam
procul ut xiiiiam et xvam diem mensis adar
pro festis susciperent et revertente semper an
no sollempni honore celebrarent quia
in ipsis diebus se ulti sunt iudei de
inimicis suis et luctus atque tristicia
in hilaritatem gaudiumque conversa sunt.
Essentque isti dies epularum atque leticie
et mitterent sibi invicem ciborum partes
et pauperibus munuscula largi
rentur. Susceperunt que iudei in sollemp
ne ritu cuncta que eo tempore facere
ceperunt et que mardocheus litteris
facienda mandaverat. Aman enim
filius amadathi stirpis agag
hostis et adversarius iudeorum cogi
tavit contra eos malum ut occi
deret illos atque deleret et misit phur

quod nostra lingwa vertitur in sortem. Et
postea ingressa est hester ad regem
obsecrans ut conatus eius litteris regis
irriti fierent et mala que contra iudeos
cogitaverat reverterentur in caput eius.
Denique et ipsum et filios eius affixerunt
cruci. Atque ex illo tempore dies isti ap
pellati sunt phurim id est sortium eo
quod phur id est sors missa fuerit in urna.
Et cuncta que gesta sunt epistole id est
libri huius volumine continentur quaeque
sustinuerint et que deinceps immu
tata sunt. Susceperunt iudei super se
et super semen suum et super cunctos
qui religioni eorum voluerint copula
ri ut nulli liceat hos duos dies ab
sque sollempnitate transire quos scriptura
testatur et certa expetunt tempora annis
sibi iugiter succedentibus. Isti sunt
dies quos nulla umquam delebit obli
vio et per singulas generationes cuncte que
in toto orbe sunt provincie celebrabunt.
Nec est ulla civitas in qua dies phu
rim id est sortium non observentur a iude
is et ab eorum progenie que huiusce
rimoniis obligata est. Scripseruntque
hester regina filia abiahel et
mardocheus iudeus etiam secundam epis
tolam ut omni studio ~~[illegible]~~ dies ista sol
lempnis fieret in posterum. Et
miserunt ad omnes iudeos qui in cxxvii
provinciis regis asueri versabantur
et ut haberent pacem et susciperent
veritatem observantes dies sortium
et suo tempore cum gaudio celebrarent
sicut constituerat mardocheus et
hester et illi observanda susceperant
a se et a semine suo ieiu
nia atque clamores et sortium dies
et omnia que libro hester continentur

Rex vero Asuerus omnem **Cap x**
terram et cunctas maris insu-
las fecit tributarias cuius forti-
tudo et imperium et dignitas atque subli-
mitas qua exaltavit mardocheum
scripta sunt in libris medorum et persarum
et quomodo mardocheus iudaici
generis secundus a rege Asuero fuit
et magnus apud iudeos et accep-
tabilis plebi fratrum suorum querens
bona populo suo et loquens que ad
pacem sui seminis pertinent Que haben-
tur in hebreo plena fide expressi
Hec autem que secuntur scripta reperi
in editione vulgata que grecorum lin-
gua et litteris continetur et interim post
finem libri hoc capitulum ferebatur quod
iuxta consuetudinem nostram obelo id est
veru prenotavimus Dixitque
mardocheus A deo facta sunt ista
Recordatus sum sompnii quod videram
hec eadem significantis nec eorum
quidquam irritum fuit parvus fons
qui crevit in fluvium et in lucem sole-
que conversus est et in aquas plurimas
redundavit hester est quam rex ac-
cepit uxorem et voluit esse regi-
nam Duo autem dracones ego sum et
Aman Gentes que convenerant hii
sunt qui delere nomen conati sunt
iudeorum Gens autem mea israel est que
clamavit ad dominum et salvum fecit dominus
populum suum liberavitque nos de omnibus
malis et fecit signa magna et
portenta inter gentes Et duas
sortes esse precepit Unam populi dei
et alteram cunctarum gencium Venitque
utraque sors in statutum ex tunc
iam tempore coram deo universis gentibus
Et recordatus est dominus populi sui ac
misertus est hereditatis sue et obser-
vabuntur dies isti in mense adar
xiiii et xv die mensis eiusdem cum omni
studio et gaudio in unum cetum
populi congregati in cunctas deinceps
generationes populi israhel **Cap xi**
Anno quarto regnantibus pto-
lomeo et cleopatra attule-
runt dositheus qui se sacerdotem
levitici generis ferebat et ptolo-
meus filius eius hanc epistolam phu-
rim quam dixerunt interpretatum esse
lisimachum ptolomei filium in ierusalem
Hoc quoque principium erat in editione
vulgata quod nec in hebreo nec apud
ullum fertur interpretum Anno secundo
regnante Artaxerse maximo primo
die mensis nisan vidit sompnium
mardocheus filius iairi filii semei
filii cis de tribu beniamin homo
iudeus qui habitabat in urbe susis vir mag-
nus et inter primos aule regie Erat
autem de eo numero captivorum quos transtu-
lerat nabuchodonosor rex babi-
lonis de ierusalem cum iechonia rege iuda
Et hoc eius sompnium fuit Apparu-
erunt voces et tonitrua et tumul-
tus et terremotus et conturbacio
super terram Et ecce duo dracones
magni parati contra se in prelium ad
quorum clamorem cuncte concitate
sunt nationes ut pugnarent contra
gentem iustorum Fuitque dies illa te-
nebrarum et discriminis tribulacionis
et angustie et ingens formido
super terram Conturbataque est gens
iustorum timentium mala sua et preparata

ad morte. Clamauerūtqȝ ad deū et
illis vociferātibus fons paruus creuit
in fluuiū maximū et in aquas plimas
redundauit. Lux et sol ortus ē et
humiles exaltati sūt ⁊ deuorauerūt
inclitos. Quod cū vidisset mar-
docheus et surrexisset de stratu
cogitabat quid deus facere vellet
et fixū habebat ī aīo scire cupiens
quid significaret sōpniū. Cap xii

Morabat aūt eo tpe in aula re-
gis cū bagatha et thara eu-
nuchis regis qui ianitores erant
pallacij. Cūqȝ intellexisset cogi-
tacões eorū et curas diligencius
puidisset didicit q conarent̄ in
rege artaxersen manū mitte-
et nunciauit sup eo regi. Qui de
vtroqȝ habita questiōe cōfessos duci
iussit ad morte. Rex aūt qd gestū
erat scripsit in cōmentarijs. Sed et
mardocheus rei memoriā litteris
tradidit. Precepitqȝ ei rex ut in
aula pallacij moraret̄ datis ei
p delatōe muneribus. Aman
vo filius amadathi bugeus erat
gloriosissimus corā rege ⁊ voluit no-
cere mardocheo et ppło eius p du-
obus regis eunuchis qui fuerant
interfecti. Huc usqȝ phemiū. Que
secuntur in eo loco posita erant
ubi scriptū ē in volumine ⁊ diripu-
erūt bona uł substācias eorū. que ī sola
edicōe vulgata reperimus. Exple
autem hoc exemplar fuit. xiii

Rex maximus arta xerses
ab India usqȝ ethiopiam
cxxvij puinciarū principibus et
ducibus qui eius subiecti sunt
imperio salutem dicit. Cū plurimis
gentibus imperarem ⁊ vniuersum
orbem mee dicōni subiugassem
volui neqȝ abuti potestatis magni-
tudine sed clemencia et lenitate gu-
bernare subiectos ut absqȝ vllo ter-
rore vitā silēcio transigentes optata cunc-
tis mortalibus pace fruerent̄. Querente
aūt me a consiliarijs meis quō hoc
posset impleri, vnus qui sapiā ⁊ fide ceteros
precellebat ⁊ erat scds post regem Aman
noīe indicat̄ mihi ī toto orbe terrarū populū
esse dispsū q nouis vteret̄ legibus ⁊ cōt'
omniū gencium facies consuetudines regū
iussa cōtemnēs ⁊ vniuersarū cōcordiā
nacionū sua dissensiōe violaret.
Quod cū didicissemus videntes vnam
gentē rebellē aduersū omne hominū genus
puersis vti legibus, nrisqȝ iussionibus
contraire ⁊ turbare subiectarū nobis p-
vinciarū pacē ⁊ concordiā, iussimus ut
quoscumqȝ Aman qui omnibus puincijs ppo-
situs ē ⁊ scds a rege ⁊ quē patris loco
colimus monstrauerit cū coniugibus
et liberis deleant̄ ab inimicis suis
nullusqȝ eorū misereat̄ xiiij die duo-
decimi mensis adar anni presentis ut ne-
pharij homines vno die ad inferos descē-
dentes reddant imperio nro pacē quā
turbauerant. Huc usqȝ exemplar ep̄le. Que
secuntur post eū locū scripta repi ubi le-
gitur Pergensqȝ mardocheus fecit omnia q
ei mandauerat hester. Nec tñ habent̄ ī he-
braico ⁊ apud nullum penitus feruntur inter-
ptū. Mardocheus aūt deprecatus ē dnm Oro
memor omniū operū eius ⁊ dixit. Dñe dñe
rex omps ī dicōne tua cuncta sunt posita
⁊ nō ē qui tue possit resistere voluntati
si decreueris saluare isrł. Continuo libe-
rabimur. Tu fecisti celū ⁊ terrā ⁊ quicq̄d

celi ambitu continetur. Dominus omnium es nec
est qui resistat magestati tue. Cuncta
nosti et scis quod non pro superbia et contume-
lia et aliqua glorie cupiditate fecerim
hoc ut non adorarem Aman superbis-
simum. Libenter enim pro salute Israel etiam
vestigia pedum eius deosculari paratus essem
sed timui ne honorem dei mei transferrem
ad hominem et ne quemquam adorarem excepto
deo meo. Et nunc domine rex deus Abraham
miserere populo tuo quia volunt nos inimici
nostri perdere et hereditatem tuam delere. Ne de-
spicias partem tuam quam redemisti de Egip-
to. Exaudi deprecationem meam et propicius
esto sorti et funiculo hereditatis tue et con-
verte luctum nostrum in gaudium ut viven-
tes laudemus nomen tuum domine et ne claudas
ora canentium te. Omnis quoque Israel pari mente
et obsecratione clamavit ad dominum eo quod eis
certa mors impenderet. Cap. xiiii

Hester quoque regina confugit ad dominum
pavens periculum quod imminebat. Cumque
deposuisset vestes regias fletibus
et luctui apta indumenta suscepit
et pro unguentis variis cinere et stercore
implevit caput et corpus suum humiliavit
ieiuniis. Omniaque loca in quibus antea le-
tari consueverat crinium laceratione con-
plevit. Et deprecabatur dominum deum Israel
dicens: Domine mi qui rex noster es solus adiu-
va me solitariam. Et cuius preter te nullus
auxiliator est alius. Periculum meum in
manibus tuis est. Audivi a patre meo
quod tu tulisses Israel de cunctis gentibus
et patres nostros ex omnibus retro maioribus
suis ut possiderent hereditatem sempiternam
fecistique eis sicut locutus es. Peccavi-
mus in conspectu tuo et ideo tradidisti
nos in manus inimicorum nostrorum. Coluimus
enim deos eorum. Iustus es domine. Et nunc
non eis sufficit quod durissima nos op-
primunt servitute sed robur manuum su-
arum ydolorum potentie deputantes vo-
lunt tua mutare promissa et delere here-
ditatem tuam et claudere ora te laudantium
atque extinguere gloriam templi et altaris
tui ut aperiant ora gentium et laudent
ydolorum fortitudinem et predicent carnalem
regem in sempiternum. Ne tradas domine
sceptrum tuum hiis qui non sunt ne
irrideant ad ruinam nostram sed converte
consilium eorum super eos et eum qui in nos cepit
sevire disperde. Memento domine et ostende
te nobis in tempore tribulationis nostre et
michi da fiduciam domine rex deorum et uni-
verse potestatis. Tribue sermonem composi-
tum in ore meo in conspectu leonis et transfer
cor illius in odium hostis nostri et ut ipse
pereat et ceteri qui ei consentiunt. Nos autem
libera in manu tua et adiuva me nullum
aliud habentem auxilium nisi in te deus
qui habes omnium scientiam et nosti quia oderim
gloriam iniquorum et detestor cubile in-
circumcisorum et omnis alienigene. Tu
scis infirmitatem et necessitatem meam
quia abhominer signum superbie et
glorie mee quod est super caput meum in die-
bus ostentationis mee et detester illud
tram quid agam non apprehendam eum
Si me vertam ad dexteram non videbo
illum Ipse vero scit viam meam et pro-
babit me quasi aurum quod per ignem
transit Vestigia eius secutus est
pes meus viam eius custodivi et non
declinavi ex ea A mandatis labiorum
eius non recessi et in sinu meo ab-
scondi verba oris eius Ipse enim solus est
et nemo avertere potest cogitationes eius et
anima eius quodcumque voluit hoc fecit
Cum compleverit in me voluntatem suam
et alia multa similia presto sunt ei et
idcirco a facie eius turbatus sum
et considerans eum timore sollicitor
Deus mollivit cor meum et omnipotens con-
turbavit me Non enim perii propter
imminentes tenebras nec faciem meam
operuit caligo

Cap xxiiii

Ab omnipotente non sunt abscon-
dita tempora qui autem noverunt eum
ignorant dies illius Alii terminos
transtulerunt diripuerunt greges
et paverunt eos Asinum pupillorum
abegerunt et abstulerunt pro pignore
bovem vidue Subverterunt pauperum
viam et oppresserunt pariter mansuetos terre
Alii quasi onagri in deserto egrediuntur
ad opus suum vigilantesque ad predam
preparant panem liberis Agrum non suum
demetunt et vineam eius quem vi op-
presserunt vindemiant Nudos dimit-
tunt homines indumenta tollentes quibus
non est operimentum in frigore Quos
imbres montium rigant et non ha-
bentes velamen amplexantur lapi-
des Vim fecerunt depredantes pupil-
los et vulgus pauperum despolia-
verunt Nudis et incedentibus absque
vestitu et esurientibus tulerunt spi-
cas Inter acervos eorum meridiati
sunt qui calcatis torcularibus sitiunt
De civitatibus fecerunt viros gemere

et aie vulneratoz clamabut ⁊ deus
ultu abire no patitur Ipi fuert
rebelles lumi nescierūt vias eius
nᶜ reuisi sūt p semitas illius Mane
pmo consurgit homicida interficiet
egenu et paupem Per noctē vo
erit qsi fur Oculus adulteri obsuat
caligine dicens No me videbit o
culus et opiet vultu suu Perfodiut
in tenebris domos sicut in die condix
erāt sibi et ignorauerūt luce Si
subito apparuerit auroa arbitrātur
umbra mortis et sic in tenebris quasi
in luce ambulat Leuis ē sup faciē
aq Maledicta sit ps eius in terra
nᶜ ambulet p via vinear Ad ni
miu calore transeat ab aquis ni
uiu et usq ad infernos peccatū illius
Obliuiscatur eius mia dulcedo illius
vmis no sit in recordacōe sed con
teratur qsi lignu infructuosu Pauit
em sterile et que no parit ⁊ vi
due no benefecit Detraxit for
tes in fortitudie sua et cu steterit
no credet vite sue Dedit ei deus
locu pnie et ille abutit eo i supbia
Oculi aūt eius sūt in viis illius
et leuati sūt ad modicu ⁊ no sub
sistent et humiliabuntur sicut oīa
et auferentur et sicut summitates
spicaru conterentur Quod si non
ita est quis me pt arguere esse
mentitu et ponē ante deu va mea

Respondēs aūt baldach Cxxv·
suites dixit Potestas ⁊ ter
ror apud eu ē q facit cocordia
in sublimibus suis Nuqd ē nus
militu eius et sup que no surget
lume eius Nuquid iustificari pt
homo coparatus deo aut apparē
mundus natus de muliere Ecce etia
luna no splendet et stelle no sut
munde in conspctu eius quato magis
putredo et filius hois vermis Cxxvi

Respondens aūt Job dixit Cuius
adiutor es Nuquid imbecillis
et sustentas brachiu eius q no est
fortis cui dedisti consiliu forsitan
illi q no habet sapiam ⁊ prude
ciā tuā ostendisti plurima aut que
docere voluisti Nonne eu q fecit spi
raculu tuu Ecce gigantes gemiut
sub aquis et qui habitat cu eis Nu
dus est infernus cora illo ⁊ nullum
ē opimētu pdicōi Qui extendit aq
lonē sup vacuu et appendit terra
sup nichilū Qui alligat aqs i nu
bibus suis ut no erupat pit deorsu
Qui tenet vultu solij sui ⁊ expā
dit sup illud nebula sua Terminū
cm circudedit aquis usq dum fini
antur lux et tenebre Columpne
celi contremiscut et pauet ad nu
tu eius In fortitudie illius repēte
maria congregata sūt et prudētia
eius pcussit ~~inimicum~~ supbū Spus
eius ornauit celos et obstetricāte
manu eius eductus ē coluber tortuo
sus Ecce hec ex parte dicta sunt
viaru eius et cu vix pua stilla
smōis eius audierimus qs poterit
tonitrui eius magnitudinē intueri

Addidit quoq Job Cap xxvii
assumēs pabola sua ⁊ dixit
Viuit dns q abstulit iudiciu ⁊ ops
q ad amaritudinē pduxit aiam mea
quia donec sup est alitus i me et
spus dei in manibus meis non
loquent labia mea iniqtatē nᶜ ling
wa mea meditabit mendaciu Absit

a me ut iustos vos esse iudicem donec deficiam non recedam ab innocentia mea et iustificationem meam quam cepi tenere non deseram nec enim reprehendit me cor meum in omni vita mea Sit ut impius inimicus meus et adversarius meus quasi iniquus Que enim spes est ypocrite si avare rapiat et non liberet deus animam eius Numquid clamorem eius exaudiet deus cum venerit super eum angustia aut poterit in omnipotente delectari et invocare deum in omni tempore docebo vos per manum dei que omnipotens habeat nec abscondam Ecce omnes vos nostis et quid sine causa vana loquimini Hec est pars hominis impii apud deum et hereditas violentorum quam ab omnipotente suscipient Si multiplicati fuerint filii eius in gladio erunt et nepotes eius non saturabuntur pane Qui reliqui fuerint sepelientur in interitu et vidue eius non plorabunt Si comportaverit quasi terram argentum et sicut lutum preparaverit vestimenta preparavit quidem sed iustus vestietur illis et argentum innocens dividet Edificavit sicut tinea domum suam et sicut custos fecit umbraculum Dives cum dormierit nichil secum auferet aperiet oculos suos et nichil inveniet Apprehendet eum quasi aqua inopia nocte opprimet eum tempestas Tollet eum ventus urens et auferet et velud turbo rapiet eum de loco suo Et mittet super eum et non parcet de manu eius fugiens fugiet Stringet super eum manus suas et sibilabit super eum intuens locum eius

xxviii

Habet argentum venarum suarum principia et auro locus est in quo conflatur Ferrum de terra tollitur et lapis solutus calore in es vertitur Tempus posuit tenebris et universorum finem ipse considerat lapidem quoque caliginis et umbre mortis dividit torrens a populo peregrinante eos quos oblitus est pes egentis hominis et invios Terra de qua oriebatur panis in loco suo igne subversa est Locus saphiri lapides eius et glebe illius aurum Semitam ignoravit avis nec intuitus est eam oculus vulturis Non calcaverunt eam filii institorum nec transivit per eam leena Ad silicem extendit manum suam subvertit a radicibus montes In petris rivos excidit et omne preciosum vidit oculus eius Profunda quoque fluviorum scrutatus est et abscondita produxit in lucem Sapientia vero ubi invenitur et quis est locus intelligentie Nescit homo precium eius nec invenitur in terra suaviter viventium Abyssus dicit Non est in me et mare loquitur non est mecum Non dabitur aurum obrizum pro ea nec appendetur argentum in commutatione eius Non conferetur tinctis Indie coloribus nec lapidi sardonico preciosissimo vel saphiro Non adequabitur ei aurum vel vitrum nec commutabuntur pro ea vasa aurea excelsa et eminentia non commemorabuntur in comparatione eius Trahitur autem sapientia de occultis non adequabitur ei topasius de ethiopia nec tincture mundissime componetur

Unde venit ergo sapia et quis e
locus intelligencie. Abscondita e
ab oculis omn viuenciu. Volucres q3
celi latet. pdicio z mors dixerut
Auribus meis audiuim9 fama eg
Deus intelligit via eius z ipe no
uit locu illius. Ipe em fines mudi
intuetur et oia que sub celo sut
respicit. Qui fecit ventis pondus
et aquas appendit i mensura. Qn
ponebat pluuijs lege et via p
cellis sonantibus tuc vidit illa
et enarrauit et ppauit z uestigat
et dixit homi. Ecce timor dni ipa e
sapia z recede a malo intelligecia

Addidit quoq3 Job Capitulum xxix
assumens pabola sua z dixit
Quis michi tribuat ut sim iuxta
menses pristinos scdm dies quibs
deus custodiebat me qn splendebat
lucerna eius sup caput meu z ad
lumē eius ambulaba in tenebris
sicut fui in diebus adolescencie
mee qn secreto deus erat i taber
naculo meo. Qn erat ops mecu et
in circuitu meo pueri mei. Quado
lauaba pedes meos butyro z petra
fundebat michi riuos olei. Qndo
pcedeba ad portas ciuitatis et
in platea cathedra pabat michi
Videbat me iuuenes et abscodeba
tur et senes assurgetes stabat.
Pncipes cessabat loqui z digitu
superponebat ori suo. Voce sua co
hibebat duces et ligwa eorp gut
turi adherebat. Auris audies bti
ficabat me et oculus vides testi
moniu reddebat mi eo q liberassem
paupem vociferante z pupillu
cui no erat adiutor. Bndicco peri
turi sup me veniebat et cor vidue
consolatus sum. Justicia indutus
su et vestiui me sicut vestimeto
et diademate iudicio meo. Oculs
fui ceco et pes claudo. Pr eram
pauperp et causa qua nesciebā
diligetissie inuestigaba. Cotere
ba molas iniqui et dentibz illius
auferreba pdam. Dicebaq3 i nidu
lo meo moriar et sicut palma
multiplicabo dies. Radix mea
apta est secus aquas z ros morā
bitur i messe mea. Gla mea sep
inouabitur z arcus meus i manu
mea instaurabitur. Qui me audiebat
expectabat snam mea. z taciti tace
bat ad consiliu meu. Vbis meis nichil
addere audebat z sup illos stillabat
eloquiu meu. Expectabat me sicut
pluuia et os suu apiebat qi ad ym
brem serotinu. Si qn ridebā ad eos
no credebat z lux vultus mei no
cadebat in tra. Si voluissem ire ad
eos sedeba prim9. Cuq3 sederem quasi
rex circustante me exercitu eram
tamen merencium cosolator. Capitulum xxx

Nunc at derident me iuniores
tpe quorp patres no dignabar
ponere cu canibus gregis mei
quorp virtus manuu erat mi p nichi
lo et vita ipa putabant i digni
egestate et fame steriles qui rode
bat in solitudine squalentes calamita
te et miseria et mandebat herbas et
arborp cortices et radix iunipeorp
erat cibus eorp. Qui de conuallibus
ista rapientes cu singla repissent ad
ea cu clamore currebat. In desertis
habitabat torrentiu z in cauernis terre

vel super glarea. Qui inter huiuscemodi delectabantur et esse sub sentibus delicias computabant. Filii stultorum et ignobilium et in terra penitus non parentes. Nunc etiam in eorum canticum versus sum et factus sum eis in proverbium. Abhominantur me et longe fugiunt a me et faciem meam conspuere non verentur. Pharetram enim suam aperuit et afflixit me et frenum posuit in os meum. Ad dexteram orientis calamitates meae illico surrexerunt. Pedes meos subverterunt et oppresserunt quasi fluctibus semitis suis. Dissipaverunt itinera mea insidiati sunt mihi et praevaluerunt et non fuit qui ferret auxilium. Quasi rupto muro et aperta ianua irruerunt super me et ad meas miserias devoluti sunt. Redactus sum in nichilum abstulit quasi ventus desiderium meum et quasi nubes pertransiit salus mea. Nunc autem in memetipso marcescit anima mea possident me dies afflictionis. Nocte os meum perforatur doloribus et qui me comedunt non dormiunt. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum et quasi capitio tunice sic cinxerunt me. Comparatus sum luto et assimilatus sum favillae et cineri. Clamo ad te et non exaudies me. Sto et non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem et in duritia manus tuae adversaris mihi. Elevasti me et quasi super ventum ponens elisisti me valide. Scio quia morti trades me ubi constituta est domus omni viventi. Verumtamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam et si corruerint ipse salvabis. Flebam quondam super eo qui afflictus erat et compatiebatur anima mea pauperi. Expectabam bona et venerunt mihi mala. Praestolabar lucem et eruperunt tenebrae. Interiora mea efferbuerunt absque ulla requie. Praevenerunt me dies afflictionis. Maerens incedebam sine furore consurgens in turba clamabam. Frater fui draconum et socius strucionum. Cutis mea denigrata est super me et ossa mea aruerunt prae caumate. Versa est in luctum cithara mea et organum meum in vocem flentium.

Capitulum XXXI

Pepigi foedus cum oculis meis ut ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem haberet in me Deus desuper et hereditatem Omnipotens de excelsis? Numquid non perditio est iniquo et alienatio operantibus iniustitiam? Nonne ipse considerat vias meas et cunctos gressus meos dinumerat? Si ambulavi in vanitate et festinavit in dolo pes meus, appendat me in statera iusta et sciat Deus simplicitatem meam. Si declinavit gressus meus de via et si secutus est oculus meus cor meum et in manibus meis adhesit macula, seram et alius comedat et progenies mea eradicetur. Si deceptum est cor meum super muliere et si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortum sit alterius uxor mea

et sup illa incurvetur alij hoc enim
nephas est et iniqtas maxima ignis
est usqz ad consumacoz devorans et oia
eradicans gemmina Si contempsi
subire iudicium cum servo meo et ancillis
meis cum disceptarent adversum me quid
enim faciam cum surrexerit ad iudicandum
deus et cum qsierit quid rndebo illi
Nunquid non in utero fecit me qui et
illum operatus est et formavit me in vulva
unus Si negabam quod volebant pau
peribus et oculos vidue expectare
feci Si comedi buccellam meam solus et non
comedit pupillus ex ea quia ab infancia crevit
mecum miseracio et de utero matris mee egres
sa est mecum Si despexi pereuntem eo quod
non habuerit indumentum et absqz operi
mento pauperem si non benedixerunt michi latera eius et
de velleribus ovium mearum calefactus est
Si levavi super pupillum manum meam eciam
cum viderem me in porta superiorem humerus
meus a iunctura sua cadat et brachium meum
cum suis ossibus confringatur Semper enim quasi tu
mentes super me fluctus timui deum et pon
dus eius ferre non potui Si putavi aurum
robur meum et obrizo dixi fiducia mea
Si letatus sum super multis divicijs meis et
quia plurima reperit manus mea Si vidi
solem cum fulgeret et lunam incedentem clare
et letatum est in abscondito cor meum et osculatus
latus sum manum meam ore meo que est ini
quitas maxima et negacio contra deum altis
simum Si gavisus sum ad ruinam eius qui me
oderat et exultavi quod invenisset eum malum
Non enim dedi ad peccandum guttur meum ut
expeterem maledicens animam eius Si non dixe
runt viri tabernaculi mei quis det de carni
bus eius ut saturemur Foris non mansit pere
grinus ostium meum viatori patuit Si abscondi
quasi homo peccatum meum et celavi in sinu meo
iniquitatem meam Si expavi ad multitudine
nimia et despectio propinquorum terruit me
et non magis tacui nec egressus sum ostium
Quis michi tribuat auditorem ut desideri
um meum omnipotens audiat et librum scribat
ipse qui iudicat ut in humero meo portem
illum et circumdem illud quasi coronam michi per singulos gradus meos pronun
ciabo illum et quasi principi offeram eum Si ad
versum me terra mea clamat et cum ipsa
sulci eius deflent Si fructus eius comedi
absqz pecunia et animam agricolarum eius
afflixi pro frumento oriatur michi tribulus
et pro ordeo spina.

Cap. xxxii

Omiserunt autem tres viri isti re
spondere iob eo quod iustus sibi videretur
Et iratus indignatusqz est heliu filius
barachel buzites de cognacione ram
Iratus est adversus Job eo quod iustum se
esse diceret coram deo Porro adversum
tres amicos eius indignatus est eo quod non
invenissent responsionem racionabilem sed
tantummodo condempnassent Job Igitur heliu
expectavit Job loquentem eo quod seniores
essent qui loquebantur Cum autem vidisset quod
tres rndere non potuissent iratus est
vehementer Respondensqz heliu dixit
Iunior sum tempore vos autem antiquiores ideir
co demisso capite veritus sum vobis
indicare meam sententiam Sperabam enim quod etas
prolixior loqueretur et annorum multitudo do
ceret sapientiam sed ut video spiritus est
in hominibus et inspiracio omnipotentis dat intelli
genciam Non sunt longevi sapientes nec se
nes intelligunt iudicium Ideo dico Audite
me ostendam vobis eciam ego meam sa
pienciam Expectavi enim sermones vestros
audivi prudenciam vestram donec disce
ptaretis sermonibus et donec putabam vos

aliquid dicē considerabā Sed ut vi
deo nō ē q̄ possit arguē Job ꝛ rndē
ex uobis ſmoībus eius ne forte
dicatis Invenim⁹ sapiam Deꝰ pie
cit eū ꝛ nō hō Nichil locutꝰ ē m
et ego nō scdm ſmoēs vrās rndē
bo illi Extimuerūt ꝛ nō rnderūt
ultra abstuleruntqꝫ a se eloqa quo
igitur expectaui et nō sūt locuti ste
terūt ꝛ nō rnderūt vltra Rndebo et
ego ptē meā et ostendā sciā
meā plenus sū ſmoībꝫ ꝛ coartat
me spūs vtri mei En vent meus
q̄si mustū absqꝫ spiraculo q̄d la
guncula nouas disrupit Loquar
et respirabo paululū et apiam la
bia mea ꝛ rndebo Nō accipiā pso
nā viri et deū hoī nō adeq̄bo Nes
cio eīn q̄ndiu subsistā et si post mo
dicū tollat me factor meus

XXXIII

Audi igitur Job eloquia mea ꝛ
oēs ſmones meos ausculta
Ecce apperui os meū loquatur lin
gwa mea in faucibus meis De sim
plici corde ſmones mei ꝛ sniam
labia mea pura loquatur Sps dei
fecit me et spiraclm oīpotētꝭ viui
ficat me Si potes rndē m ꝛ adu
sus faciē meā cōsiste Ecce ꝛ me
sicut ꝛ te fecit deus et de eodē luto
ego q̄ꝫ formatus sū Veruntm mira
culū meū nō te terreat ꝛ eloquētia
mea nō sit tibi grauis Dixisti g
in auribꝫ meis ꝛ vocē vbōꝝ tuorū
audiui Mundus sū ego ꝛ absqꝫ de
licto et īmaculatus ꝛ nō ē iniqui
tas ī me quia querelas ī me reppit
ideo arbitratus ē me inimicum
sibi Posuit ī neruo pedes meos
custodiuit oēs semitas meas Hec
ergo ē in quo nō es iustificatꝰ Rndeo
tibi qꝛ maior sit deus hoīe aduersꝰ
eū contendis qꝛ nō ad oīa vba rndē
rit tibi Semel loqtur deus ꝛ scdo
idipm nō repetit p sompniū ī visi
one nocturna qn̄ irruit sopor sup
hoīes ꝛ dormiūt in lectulo tūc apit
aures viroꝝ et erudiens eos instruit
disciplina ut auertat hoīem ab hijs
que facit ꝛ liberet eū de suꝑbia
eruens aiam eꝰ a corruptōe ꝛ vita
illius ut nō trāseat ī gladiū Incre
pat qꝫ p dolorē in lectulo ꝛ ossa eꝰ
marcescere facit Abhoīabilis ei
fit in vita sua panis ꝛ aīe illiꝰ cibꝰ
ān desiderabilis Tabescet caro eꝰ
et ossa que tecta fuerūt nudabūtur
Appropinquabit corruptōi aīa eꝰ ꝛ vita
illiꝰ mortiferis Si fuerit p eo angelꝰ
loquens vnū de milibus ut annū
et hoīs equitatē miserebitur eī ꝛ dicet
libera eū ut nō descendat ī corrup
tōem Inveni in quo ei ppicier Con
sumpta ē caro eius a supplicijs resti
tuatur ad dies adolescētie sue Dē
pcabitur deū et placabilis ei erit
et videbit faciē eius in iubilo et
reddet hoī iusticiā suā Respiciet
~~hoīes~~ hoīes ꝛ dicet peccaui ꝛ vere de
liqui et ut erā dignꝰ nō recepi
liberauit aiam suā ne pgeret ī interitū
sed viuens lucē videret Ecce hec oīa
opatur deus tribus vicibꝫ p singu
los ut reuocet aīas eoꝝ a corrup
tōe ꝛ illuīet luce viuentiū Attende
Job et audi me ꝛ tace dū ego loqr
Si aūt habes qd̄ loqris rnde m loqre
Volo eīn te apparere iustū Quod
si non habes audi me tace et
docebo te sapienciam

XXXIIII

Pronuntians itaque Heliu
etiam hec locutus est. Audite sa-
pientes verba mea et eruditi auscul-
tate me. Auris enim verba probat et gut-
tur escas gustu diiudicat. Iudicium
eligamus nobis et inter nos videamus
quid sit melius. Quia dixit Iob. Iustus
sum et deus subvertit iudicium meum.
In iudicando enim me mendacium est. vio-
lenta sagitta mea absque ullo pecca-
to. Quis est vir ut est Iob qui bibit sub-
sannationem quasi aquam et qui graditur cum
operantibus iniquitatem et ambulat cum
viris impiis. Dixit enim. Non pla-
cebit vir deo etiam si cucurrerit cum eo.
Ideo viri cordati audite me. Ab-
sit a deo impietas et ab omnipotente
iniquitas. Opus enim hominis reddet ei et
iuxta vias singulorum restituet eis. Vere
enim deus non condempnabit frustra nec
omnipotens subvertet iudicium. Quem constituit
alium super terram aut quem posuit super
orbem quem fabricatus est. Si direxe-
rit ad eum cor suum spiritum illius et flatum
ad se trahet. Deficiet omnis caro simul
et homo in cinerem revertetur. Si igitur habes
intellectum audi quod dicitur et ausculta vo-
cem eloquii mei. Numquid qui non amat
iudicium sanari potest et quomodo tu eum qui
iustus est condempnas in tantum. Qui
dicit regi apostata. qui vocat du-
ces impios. qui non accipit personas
principum nec cognovit tyrannum cum dis-
ceptaret contra pauperem. Opus enim
manuum eius sunt universi. Subito mo-
rientur et in media nocte turbabuntur
populi et pertransibunt et auferent violentum
absque manu. Oculi enim eius super vias ho-
minum et omnes gressus eorum considerat.
Non sunt tenebre et non est umbra mortis
ut abscondantur ibi qui operantur iniqui-
tatem. Neque enim ultra in hominis potestate est
ut veniat ad deum in iudicium. Conteret
multos et innumerabiles et stare faciet ali-
os pro eis. Novit enim opera eorum et ideo
et ideo inducet noctem. et conterentur.
Quasi impios percussit eos in loco vi-
dentium. qui quasi de industria re-
cesserunt ab eo et omnes vias eius intel-
ligere noluerunt ut pervenire facerent ad
eum clamorem egeni et audiret vocem
pauperum. Ipso enim concedente pacem quis
est qui condempnet ex quo absconderit
vultum suum quis est qui contempletur eum
et super gentes et super omnes homines. Qui regnare
facit hominem ypocritam propter peccata populi.
Quia ergo ego locutus sum ad deum
te quoque non prohibeo. Si erravi tu doce
me. si iniquitatem locutus sum ultra
non addam. Numquid a te deus expe-
tit eam quia displicuit tibi. Tu enim
cepisti loqui et non ego. quod si quid
melius nosti loquere. Viri intelligentes
loquantur mihi et vir sapiens audiat
me. Iob autem stulte locutus est et verba illius
non sonant disciplinam. Pater mi probetur
Iob usque ad finem. Ne desinas ab
homine iniquitatis. Quia addit super peccata
sua blasphemiam. Inter nos interim
constringatur et tunc ad iudicium provo-
cet sermonibus suis deum.

XXXV

Igitur Heliu hec rursum locutus
est. Numquid equa tibi videtur
tua cogitatio ut diceres. Iustior deo
sum. Dixisti enim. Non tibi placet quod
rectum est. Vel quid tibi proderit si pec-
cavero. Itaque ego respondebo sermonibus
tuis et amicis tuis tecum. Suspice
celum et intuere et contemplare ethera.

quam altior te sit. Si peccaveris quid ei
nocebit et si multiplicate fuerint
iniquitates quid facies contra eum. Por-
ro si iuste egeris quid ei dabis aut
quid de manu tua accipiet. Homini qui si-
milis tui est nocebit impietas tua
et filium hominis adiuvabit iusticia tua.
Propter multitudinem calumpniatorum clamabunt
et eiulabunt propter vim brachii tiran-
norum et non dixit. Ubi est deus qui fecit me
qui dedit carmina in nocte qui docet nos
super iumenta terre et super volucres celi
erudit nos. Ibi clamabunt et non exau-
diet propter superbiam malorum. Non ergo frustra
audiet deus et omnipotens causas singulorum
intuebitur. Etiam cum dixeris non conside-
rat iudicium coram illo et expecta eum.
Nunc enim non infert furorem suum nec ul-
ciscitur scelus valde. Ergo Iob frustra
aperit os suum et absque sciencia verba multiplicat.

Addens quoque Heliu hec Cxxxvi
locutus est. Sustine me paululum
et ego indicabo tibi. Adhuc enim habeo
quod pro deo loquar. Repetam scienciam meam
a principio et operatorem meum probabo
iustum. Vere enim absque mendacio sermones
mei et perfecta sciencia probabitur tibi. Deus
potentes non abicit cum ipse sit potens
sed non salvat impios et iudicium
pauperibus tribuit. Non auferet
a iusto oculos suos et reges in solio
collocat in perpetuum et illi eriguntur
et si fuerint in cathenis et vinciantur
funibus paupertatis indicabit eis opera
eorum et scelera eorum quia violenti fuerunt.
Revelabit quoque aurem eorum ut corri-
piat et loquitur ut revertantur ab ini-
quitate. Si audierint et observaverint
complebunt dies suos in bono et an-
nos suos in gloria. Si autem non audierint

transibunt per gladium et consumentur in
stulticia. Simulatores et callidi pro-
vocant iram dei neque clamabunt ad deum
cum vincti fuerint. Morietur in tempestate
anima eorum et vita eorum inter effeminatos.
Eripiet pauperem de angustia sua et
revelabit in tribulacione aurem eius.
Igitur salvabit te de ore angusto la-
tissime et non habentis fundamentum subter
se. Requies autem mense tue erit plena
pinguedine. Causa tua quasi impii iu-
dicata est. Causam autem tuam iudiciumque
recipies. Non ergo te superet ira tua
ut aliquem opprimas nec multitudo
donorum inclinet te. Depone magnitu-
dinem tuam absque tribulacione et omnes robus-
tos fortitudine. Ne protrahas noctem
ut ascendant populi pro eis. Cave ne de-
clines ad iniquitatem. Hanc enim cepisti
sequi post miseriam. Ecce deus ex-
celsus in fortitudine sua et nullus ei
similis in legislatoribus. Quis
poterit scrutari vias eius aut quis ei au-
debit dicere operatus es iniquitatem. Me-
mento quod ignores opus eius de quo ceci-
nerunt viri. Omnes homines vident eum
et unusquisque intuetur procul. Ecce
deus magnus vincens scienciam nostram et
numerus annorum eius inestimabilis. Qui au-
fert stillas pluvie et effundit im-
bres ad instar gurgitum. Qui de
nubibus fluunt que pretexunt
cuncta desuper. Si voluerit extendere
nubes quasi tentorium suum et fulgurare
lumine suo desuper cardines quoque maris
operiet. Per hec enim iudicat populos et
dat escas multis mortalibus. In manibus
abscondit lucem et precipit ei ut rursus
adveniat. Annunciat de ea amico suo quod
possessio eius sit et ad eam possit ascendere.

XXXVII

Super hoc expavit cor meum et emotum est de loco suo. Audite auditionem in terrore vocis eius et sonum de ore illius procedentem. Subter omnes celos ipse considerat et lumen illius super terminos terre. Post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis sue et non investigabitur cum audita fuerit vox eius. Tonabit deus in voce sua mirabiliter qui facit magna et inscrutabilia, qui precipit nivi ut descendat super terram et hyemis pluviis et ymbri fortitudinis sue. Qui in manu omnium hominum signat ut noverit singula opera sua. Ingreditur bestia latibulum suum et in antro suo morabitur. Ab interioribus egredietur tempestas et ab arcturo frigus. Flante deo concrescit gelu et rursum latissime funduntur aque. Frumentum desiderat nubes et nubes spargunt lumen suum, que lustrant cuncta per circuitum quocumque eas voluntas gubernantis duxerit ad omne quod preceperit illis super faciem orbis terrarum, sive in una tribu sive in terra sua sive in quocumque loco misericordie sue eas iusserit inveniri. Ausculta hec Job, sta et considera mirabilia dei. Numquid scis quando preceperit deus pluviis ut ostenderent lucem nubium eius? Numquid nosti semitas nubium magnas et perfectas scientias? Nonne vestimenta tua calida sunt cum perflata fuerit terra austro? Tu forsitan cum eo fabricatus es celos qui solidissimi quasi ere fusi sunt. Ostende nobis quid dicamus illi, nos quippe involvimur tenebris. Quis narrabit ei que loquor? Etiam si locutus fuerit homo devorabitur. At nunc non videt lucem, subito aer cogetur in nubes et ventus transiens fugabit eas. Ab aquilone aurum venit et ad deum formidolosa laudatio. Digne eum invenire non possumus, magnus fortitudine et iudicio et iustitia et enarrari non potest. Ideo timebunt eum viri et non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.

XXXVIII

Respondens autem dominus Job de turbine dixit: Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis? Accinge sicut vir lumbos tuos. Interrogabo te et responde mihi. Ubi eras quando ponebam fundamenta terre? Indica mihi si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras eius si nosti, vel quis tetendit super eam lineam? Super quo bases illius solidate sunt, aut quis demisit lapidem angularem eius, cum me laudarent simul astra matutina et iubilarent omnes filii dei? Quis conclusit ostiis mare quando erumpebat quasi de vulva procedens, cum ponerem nubem vestimentum eius et caligine illud quasi pannis infantie obvolverem? Circumdedi illud terminis meis et posui vectem et ostia et dixi: Usque huc venies et non procedes amplius et hic confringes tumentes fluctus tuos. Numquid post ortum tuum precepisti diluculo et ostendisti aurore locum suum? Numquid tenuisti concutiens extrema terre et excussisti impios ex ea? Restituetur ut lutum signaculum et stabit sicut vestimentum. Auferetur ab impiis lux sua et brachium excelsum confringetur. Numquid ingressus es profunda maris et in novissimis abyssi ambulasti? Numquid aperte sunt tibi porte mortis et ostia tenebrosa vidisti? Numquid considerasti latitudinem terre? Indica mihi si nosti omnia, in qua via lux habitet et tenebrarum quis locus sit, ut ducas unumquodque ad terminos suos et intelligas semitas domus eius. Sciebas tunc quod nasciturus esses et numerum

dierum tuorum noveras. Numquid ingressus
es thesauros nivis aut thesauros
grandinis aspexisti, que preparavi in tempus
hostis in diem pugne et belli. Per quam
viam spargitur lux et dividitur estus super
terram. Quis dedit vehementissimo
ymbri cursum et viam sonantis tonitrui
ut plueret super terram absque homine in
deserto ubi nullus mortalium commo
ratur ut impleret invia et desola
ta et produceret herbas virentes. Quis
est pluvie pater vel quis genuit stillas
roris. De cuius utero egressa est gla
cies et gelu de celo quis genuit. In si
militudinem lapidis aque durantur
et superficies abyssi constringitur. Num
quid coniungere valebis micantes
stellas pliades aut girum arcturi
poteris dissipare. Numquid producis lu
ciferum in tempore suo et vesperum super fili
os terre consurgere facis. Numquid nosti
ordinem celi et pones rationem eius in
terra. Numquid elevabis in nebula vo
cem tuam et impetus aquarum operiet te. Num
quid mittes fulgura et ibunt et rever
tentia dicent tibi adsumus. Quis po
suit in visceribus hominis sapientiam vel
quis dedit gallo intelligentiam. Quis
enarrabit celorum rationem et concen
tum celi quis dormire faciet. Quando fun
debatur pulvis in terra et glebe com
pingebantur. Numquid capies leene pre
dam et animam catulorum eius implebis
quando cubant in antris et in speluncis
et specubus insidiantur. Quis preparat
corvo escam suam quando pulli eius
ad deum clamant vagientes
eo quod non habeant cibos suos

Numquid nosti tempus partus XXXIX
ibicum in petris vel parturientes
cervas observasti. Dinumerasti menses
conceptus earum et scisti tempus partus earum.
Incurvantur ad fetum et pariunt et rugitus
emittunt. Separantur filii earum et pergunt
ad pastum; egrediuntur et non revertuntur
ad eas. Quis dimisit onagrum liberum
et vincula eius quis solvit. Cui dedi in
solitudine domum et tabernacula eius in terra
salsuginis. Contempnit multitudinem
civitatis, clamorem exactoris non audit.
Circumspicit montes pascue sue et
virentia queque perquirit. Numquid volet
rinoceros servire tibi aut morabitur ad
presepe tuum. Numquid alligabis ad arandum
rinocerota loro tuo aut confringet
glebas vallium post te. Numquid
fiduciam habebis in magna fortitudine eius et de
relinques ei labores tuos. Numquid credes
ei quod reddat sementem tibi et in aream
tuam congreget. Penna strutionis simi
lis est penne herodii et accipitris quando de
relinquit in terra ova sua tu forsitan in
pulvere calefacies ea. Obliviscitur quod
pes conculcet ea aut bestia agri con
terat. Duratur ad filios suos quasi non
sint sui; frustra laboravit ~~[illegible]~~ nullo
timore cogente. Privavit enim eam deus sa
pientia nec dedit ei intelligentiam. Cum tempus
fuerit in altum alas erigit, deridet
equum et ascensorem eius. Numquid prebebis
equo fortitudinem aut circumdabis collo
eius hinnitum. Numquid suscitabis eum quasi lo
custas; gloria narium eius terror; terram
ungula fodit, exultat audacter,
in occursum pergit armatis. Contem
pnit pavorem nec cedit gladio [illegible]

sonabit pharetra vibrabit hasta
et clipeus ferviens et fremens sorbet
terram nec reputat tube sonare clango-
rem. Ubi audierit buccinam dicit vah.
procul odoratur bellum exhortationem
ducum et ululatum exercitus. Numquid per sapientiam
tuam plumescit accipiter expandens alas
suas ad austrum. Aut ad preceptum tuum ele-
vabitur aquila et in arduis ponet nidum suum.
In petris manet et in preruptis silicibus
commoratur atque inaccessis rupibus. Inde
contemplatur escam et de longe oculi eius prospi-
ciunt. Pulli eius lambent sanguinem et ubi-
cumque cadaver fuerit statim adest. Et adie-
cit dominus et locutus est ad Job. Numquid qui con-
tendit cum deo tam facile conquiescit. Utique
qui arguit deum debet respondere ei. Respondens autem
Job domino dixit. Qui leviter locutus sum re-
spondere quid possum. Manum meam ponam super
os meum. Unum locutus sum quod utinam non
dixissem et alterum quibus ultra nil addam.

Respondens autem dominus Job Capitulum xl.
de turbine dixit. Accinge sicut
vir lumbos tuos. Interrogabo te et in-
dica mihi. Numquid irritum facies iudicium
meum et condempnabis me ut tu ius-
tificeris. Et si habes brachium sicut deus
et si voce simili tonas. Circumda tibi
decorem et in sublime erigere et esto glo-
riosus et speciosis induere vestibus. Disper-
ge superbos in furore tuo et respiciens omnem
arrogantem humilia. Respice cunctos super-
bos et confunde eos et contere impios in loco suo.
Absconde eos in pulvere simul et facies eorum
demerge in foveam. Et ego confitebor quod salvare
te possit dextera tua. Ecce vehemoth
quem feci tecum fenum quasi bos comedet. For-
titudo eius in lumbis eius et virtus illius in umbilico
ventris eius. Stringit caudam suam quasi cedrum.

stringit

nervi testiculorum eius perplexi sunt. Ossa
eius velut fistule eris cartilago illius
quasi lamine ferree. Ipse principium est viarum
dei qui fecit eum applicabit gladium eius. Huic
montes herbas ferunt omnes bestie agri
ludent ibi. Sub umbra dormit in secreto
calami et in locis humentibus. Protegunt um-
bre umbram eius circumdabunt eum salices tor-
rentis. Ecce absorbebit fluvium et non
mirabitur et habet fiduciam quod influat Jor-
danis in os eius. In oculis eius quasi hamo ca-
piet eum et in sudibus perforabit nares eius.
An extrahere poteris leviathan hamo et fu-
ne ligabis linguam eius. Numquid pones circu-
lum in naribus eius aut armilla perforabis
maxillam eius. Numquid multiplicabit ad te
preces aut loquetur tibi mollia. Numquid feriet
tecum pactum et accipies eum servum sempi-
ternum. Numquid illudes ei quasi avi aut ligabis
illum ancillis tuis. Concident eum amici
divident illum negociatores. Numquid imple-
bis sagenas pelle eius et gurgustium pis-
cium capite illius. Pone super eum manum tuam.

Memento belli nec ultra Capitulum xli.
addas loqui. Ecce spes eius frustra-
bitur eum et videntibus cunctis precipita-
bitur. Non quasi crudelis suscitabo illum. Quis enim
resistere potest vultui meo. Et quis ante dedit mi-
hi ut reddam ei. Omnia que sub celo sunt mea
sunt. Non parcam ei et verbis potentibus et ad depre-
candum compositis. Quis revelabit faciem
indumenti eius et in medium oris eius quis intrabit.
Portas vultus eius quis aperiet. Per gyrum den-
tium eius formido. Corpus eius quasi scuta fusi-
lia et compactum squamis se prementibus.
Una uni coniungitur et nec spiraculum quidem
incedit per eas. Una alteri adherebit et te-
nentes se nequaquam separabuntur. Sternutatio
eius splendor ignis et oculi eius ut palpebre

dibuculi de ore eius lampades procedunt
sicut tede ignis accense De naribus
eius procedit fumus sicut olle succen-
se atque feruentis Halitus eius prunas
ardere facit et flamma de ore eius
egreditur In collo eius morabitur for-
titudo et faciem eius precedit egestas
Membra carnium eius adherencia si-
bi mittet contra eum fulmina et ad lo-
cum alium non ferentur Cor eius indu-
rabitur quasi lapis et stringetur quasi mal-
leatoris incus Cum sublatus fuerit
timebunt angeli et territi purga-
buntur Cum apprehenderit eum gladius
subsistere non poterit neque hasta neque
torax Reputabit enim quasi pale-
as ferrum et quasi lignum putridum es
Non fugabit eum vir sagittarius in
stipulam versi sunt ei lapides fun-
de Quasi stipulam estimabit mal-
leum et deridebit vibrantem hastam
Sub ipso erunt radii solis et sternet
sibi aurum quasi lutum Feruescere faci-
et quasi ollam profundum mare et ponet
quasi cum vnguenta bulliunt Post eum
lucebit semita estimabit abissum
quasi senescentem Non est potestas super terram
que comparetur ei qui factus est ut nullum ti-
meret Omne sublime videt ipse est
rex super omnes filios superbie C xlii

Respondens autem Job domino dixit
Scio quia omnia potes et nulla te
latet cogitacio Quis est iste qui celat
consilium absque sciencia Ideo insipienter lo-
cutus sum et que ultra modum ex-
cederent scienciam meam Audi et ego loquar
Interrogabo te et ostende michi Auditu
auris audivi te nunc autem oculus
meus videt te et idcirco ego ipse
me reprehendo et ago penitenciam in fa-
uilla et cinere Postquam autem dominus locu-
tus est verba hec ad Job dixit ad Eli-
phaz themaniten Iratus est furor
meus in te et in duos amicos tuos quoniam
non estis locuti coram me rectum sicut
seruus meus Job Sumite igitur
vobis septem tauros et septem
arietes et ite ad seruum meum Job et
offerte holocaustum pro vobis Job
autem seruus meus orabit pro vobis faci-
em eius suscipiam ut non vobis impu-
tetur in stulticia Neque enim locuti
estis coram me rectum sicut seruus meus
Job Abierunt ergo Eliphaz themani-
tes et baldath suites et Sophar
naamatites et fecerunt sicut locu-
tus fuerat ad eos dominus et suscepit dominus
faciem Job Dominus quoque conuersus est ad penitenciam
iob cum oraret ille pro amicis suis et ad-
didit dominus omnia quecumque fuerant Job du-
plicia Venerunt autem ad eum omnes fratres sui
et vniuerse sorores sue et cuncti qui noue-
rant eum prius ut comederent cum eo panem
in domo eius et mouerunt super eum caput et
consolati sunt eum super omni malo quod intulerat
dominus super eum et dederunt ei vnusquisque ouem vnam
et inaurem auream vnam Dominus autem benedixit
nouissimis iob magis quam principio eius et facta sunt
ei xiiii milia ouium et sex milia camelorum
et mille iuga boum et mille asine Et fuerunt filie
ei vii filii et tres filie et vocavit nomen vnius diem et nomen
secunde cassiam et nomen tercie cornustibii Non
sunt autem invente mulieres speciose sicut filie Job
in vniuersa terra deditque eis pater suus hereditatem
inter fratres earum Vixit autem Job post hec centum quadraginta
annis et vidit filios suos et filios filiorum suorum
usque ad quartam generacionem et mortuus
est senex et plenus dierum

Incipit prologus in psalterium

David filius Isai alias Jesse
cum esset in regno suo iiii[or]
elegit qui psalmos face-
rent scilicet Asaph Eman Ethan
et Ydithum. Octoginta octo ergo
dicebant psalmos et ducentos
subsalma. Et cytharam percucie-
bat Abiuth. Cum David reduxis-
set archam in Jerusalem electi viri
ex omni genere filiorum Israel lxxx viros
de tribu autem Levi cclxxxviii
viros. Ex quibus iiii[or] principes qui
preessent cantatoribus instituit
videlicet Asaph Eman Ethan et
Idithum. Unicuique eorum dividens
lxx duos viros succlamantes lau-
dem cancionis domino. Et unus qui-
dem eorum ferebat cymbalum. Alius
cytharam. Alius tuba cornua
cpaltans. In medio autem eorum
stabat David tenens ipse psalte-
rium. Archa autem antecedebat viii
choris et universus populus seque-
batur archam. Sunt ergo omnes
psalmi David numero CL. Quorum omnium
quidem ipse David fecit lxxiii non
sunt superscripti xxxiii David. xii
in Asaph. xiii in Ydithum. x filiis
Chore. unum Moisi. duos Salomo-
ne. duos in Aggeum. unum in Zacha-
riam rectitudinum. Fuerunt itaque omnes psal-
mi David CL. Alii xv canti-
cum graduum numero xv psalmi.
Primus nulli assignatus est quoniam
omnium est. Deinde qui intelligitur
in primo non primogenitus ut multo
misterio non fuit necessaria. Unde
quod ipse psalmus Christi mencione
facit. Et adversus Christum tunc expo-
nentes persona inscribendi causa
omnino non habuit ordine historie
imitatum legimus et in titulis psal-
morum psalmi non secundum historiam
sed secundum propheciam leguntur. Ita
ordine psalmorum turbato non pro-
pter ordo titulorum psalmi omnes qui
inscribuntur ipsi David ad Christi
pertinet sacramentum quia David
dictus est Christus.

Alius prologus

Psalterium Rome dudum positus
emendaveram et iuxta
lxx interpretes licet cursim mag-
na illud ex parte correxeram quod
quia rursum videtis o Paula et
Eustochium scriptorum vicio depra-
vatum plusque antiquum errorem
quam nova emendacione valere
cognitis ut velud quoddam novali
scissum iam arvum exercerem
et obliquis sulcis renascentes
spinas eradicarem equum esse dice-
rens ut quod crebro male pul-
lulat succidatur. Unde consueta
prefacione commoneo tam vos qui-
bus forte labor iste desudat quam
eos qui exemplaria istius modi
habere voluerint ut que diligenter
emendavi cum cura et diligencia
transscribant. Notet sibi unusquisque
vel iacentem lineam vel signa ra-
diancia idest vel obelos vel astericos
et ubicumque viderit virgulam precedere
ab ea usque ad duo puncta que in-
pressimus sciat in lxx translatoribus
haberi. Ubi autem stelle similitudinem
perspexerit de Hebreis voluminibus ad-
ditum noverit eque usque ad duo
puncta iuxta Theodocionis edicio-
nem dumtaxat qui simplicitate ser-

monis a hebreis interpretibus non distordat. Hec ergo vos et cunctos studiosos fecisse me sciens non ambigo multos fore qui vel invidia vel supercilio mallet contendere videre preclaram quam discere et turbulento magis rivo quam de purissimo fonte potare//

Incipit liber psalterii sive psalmorum david in quo agit de cristi divinitate et humanitate passione et resurrectione et ascensione Et de eius adventu ad iudicium et de penis malorum et beneficiis dei et de laudibus eius et continet capitula CL et versus duo milia sexcentos et sex//

Ter quinquagenos david canit ordine psalmos Versus bis mille sexcentos sex canit ille//

Istum autem psalmum qui est primus in ordine psalmorum fecit david quando constitutus fuit rex in bethlehem et est de spiritu sancto quo spiritus sanctus gratiam suam inspirat iustis//

ps primus

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non stetit et in kathedra pestilencie non sedit

Sed in lege domini voluntas eius et in lege eius meditabitur die ac nocte Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum quod fructum etc/

ps 2us

Istum psalmum secundum fecit david quando debuit pugnare cum amalechitis et contra philisteos etc de nativitate ihesu cristi / ps secundus

Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania

Istum psalmum fecit david quando fugit filium suum absolon etc de resurrectione ihesu cristi etc 3us

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me multi insurgunt

Istum psalmum fecit david quando filius eius absolon suspensus est tunc david rogavit deum pro eo etc ps 4us

Cum invocarem exaudivit me deus iusticie mee in tribulatione

Istum psalmum sequentem fecit david quando fugit saulem ut deus misereretur eius et custodiret eum 5us

Verba mea auribus percipe domine intellige clamorem meum

Sequentem psalmum dixit david primo die quando sedit in iudicio rogans deum ut in novissimo die animam suam non dampnet etc ps 6us

Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias

Sequentem psalmum fecit david quando saul voluit eum occidere sed jonathas eum premonuit ut deus eum protegendo custodiret etc ps 7us

Domine deus meus in te speravi salvum me fac ex omnibus persequentibus

Quando psalmus consecraverit david tunc in choro cantaverit psalmum sequentem in honorem dei et davidis et est de sancta trinitate psalmus viii

Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra Quoniam elevata est magnificentia

Quado dauid applicatis i regem
cosecrabat^z tunc confessus e p
istu psalmu dno z monuit ipm
de sua misericordia z e psalm^s 9^s
9 Confitebor tibi dne deus meus
in toto corde meo narrabo
Per psalmu sequete monet
nos ppha ut in deu credamus
q iustis dat celu z mal infernu
10 In dno confido quomo dicitis
aie mee trasmigrari i monte
Per istu psalmu excusauit se
yditthun qn accusatus fuit q
tradidiss dauid rogas deu z e ps
11 Saluum me fac dne qm defecit
scus qm diminute st veritates
Per hunc psalmu dauid rogat
deu ut custodiret eu ne alicui fa
ceret iniuriam et e psalmus xi^s
12 Vsq quo dne obliuisceris me
in fine vsqquo auertis faciem tua
Per istu psalmu legisperiti
dapnauerut illos qui regi da
uid menciebantur z e ps xii^s
13 Dixit insipiens in corde suo no
est deus Corrupti sut z abho
Per istu Asaph et Eman lau
dauerut regem dauid z nos deq
laudare deu z e de bona vita spi
rituali Et est psalmus xiii^s
14 Domine quis habitabit in taber
naculo tuo aut quis requiescit
P istu psalmu ppheta^t dauid
humanitatem xpi futuram qua
nos cadere debem^s z e ps xv^s
15 Conserua me dne qm speraui
in te dixi dno deus meus es tu
Istam oronem dixit dauid oi
mane quod ecia facere debemus
tue nichil nob nocere potis z e ps 16
16 Exaudi dne iusticiam meam
intende deprecacone meam

Sequete psalmu cantauit daud
in cythara an archa dni qn de
vicerat oms inimicos suos et
ydithun salta^t z Asaph roga^t
et Eman figella^t z e ps xvii^s
Diligam te dne fortitudo mea 17
dns firmamentu meu z refugiu
Istu psalmu fecerut chori dauid
deo z laudem dauid qn ipe i causa^t
eos de iniusta fide applicando aliter
de suo fecit xpe esse nascituru ps 18
Celi enarrant gloriam dei z opa
manuu eius anunciat firmamentu
Istu psalmu fecerat Idithun et
Asaph z Eman qn filius dauid
pm^s que habuit cu bersabee vo
luit mori et iusserunt nathan
ppheta istu cantare ad deu ps xix^s
Exaudiat te dns in die tri 19
bulacois protegat te nomen dei
Istam laudem cantabat pri
cipes daudici i monte oreb cu
dauid fuisset vii annis i betlehe
et cu factus fuiss rex i ihrlm z e ps xx^s
Domine in virtute tua letabitur
rex et sup salutare tuu exultabit
Istu psalmu dixit dauid qn cap
tiuus ductus fuit an abymelech
q timuit pdere vita et e de spo
nso et ecia de pmissione dni ad
liberandu oms peccatores de pccis ps xxi^s
Deus deus meus respice i me
quare me dereliquisti longe a sal 21
Istu psalmu dixit dauid omni
die sup oues pris sui yesse qs
custodiuit z sup semetipm et
est psalmus vicesimus scdus
Dominus regit me z nichil 22
m^i deerit in loco pascue ibi
me collocauit sup aquam ref

Quando dauid posuit fundamentum templi in ierusalem tunc benedixit locum istum cum isto ps et est xxiij

23 Domini est terra et plenitudo eius orbis terrarum et vniuersi qui habitant

Hec fuit letania quam dauid pugnauit contra philisteum et sic una cum aliis dicebat omnem deum omnipotentem et est ps xxiiij

24 Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te confido non erubescam

Quotiescumque dauid templum ingrediebatur toties sequentem psalmum dixit pro confessione et est 25

25 Iudica me domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sum et in deo

Priusquam dauid vngebatur in regem tunc fecit istum psalmum sequentem quem dixerat propheta ponendo manus super caput dauid 26

26 Dominus illuminatio mea et salus mea quem timebo et

Istum psalmum dixit dauid pro omni gaudio salutis et est ps 27

27 Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me ne quando taceas

Prophete et legisperiti cantabant istum psalmum quando hostias offerebat in templo domini et est ps xxviij

28 Afferte domino filii dei afferte domino filios arietum afferte

Sequentem psalmum cantabant subditi dauid chorisantes ante archam domini et est ps xxix

29 Exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos

Sequentem ps fecit dauid quando debuit pugnare contra golia 30

30 In te domine speraui non confundar in eternum in iusticia tua libera me

Istum psalmum sequentem fuit omnis dies confessio dauidis et est 31

Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata 31

In die paschali totus populus hebraicus cantabat istam laudem filiis sequentem an dauid ps 32

Exultate iusti in domino rectos decet collaudacio [illegible] 32

Istum psalmum fecit dauid in quasi captiuitate [illegible] 33

Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo [illegible] 33

Sequentem psalmum maledictionis fecit dauid super omnes inimicos suos maledicens eis

Iudica domine nocentes me expugna impugnantes me 34

Sequentem psalmum predixerunt prophete pro illo sicut nunc sacerdotes predicant [illegible] et est ps 35

Dixit iniustus ut non delinquat in semetipso non est timor dei an 35

In isto psalmo instruit nos dauid ut [illegible] [illegible] non desperando [illegible] 36

Noli emulari in malignantibus neque zelaueris facientes iniquitatem 36

In isto psalmo dauid rogat dominum ut sibi parcat in hoc mundo et in nouissimo iudicio et est ps 37

Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua 37

Istum psalmum fecit ydithun rogans deum ut numquam perdat amiciciam domini sui dauid et quod sibi concedat bonum finem ps 38

Dixi custodiam vias meas ut non delinquam in lingua mea 38

Quericq3 dauid allocut9 fuit p suo iuīe ul p dei uire ille rndit pmo p istu psalmu 39

39 Expectans expectaui dnm et intendit michi Exaudit

Iste psalmus ptinet ad pcedētes psalmos et ē q̄dragesi9

40 Beatus qui intelligit super egenu et paupem in die

Istu psalmu fecerut filij chore notificates q̄ n̄ vellet tacere net fuce ut ptres eoꝝ p̄s

41 Quem ad modu desiderat ceruus ad fontes aquaꝝ ita desid

Istu psalmu dixit fili9 ponti fex cora altari i teplo dni p̄s

42 Iudica me deus ꝛ discne causa meā de gēte nō sca ab hoie

Per istu psalmu asaph ꝛ Ema notificauerūt regi q̄ vellent deo seruire scdm legem p̄s 43

43 Deus auribus nris audiui9 et ptres nri narrauerūt nob

